NAZIONALE
VITT EMANUELE
13
7 B
10

13
7
B
10

13. 7. B. 10 745

ALEXANDRI TVRAMINI PATRICII SENEN. I.V.C.

ET IN NOBILISSIMA ACADEMIA
Neapolitana, in Prima Sede Horis Veſpertinis
Iur. Ciu. Profeſſoris Acutiſsimi.

Ad Rubricam Pandectarum de legibus libri tres, & in eiuſdem tituli leges COMMENTARII.

Olim ab eo in Patria Academia publice profitente conſcripti.

CVM VARIIS PRIVILEGIIS.



F L O R E N T I AE.

Apud Franciſcum Toſium, Cum Licentia Superiorum.
M D X C II.

SERENISSIMO FERDINANDO MEDICEO MAGNO AETRVRIAE DVCI.

ALEXANDER TVRAMINVS F.

CVM eodem ferè tempore, Sereniſſime Ferdinande, quo te ad hāc dignitatē euectum populis tuis præ gaudio geſtientibus, iuſtitia, & maieſtate Principem, amore autem, & charitate parentem exibuiſti, acciderit mihi, vt ab alma Vrbe, ad quam iuris ciuilis publicè interprętandi cauſſa vocatus acceſſeram, mala valetudo, quę

etiam illius Cœli aduerſa conditione augebatur, vix anno peracto in Patriam redire coegiſſet, me non ea duntaxat, qua cunctos ſoles benignitate excepiſſes, ſed quaſi poſtliminio reuerſum, in Patria Academia Anteceſſorem, aucto etiam ſtipendio reſtituiſſes, id potiſsimum curę eſſe cœpit, vt me tanti beneficij memoriam deuoto ſimul, ac grato animo colere tibi aliquo non obſcuro argumento ſignificarem. Mihi enim ita ſubleuato proprię exiſtimationi conſulere, domeſticis negocijs preeſſe, fortunęq; aduerſę occurrere permiſſum eſt. Quod cum ijs temporibus ſępe expenderem, quibus à Gymnaſticis, forenſibuſq; diſputationibus vacare liceret, commentarijs ad titulum de legibus conſcribendis inter eaſdem vacationes opera data, quorum potiſsima pars ciuilis diſciplinæ principia in gratiam addiſcentium ab alto repeteret, eoſdem tibi dicare conſtitueram. Et cum iam propè diem eſſem editurus in lucē, tua ſingulari humanitate

fa-

factũ eſt, quę vltro beneficijs pręueniens vota omniũ antecedit,vt ego à iure docendo,ad idē in Foro Flōrētino dicendũ inopinato vocatus,eoſdē,qualeſcunq; ſint tenues per ſe, & obſcuri,quos Sereniſſimo nomine tuo munire,& illuſtrare decreuerã,tibi pręſens dicare,ac manibus porrigere poſſē. Atqui quod primus ex Mediceorũ Sereniſſima familia me vltro vocare, mihiq; inter Senenſes primo aditũ hũc patefacere volueris, me tibi tãtopere deuincit, vt ne dũ paria vnquam facere, ſed nec vllo etiã tēpore explicare valeam. Et quidem ea Senarũ Ciuitas eſt,Optime Princeps,vt ſinceræ cuiuſdã obſeruãtiæ,ac fidei perpetuis argumentis apud te,tuoſq; omnē gratiam promeruerit, quod tu quoq; probas, qui eidē quotidie gratificari nõ deſinis. Si autē illud inter cętera ad ſummi boni conditionē magis accedit,quod pluribus cõmunicatur, præclarũ munus hoc certè exiſtiſtimari debuit, cuius collatio omniũ Senenſium intuitu in vnum directa,ab eodem

dem

dem redundat in omnes. Quare tanti beneficij magnitudine vti ſummopere premor, ſic etiam mirificè delector, vt ideo quam in iure publicè interpretando animi propenſionem perpetuo retinui, illico depoſuerim, tantoq; oneri perferendo, quod ante perhorreſcere ſolebam, me libentiſsimè ſubiecerim. Tum verò protinus intellexi hanc triennij intermiſsionem mihi maximè profuturam, vt in Pallatijs (quod in adagio eſt) aliquantulum ea digererem, quæ in Gymnaſijs deglutiri viderentur, vt poſtmodum ad Gymnaſia reuertens, Praxi adiuncta Theoricę, vtiliora, ac ſolidiora proferrem. Interim qui me ipſum benigne excipere, ac ſupra modum fouere cępiſti, quos tibi labores offero, hilari accipe vultu, nam qualeſcunq; ſint, deſpicere non potes, ſed quod in iis rude, & impolitū offendet, animo longe prius tibi in totū deuoto reparatur. Ad eū enim te reſpicere decet, cuius intuitu, & frondes etiam, quibus ornantur aræ Diuorum

uorum, Deo gratiſsimæ omni tempore fuerunt. Quamquam ſi ad materiam ipſam te conuertere non dedignaberis, eam tuo nomine nō indignam certe reperies, cum in optimo Principe, ac legumlatore, magis quam in eximio Iuriſconſulto inſtituendo ferè tota verſetur; eaq; depingat, quę tu efficere ſoles, illudq; præclarum Optimi Principis ſpecimen verbis oſtendat, quod tu quotidie præbes exemplo. Cum autem tui ipſius imagine ingenito amoris igniculo haud delectari nō queas, vt ſpecioſæ Mulieres in ſpeculis ſolent, in hac inſtitutione te ipſum intueri poteris, pręſertim dum ea præcepta traduntur, quę ad populorum commoda reſpiciunt, & Principem ſubditis, & ſubditos Principi mutua beneuolentia conciliant. Ego tuo aſpirante fauore maiora in dies moliri conabor. Vale, faxitq; Deus tua, noſtraq; vota ſecundans, vt diu bene valeas. Pridie kal. Nouembris. 1590.

SVMMAE RERVM,
QVAE AD RVBRICAM DE LEGIBVS
EARVM STVDIOSIS PRAECOGNOSCENDAE TRACTANTVR.

Ex Primo Libro.

VNDE fluxerit legis nomen, ac potiſsimum, quomodo ex diuina lege, lex Naturæ prodeat, & vim legis ab ipſa deducat. cap. p. fo. 5.

Quid lex Naturæ ſit, & an communis omnium animantium exiſtimari debeat, tùm quomodo à conſcientia, & ſyntereſi diſcerni queat. c. 2. fo. 10.

An lex Naturalis ſit vna, & eadem apud omnes, an verò mutationem recipiat cap. 3. fo. 22.

Quàm abſoluta, quàm perfecta Naturæ lex ſit ex Cicerone deducitur, ſimulatque laudatur cap. 4. fo. 33.

Ex Secundo Libro.

CVR ſola naturali lege, cum abſolutiſsima ſit, homines minimè contenti leges ciuiles inſtituerint. cap. p. fo. 41

Qua ratione Ius omnes, & Naturale, & Poſitiuũ dici poſsit Ius Ciuile, tùm quid ſit lex Ciuilis ſecundum hanc ſignificationem diligenter inquiritur. cap. 2. fo. 49

De cauſſa legis efficiente, & legiſlatoris officio, tùm de ijs, qui habent legis condendæ poteſtatem, ac potiſsimum de Iuriſconſultis cap. 3. fo. 59

De cauſſa Legis materiali. cap. 4. fo. 74.

De cauſſa Legis formali. cap. 4. fo. 78.

De cauſſa Legis finali, ac eiuſdem Legis effectu. cap. 6. fo. 82
De ijs, quę Legis cognata, ſiue affinia ſunt. cap. 7. fo. 89.
De ijs, quę Legi repugnant, ac primum de ijs, quæ formæ ipſius aduerſantur cap. 8. fo. 97.
De ijs, quæ Legem à fine auertuntur, ac primum de Incerto, de Ambiguo, de Infinito. cap. 9. fo. 101
De ſubtili diſputandi ratione quatenus reijcienda ſit, vel amplectenda, tùm de Cauillatione, & de Inutili. cap. x. fo. 109.
De his, quæ Legi, aut mortem, aut vulnus inferunt, ac de ſuperfluo, quod inornatam reddit. Cap. xi. fo. 118.

Ex Tertio Libro.

LEX ciuilis laudatur, & ſingulariter quædam de iure ciuili Romanorum ſubijciuntur. cap. p. fo. 124.
Ius ciuile Romanorum à lege Naturali ferè totum belliſsimè fluere, & Naturæ imitatione ſummopere delectari cap. 2. fo. 127.
Legem numquam ita prudenter ſcribi poſſe, vt emendatione non indigeat aliqua, quam cum æquitas præſtet, de ipſius nomine, ac diffinitione tractatur. cap. 3. fo. 145.
Aequitatem hactenus diffinitam ciuilem eſſe non naturalem oſtenditur, tùm quomodo ab ea diſtinguatur vtiliter explicatur. cap. 4. fo. 158.
Quomodo Ius ciuile Romanorum ſe habeat circa naturalem, & ciuilem æquitatem cap. 5. fo. 165
De conſuetudine quid ipſa ſit, & quouſq; legumlatori ſeruanda. cap 6. fo. 175

INDEX LEGVM IN HIS COMMENTARIIS SPARSIM EXPLICATARVM.

EX LIBRIS *Pandectarum.*

De Iuſt. & Iur.
L. *p. num.* 6. *fo.* 264.
L. *omnes populi num.* 7. *fo.* 51

De Legibus.
L. *Legis virtus. num.* 6. *fo.* 75
L. *in ambigua. num.* 14. *fo.* 104

De Conſtit. Princ.
L. *in rebus. num.* 14 *fo.* 290

De Pactis.
L. *p. num.* 4. *fo.* 308

De negoc. geſt.
L. 3. §. *hæc verba. nu.* 20. *fo.* 172

De Iudicijs.
L. *Sed & si* §. *vult. num.* 4. *fo.* 205

De Vſufr. ear. rer.
L. 2. *nu.* 6. *fo.* 36

Ad l. Aquil.
L. *illud nu.* 28. *fo.* 241

Depoſiti.
L. *Bona fides. num.* 15. *fo.* 26. & *nu.* 3. *fo.* 167

Præſcript. verb.
L. *naturalis.* §. *at cum do. nu.* 4. *fo.* 308

de iur Dot.
L. *ſi mulieri.* §. *ex aſſe. nu.* 6. *fo.* 111

De excuſ. Tut.
L. *ſcire oportet.* §. *aliud num.* 41. *fo* 156

De Lib. & poſth.
L. *Gallus* { §. *Item credendum, nu.* 4. *fo.* 243
{ §. *Et quid ſi tantum, nu.* 5. *fo.* 243
{ §. *Quid ſi is, qui filium, nu.* 6. *fo.* 244

De leg. p.
L. *p. num.* 13. *fo.* 294

De leg. 2.
L. *quod Principi* &
L. *ſeq. num.* 20. & *ſeq. fo.* 320

De vſufr. leg.
L. *ſi alij num.* 21: *fo.* 268.

De reg. Caton.
L. *p. num.* 30. *fo.* 117

De Aqua pl. arcen.
L. *p.* §. *denique. nu.* 19. *fo.* 291. & *nu.* 11. *fo.* 326.
Qui, & à quibus,
L. *proſpexit. nu.* 16. *fo.* 261

De Vſucap.
L. *iuſto, num. 5. fo.* 282

De Fonte.
L. *vnica. §. hoc interdictum, num. 8. fo.* 245

De verb. oblig.
L. 2. § *item ſi in facto, nu. 35. fo.* 137.
L. *ſi ſeruum. §. ſequitur, cum §. vlt. nu. 4. fo.* 253. & *num. 3. fo.* 264.

De fideiuſs.
L. *ſi ita nu. 33. fo.* 108.

De Acceptil.
L. *an inutilis. §. vlt. nu. 14. fo.* 26

De iniurijs.
L. *iniuriarum. §. vltimo, nu. 2. fo.*

Ad l. Corn. de Falsis.
L. *Diuus, num. 21. fo.* 192

De bon. damnat.
L. *cum ratio, num. 19. fo.* 27

De pœn.
L. *reſpiciendum, nu. 22. fo. 94. & nu. 7. fo.* 160

Ad municip. de incol.
L. *conſtitutionibus, nu. 20. fo.* 172.

De reg. iur.
L. *ius noſtrum. num. 11. fo.* 113

EX LIBRIS CODICIS.

De Legibus.
L. *quod fauore, nu.* 13. *fo.*300
L. *vlt. nu.* 8. *fo.* 224

In ius vocan.
L. 2. *num.* 4. *fo.* 35

De procurator.
L. *nulla, num.* 65. *fo.* 73.

De Iudic.
L. *placuit, num.* 44. *fo.* 157.

De Vſuris.
L. *p. num.* 12. *fo.* 104.

Dot. promiſs.
L. *p. num.* 6. *fo.* 103.

Solut: matr.
L: *dos à Patre, num.* 3. *fo.* 288

De Præd. minor.
L. *ob æs, num.* 2. *fo.* 243. & *num.* 15: *fo:* 251

De leg. hær.
L. *si maior. nu.* 7. *fo.* 206
L. *lege. nu.* 18. *fo.* 39.

EX LIBRIS INSTITVTIONVM.

De iure nat gent. & ciu.
§. *Sed & quod, num. 2. fo. 75. & num. 11. fo. 76.*
§. *Prætorum. num. 48. fo. 68*
§. *Reſponſa, num. 56. fo. 71. & num. 60. fo. 72.*
§. *Sed naturalia, num. p. fo. 23.*

De Nuptijs.
§. *Affinitatis. num. 18. fo. 81.*

De rer. diuiſ.
§. *Inſula, num. 11. fo. 206.*

RERVM.
QVAE NOTATV
DIGNA VISA SVNT.

INDEX LOCVPLETISSIMVS.

ACCVRSIVS modeſtiæ laudatur, quia in defectũ legum dixit non eſſe propria Gloſſemata alleganda. num. 23. fo. 239

Accurſius virtutem legis ait eſſe conſulere. num. 32. fo. 219

Accurſij error de animali natura ciuili. num. 20. fo. 200

Accursij, & antiquorum error detegitur circa correctionem legum, num. 10. fo. 121

Accursij error detegitur exiſtimantis Aduocatos verboſos eſſe plectendos, num. 21. fo. 123

Acquiſitio inſtar generationis habet, num. 69. fo. 143

Acquiſitio omnis iniuſta naturæ lege probibetur, nu. 4. fo. 131

Acquiſitio quotuplex, num. 4. ſo. 348

Actio præſcriptis verbis pro qualitate negocij eſt bonæfidei, vel ſtricti iuris, num. 23. fo. 173

Actio statuaria in dubio stricti iuris, alia tamen ratione quam Bart. cenſeat, nu. 26. fo. 173

Actio iniuriarum requirit dolum ex parte iniuriantis, num. 3. fo. 342

Actio redhibitoria, & stipulatio damni infecti, cur ex conuentione producantur, num. 26. fo. 107

Actionem, contractum iudicium bonæfidei dicimus, & stricti iuris, non tamen legẽ à lege ita distinguimus nu. 18. fo. 171

Actiones perſonales, aut ad dandũ, aut ad faciẽdũ cõpetũt, reales verò rei perſecutionem continent, nu 5. fo. 131

†† *Actio-*

Actiones humanæ pro vt in ijs, quod iuſtum, ac legitimum eſt refulgere poterit ſunt ſubiectum ciuilis diſciplinæ, nu. 13. fo. 77
Actionum diuiſio præcipua, & illuſtrior, nu. 6. fo. 168
Actionum intuitu an ſtatuta ſtricti iuris ſunt, nu. 19. fo. 172
Actionum omnium ſcopus, vt iuſtè acquiramus, & alios iniuſtè acquirere, aut retinere non ſinamus, nu. 7. fo. 132
Actus non poteſt pro parte valere pro parte non, nu. 19 fo. 114
Actus qui rarò plus quam bis fiant frequenter fieri videntur. num. 4. fo. 214
Actus legis in puniendo ad iuſtitiam diſtributiuam reſpicit, num. 27. fo. 218
Actus puniendi non alterius quam legis eſt, nu. 30. fo. 219
Actus duo an conſuetudinem inducant, nu. 1. fo. 335
Actus diſſimiles conſuetudinem non inducunt, nu. 3. fo. 340
Addere legi Naturæ, & dicere perfectam repugnant. num. 2. fo. 43
Adempta facultate, videntur & inſtrumenta adempta. num. 42. fo. 138
Aduerſus dolo poſsidentem datur iuramentum in infinitum, ſed à Iudice taxatur, nu. 27. fo. 107
Aduocati verboſi. Quid ſeruandum circa eos, num. 22. fo. 123
Aequalitas geometrica, & arithmetica declaratur, num. 48. fo. 140
Aequalitatis fruendæ gratia leges ſanciuntur, cui priuilegia contradicunt, nu. 8. fo. 215
Aequi, & boni ſeutentia ex Ariſtotele, num. 1. fo. 159
Aequitas naturalis Prætori commendata. num. 29. fo. 174
Aequitas an in contractibus ſtricti iuris locum habeat, num. 5. fo. 168
Aequitas ciuilis ſub naturali compræhenditur, num. 23. fo. 164
Aequitas ciuilis numquam à naturali ita ſubducitur, vt non in eandem per circulum relabatur, num. 24. fo. 165
Aequitas naturalis latius patet quam ciuilis, nu. 21. fo. 163
Aequitas quod in ſupergreſsione pœnarum verſetur, diſcutitur Alberti ſententia, num. 12. fo. 161

Aequi-

Aequitas, & clementia diuerſo reſpectu eadem dicitur, num. 11. fo. 161
Aequitas, cur Normæ Lesbiæ comparata, nu. 6. fo. 160
Aequitas an in clementia, vel in benignitate poſita ſit, num. 2. fo. 159
Aequitas ſcripta legis nomen aſſumit, & deſerit æquitatis, num. 43. fo. 156
Aequitas ſui ipſius emendatio eſſe non debet, num. 29. fo. 154
Aequitas quomodo Ariſtoteli habitus eſſe dicatur, num. 23. fo. 153
Aequitas eſt ad aliquid, nu. 21. fo. 152
Aequitas ad ea reſpicit errata in quibus ex abſolutè, & ſimpliciter loquendo peccatur, nu. 11. fo. 150
Aequitas l. curabit. C. de act. empti. etiam vendicat ſibi locum in contractibus innominatis correſpectiuis. nu. 6. fo. 131
Aequitas dubitatur cur non adnumeretur iuri non ſcripto, ſicut conſuetudo, num. 5. fo. 177
Aequitas dum ſcribitur efficitur ius ſingulare, num. 2. fo. 258
Aequitatem laxamentum Cicero dixit, nu. 13. fo. 150
Aequitatem ciuilem cur non reſpexit Prætor ſicut naturalem, num. 15. fo. 162
Aequitatem ciuilem toto iure ciuili diffuſam eſſe oſtenditur, num. 2. fo. 1 7
Aequitatem cur Quirites ſcripto compræhendere non potuerint, num. 28. fo 173
Aequitatis nomen vſurpatur, pro eo quod iniquitati opponitur, num. 6: fo. 149
Tum pro eo, quod opponitur iuri ſcripto, ſiue legitimo, nu. 7. fo. 149
Et ad clementiam, & benignitatem quandam refertur ex quorundam ſententia, nu. 8. fo. 149
Aequitatis diffinitio ex Ariſtotele, num. 9. fo. 149
Eadem ex Donato, nu. 12. fo. 150
Aequitatis diffinitio naturali æquitati conuenire nequit. nu. 13. fo. 161
Aequitatis concluſio ex Authore, nu. 33. fo. 174
Affirmatiua vniuerſalis nihil excludit, num. 10, fo. 169

Aggreſſus quicquid facit præſumitur ad ſui facere defenſionem, num. 12. fo. 44
Alearum vſu probibitio, an quis eas conficere poſsit, etiam ſi non ludat, num. 43. fo. 138
Allegans legem correctam ad deciſionẽ cauſſarum an incidat in pœnam falſi, num. 11. fo. 121
Alluuionis exemplo declaratur, cur vſucapio adiectio dominij eſſe dicatur, num. 71. fo. 143
Alimenta filio Pater interdum poteſt denegare, nu. 21. fo. 27
Ambiguum dari ſopponitur contra Diodorum, num. 2. fo. 272
Ambiguũ eſt cũ duo dicuntur ab eo, qui vnũ ſentit, nu. 4. fo. 273
Ambiguum, dictum quaſi ambiuium, num. 5. fo. 273
Ambigui exempla ex Quintiliano, nu. 3. fo. 272
Ambigui, & obſcuri differentia, num. 6. fo. 273
Amiſsio mortis ſimilitudinem retinet, num. 69. fo. 143
Ampliatio regularum ab interpretatione, limitatio ab æquitate proficiſcitur, num. 19. fo. 152
Analogia explicatur, ſecundum quam ius ars rectè dicitur, num. 12. fo. 265
Animalia, quoad vſum, non quoad legem homini ſubijciuntur, num. 13. fo. 14
Animalia bruta iuris expertia, non tantũ rationis, nu. 12. fo. 197
Animi perturbationes, vt funes nos inuicem trahunt, & retrahunt, num. 24. fo. 40
Antiquum de qua lege dicatur remiſsiuè, num 7. fo. 307
Arbitramenta proprie iniquitatis, non iniuſtitiæ notantur, num. 18. fo. 162
Arbitramenti iniquitas à Iudice bonæ fidei corrigitur, n. 8. fo. 99
Arbitro ſi detur prorogandi poteſtas poterit quoties opus erit prorogare, num. 24. fo. 106
Arduum nimis impoſsibile reputatur, num. 20. fo. 94
Argumentum à communiter accidentibus, num. 7. fo. 209
Ariſtoteles cur ſpecialiter de prudentia nõ tractauit, n. 36. fo. 57
Ariſtoteles declaratur lib. 7. cap. 5. Ethyc. num. 5. fo. 51
Ars imitatur naturam iuris, num. 3. fo. 43
Ars à natura diſcernitur, num. 7. fo. 265
Ars nulla in ſe ipſa verſatur, num. 8. fo. 265

Artis

Artis nomen magis quam ſcientiæ conuenit Iuri ciuili, num. 10. fo. 265
Artis nomen in latiſsima ſignificatione vſurpatur. nu. 11. fo. 265
Auguſta non lege regia, non ratione, non moribus ſoluta legibus eſt, num. 16. fo. 320
Ei tamen omnia fiſci priuilegia competunt, num. 17. fo. 320
Auguſta læſa an reſtituatur, num. 22. fo. 320

B

BALDVS nullum ius ignoraſſe dicitur, nu. 12. fo. 294
Beneficium reſtitutionis lex nõ cõcedit minori dolo, vel fraude contrahenti, num. 9. fo. 37
Benigna interpratatio tamquam iuſta, & tuta le gis eſt coniuncta, num. 23. fo. 95
Benigna interpratatio ſecundum quid conſiderata, nu. 1. fo. 269
Bona fides. Quid ſit ex bona fide ſtatuere, num. 7. fo. 169
Item ex bona fide eſſe, cenſere, præſtare, nu. 7. fo. 169
Bona fides, & ſtricto iuri, & malæ fidei opponitur diuerſa tamen ſignificatione, num. 8. fo. 169
Bona fides in contractibus eſt æquitas potius conuentionis, quàm legis emendatiua, num. 11. fo. 170
Ad bonæ fidei differentiam ſtrictum ius ſemper dicitur, non ita ad differentiam æquitatis, num. 13. fo. 170
Boni & æqui ſententia ex Ariſtotele, num. 1. fo. 159
Boni, & æqui ex Ariſtotele dubitatio, num. 25. fo. 153
Bonis ciuibus exiſtentibus tranquillus eſt Reipublicæ ſtatus, num. 17. fo. 87
Bononiæ extat ſtatutum, quod qui fecerit ſanguinem in palatio capite puniatur, an comprehendat Barbitonſorem, qui ęgroto è vena ſanguinem mittit Medici iuſſu, nu. 4. fo. 148
Bononienſium conſuetudo erronea, num. 7. fo. 343
Bonum quod magis commune eſt ad ſummi boni conditionem magis accedit, nu. 30. fo. 136
Breuitate leges ſcribi Iuſtinianus pręcepit, nu. 16. fo. 93
Bruta. In Brutis æterna lex ſolum ſpectatur, nu. 9. fo. 13
Bruta. Lex eſt in quolibet, vel ut in regulante, vel vt in regulato,

gulato, in Brutis nullo modo, num. 12. fo. 14
Brutorum effectus aliarumq; rerum legi referuntur æternæ, num. 15. fo. 14

C

CADVCORVM differentia ab Accurſio non intellecta, num. 23. fo. 321
Captatoriæ voluntates reprobantur, nu. 17. fo. 216
Captiuitate interrumpitur vſucapio, num. 62. fo. 142
Caſus ſingularis. Ex caſu ſingulari regulariter non infertur ad vniuerſale bonum. nu. 3. fo. 205
Caſus ſingulares ad Iudicem pertinent, num. 10. fo. 206
Cauillari an liceat, nu. 31. fo. 117
Cauillari quis dicatur, num. 29. fo. 116
Cauillatio quid ſit, & quot modis committatur ex Alciati ſententia, nu. 27. fo. 116
Cauſa non venit appellatione ſubſtantiæ, vel ſolemnitatis, nu. 8. fo. 298
Cauſa pia in teſtamento imperfecto liberis æquiparatur, num. 12. fo. 255
Cauſa legis formalis, & efficiens, nu. 15. fo. 327
Certa quæ ſint, num. 9. fo. 282
Certior, qui potuit de facili fieri pro ſciente habetur, num. 20. fo. 192
Circuitus inutiles in iure euitantur, num. 32. fo. 136
Circuitus. Ex regula de inutili circuitu euitanda ad varia infertur remiſsiue, num. 36. fo. 137
Circumuenire legem quid ſit, nu. 7. fo. 312
Citatio ad ordinem neceſsitatis non inſtructionis refertur; num. 22. fo. 55
Ciuilis diſciplina ſola eſt legis effectiua. nu. 3. fo. 61
Ciuilis diſciplinæ habitus in legiſlatore conſideratur, num. 19 fo. 64
Ciuilis, ſiue legitimæ diſciplinæ finis eſt cognitio, nu. 4. fo. 264
Ciuis bonus dicitur ex habitu, & optimus ex habitu bonus, nu. 22. fo. 89

Ciues

Ciues quomodo formidine pœnæ boni efficiantur, nu. 21. fo. 88
Clauſula decreti irritantis non facit ignorantem incidere in pœnam, num. 22. fo. 192
Cognationem cum lege quæ ſint, quæ retineant, nu. 1. fo. 90
Commune bonum in iure appellatur vtilitas, & exemplo oſtenditur, nu. 6. fo. 85
Comparatio inter medicinam, & ſeruitutem, nu. 24. fo. 28
Concluſio non poteſt inferri ex non præmiſsis, nu. 1. fo. 344
Conditio impoſsibilis habetur pro non ſcripta, nu. 18. fo. 94
Coniunctio maris, & fœminæ à diuina lege pendet, num 17. fo. 15
Conſcientia non eſt lex, ſed à lege formatur, nu. 39. fo. 31
Conſcientia, lex Naturæ, & ſynteresis in quo differant, nu. 42. fo. 21
Conſenſio Ariſtoteli, quid ſit, nu. 5. fo. 160
Conſenſum materiam communem contractum dicere poſſumus num. 8. fo. 76
Conſenſus eſt materia remota ſtipulationis, nu. 15. fo. 256
Conſeruationi ſpecierum ſpectantia à diuina lege pendent. nu. 19. fo. 15
Conſpirans aduerſus Senatorem, reus eſt læſæ Maieſtatis. num. 13. fo. 226
Conſtituendi verbum pertinet ad ius ſcriptum non ad ius vniuerſale, nu. 3. fo. 281
Conſtituto Prætor curdet actionem, num. 7. fo. 85
Conſuetudo an emendetur æquitate, nu. 35. fo. 155
Inter conſuetudinem, & legem quid interſit, nu. 36. fo. 155
Conſuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu, num. 37. fo. 155
Conſuetudo in ſcripturam redacta ſubiacet æquitati, num. 38. fo. 155
Conſuetudo pro vt facti, num. 2. fo. 177
Eiuſdem ex ſententia Butrij triplex acceptio, n. 3. fo. 177
Conſuetudo an obtineat non deficiente lege, nu. 13. fo. 179
Conſuetudo interpratatiua non eſt per ſe ius, nu. 14. fo. 179
Conſuetudo debet eſſe legitimè præſcripta, nu. 15. fo. 179
Conſuetudo interpratatiua non ita, nu. 16. fo. 179

Conſuetudo conſtat ex quatuor nu. 17. *fo.* 180
Conſuetudo veritati cedit, nu. 19. *fo.* 180
Conſuetudo aduerſus fidem catholicam non valet, nu. 20.*fo.* 180
*Neque permittens, quod eſt abſolutè malum, nu.*21. *fo.* 180
*Secus ſi malum, quia prohibitum, num.*22. *fo.* 180
Conſuetudo. Sicut nulla lex poteſt eſſe niſi iuſta, ita & conſuetudo, num. 24. *fol.* 181
Conſuetudo contra bonos mores non valet, nu. 26. *fo.* 181
Conſuetudo ex bino actu non inducitur. nu: 1. *fo.* 210
Conſuetudo ex duabus vicibus in criminibus inducitur, & quare, nu. 6. *fo.* 211
*Conſuetudo cuius temporis dicatur inueterata, nu.*7. *fo.* 325
Conſuetudo ne longiori quam x. annorum ſpacio inducatur fauorabile eſt, num. 14. *fo.* 326
Conſuetudo in quibus legi cedere cogatur, nu. 26. *fo.* 329
Conſuetudo an poſt ius ſcriptum primum locum obtineat dubitatur, num. 2. *fo.* 324
Conſuetudo cum non contradicit legi ſcriptæ vtrumque ius ſeruatur æqualiter, num. 3. *fo.* 335
Conſuetudo contra rationem quomodo obtineri queat dubitatur, num. 5. *fo.* 343
Conſuetudo Bononienſium erronea, nu. 7. *fo.* 343
*Conſuetudinis nomen refertur ad varia, num.*1. *fo.* 176
Conſuetudinis diffinitio ex Iſidoro, num. 6. *fo.* 178
*Conſuetudinis propria ſedes, & proprius locus,nu.*23. *fo.* 181
Conſuetudinem quare Iſidorus, iuris, non facti eſſe dicat, nu. 7. *fo.* 178
Conſuetudinem an oppida, & vniuerſitates poſsint inducere, num. 1. *fo.* 332
Conſuetudinem an probaſſe dicatur, qui oſtendit contradicto iudicio aliquando fuiſſe firmatam,num. 6. *fo.* 333
Conſuetudinem an duo actus inducant, nu, 1. *fo.* 335
*Conſuetudinem Coraſius non rectè intelligit maioris authoritatis eſſe, quam ius ſcriptum, num.*1. *fo.* 336
Conſuetudines probari debere, quomodò intelligendum ſit, num. 8. *fo.* 178
*Conſuetudines, ſiue mores, quæ in legē nō trāſeūt, n.*12.*fo.*179

Conſuetudines irrationabiles improbantur, num.18. fo. 180
Conſuetudines laudabiles diuinitatem quandam præſeferunt. num.27. fo. 181
Romani præclaras eorum conſuetudines, vtplurimum ſcripto commendauerunt, num. 28. 189
Conſulere an legis virtus dicenda ſit, nu.31. fo. 212
Contractus, & obligationes rei appellatione continentur, nu. 12. fo. 77
In contractibus quædam relatio conſideratur, nu. 21. fo. 134
Contractus definitio ex Theophilo, nu. 5. fo. 249
Contractus reſiſtente lege eſt ipſo iure nullus, nu. 4. fo. 311
Contractus ab initio voluntatis ſunt, ex poſt facto neceſſitatis, num. 5. fo. 258
Contractuum genera ſubalterna, quomodo reſpectu inferiorum conſiderentur, num. 9. fo. 76
Contrariorum eadem eſt cognitio, nu. 24. fo. 36
Conuentio contra communẽ vtilitatem non valet, nu.37 fo. 109
Conuentio inter partes fieri poteſt, ne vlla valcat æquitas, nu. 14. fo. 171
Conuentio nulla eſt, quæ nõ habeat in ſe conſenſum. nu.2. fo.344
Conuentionis verbum generale eſt num. 2. fo. 335
Correctam legem allegans ad deciſionem cauſarum incidit in pœnam falſi, nu.11. fo. 121
Correctio legum odioſa, nu. 8. fo. 120

D

DEBET. Hoc verbum eſt neceſſitatis, & præcepti, nu. 21. fo. 239
Decretum irritans non facit ignorantem incidere in pœnam, nu 22. fo 192
Defendens res ſibi neceſſarias vitam defendere videtur, nu. 18. fo. 134
Defenſio rerum coniuncta defenſioni perſonæ iuſtificat homicidium, nu.16. fo. 133
Defenſio, pro rerum defenſione, licet vim vi repellere, nu. 11. fo 132

An pro rerum defenſione liceat occidere,nu.12.fo. 132
D*efenſio corporis ad rerum defenſionem an extendatur,num. 13. fo.* 45
D*efenſio aduerſus vim,& iniuriam naturaliter eſt iuſta, nu. 10. fo.* 44
D*epoſiti reſtitutio à iure naturæ venit per modum concluſionis, nu. 13. fo.* 25
D*epoſitum eſt iuris poſitiui, nu.20. fo.* 27
D*epoſitum eſſe reddendum declaratur, quomodo iuris naturalis ſit, & tamen æquitate interdũ emendetur,nu.31.fo.* 154
D*erogatio modicum diſtat à correctione,nu.12. fo.* 121
D*eſuetudinis cauſſa quænam ſit, nu. 6. fo.* 120
D*ictũ à ratione,quomodo reſtringatur, & producatur,n.6.fo.*79
D*ifferentia inter ambiguum,& obſcurum,nu.6. fo.* 273
D*ifferentia inter interpretationem, & coniecturam, num. 12. fo.* 246
D*ifferentia inter criminia, & negocia merè ciuilia,n.6.fo.*211
D*ifferentia ſcriptæ, & non ſcriptæ æquitatis reprobatur,nu. 42. fo.* 156
D*ifferentia inter ius,iuſtificationem iniuriam,& iniuſtè factum, num. 39. fo.* 31
D*ifferentiæ inter maſculos, & fœminas in ſuccedendo ſubtilitati aſcriptæ, nu. 5. fo.* 111
D*iffinitionis officium quod ſit,& quod regulæ,nu.7. fo.* 229
D*ignitas Tribunorum quæ eſſet, nu. 31. fo.* 66
D*ignitas Vexilliferorum Senis, quæ,nu. 32. fo.* 66
D*iminutio reliquum,quod non diminuitur iuſtum eſſe ſupponit, nu.40. fo.* 156
D*iminutio mutationem ſupponit,nu. 30. fo.* 154
D*irigere, & regere rationis eſt munus,nu.2. fo* 79
D*iſpoſitione,& propoſita aliquid agi dupliciter conſideratur nu. 22. fo.* 268
D*iſtinctio iuſti, & iniuſti ad æternã legẽ refertur,nu.22.fo.* 40
D*iſtinctio inter Iudices,& Iuriſprudentes,nu.14. fo.* 246
D*iſtrictuales an ſubijciantur legibus Ciuitatis.nu.14. fo.* 199
D*iuitias ſecũdum ſanguinẽ dicere indigna res eſt,nu. 19.fo.*134
D*iuturnũ in iure noſtro ſignificat idẽ, quod perpetuũ,n.10.f.* 326

Diu-

Diuturnum, ſiue longum vetuſtatem inferunt, nu.12. fo. 326
Doctoris egregij atteſtatio de conſuetudine, releuat ab onere probandi, nu. 7. fo. 333
Dominij vtilis ficta ſpecies Senis inducta, nu.33. fo. 47
Donatio perfecta non capit conditiones, nu.18. fo. 114
Donatio facta ab Auguſta, vel ei, non eget inſinuatione, nu. 19. fo. 320
Dos ex matrimonio formam conſequitur, nu.74. fo. 144

E

EDICTA naturalem æquitatem in ſcripturam redigunt, nu. 45. fo. 157
Edicta Prætoris etiam ante Iulianum perpetua, nu.45. fo. 68
Edicta quæ legis obtineant authoritatem, nu.46. fo. 68
Edictum, l. naturalis perpetuum eſt, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, & e contra, num.10. fo. 132
Effectus brutorum, aliarumq; rerum, legi referuntur æternæ, nu.15. fo. 14
Effectus legis eſt homines non ſolum metu, ſed præmij ſpe bonos efficere, nu. 5. fo. 43
Effectus cuiuſq; legis eſt facere Ciues bonos, reſpectu finis in quem dirigitur, num. 19 fo. 88
Eluſio verba legis fouet, & ſententiæ vulnus infert, num. 15. fo. 122
Emendatio omnis nititur æquitate, nu. 10. fo. 92
Ementes à Fiſco, à Cæſare, ab Auguſta ſtatim fiunt ſecuri, num.18. fo. 320
Errata quædam magis tolleranda ſunt, quam leges mutandæ, num.2. fo. 119
Error qui ab æquitate emendatur in verbis eſt, non in ſententia, num. 39. fo. 156
Error circa ea, quæ bona per ſe, vel mala ſunt non inducit conſuetudinem, nu. 9. fo. 343
Exactum non in vnoquoq; genere exquirendum, nu.11. fo. 230
Exceptio peremptoria cur finem non habeat, nu.76. fo. 144
Exceptiones prodeũt ex iure conſeruandi, & retinẽdi, n.8. fo.132

Excuſsionem de apicibus iuris non eſſe, Author ſentit, nu. 7. & 12. fo. 91. & 92
Excuſsionis inductio eſt ſecundum æquitatem, nu. 9. fo. 92
Extenſio, productio, ſuppletio ab eadem ratione, & vtilitate proficiſcuntur, num. 18. fo. 151
Extenſiones omnes eo minus fauorabiles ſunt, quod arbitrio indulgent, num. 6. fo. 237
Extremis probatis, præſumuntur media habilia, nu. 17. fo. 105

F

FACILE mutare leges eſt legis vim infirmam reddere, num. 3. fo. 119
Facilitas indulgendi legibus reprobata, nu. 10. fo. 286
Facilius confirmatur aliquid inutile, quam quod aliquid introducatur de nouo, nu. 17. fo. 251
Facta omnia incerta ſunt, num. 4. fo. 228
Facti quæſtiones ad Iudices pertinent, nu. 3. fo. 236
Facti ſola veritate inſpecta, an beneficium excuſsionis tollatur, nu. 6. fo. 91
Fauendum magis eſt reo, quam actori in ciuilibus, & criminalibus, num. 27. fo. 96
Fideiubens pro contractu reprobato non tenetur, num. 15. fo. 216
Fideiuſſor adhibetur, vt creditori magis conſulatur, nu. 11. fo. 92
Fidem ſeruare non ſemper eſt æquum, nu. 16. fo. 26
Fides veritatis verborum adminicula non querit, nu 5. fo. 91
Filij emancipati nec ſecundum ciuilem æquitatem admittebantur ad Patris hæreditatem, nu. 22. fo. 161
Filius verberans Patrem ſi capitis reus eſſe ponatur, quid ſi id noctu, & per imprudentiam admiſerit, nu. 4. fo. 160
Fine adempto ordo quo, cuncta ordinantur deletur, nu 1. fo. 102
Fines plures ad vltimum finem dirigi oſtenditur, nu. 10. fo. 86
Finis. De fine non eſt conſultatio, nu. 16. fo. 189
Fœlicitas poſita eſt in vſu virtutum, nu. 16. fo. 87
Forma non adimpletur per æquipollens. nu. 9 fo. 80
Formas actuum, quæ iuris publici ſunt pactis priuatorum lędi lex prohibet, nu. 12. fo. 80. & nu. 13. fo. 216

For-

Formula Galli ius non induxit, nu. 66. fo. 73
Formulas ſcribere, non eſt leges condere, nu. 62. fo. 73
Franciſcus Mantica laudatur, nu. 13. fo. 246
Faus quando fieri dicatur exemplis declaratur, nu. 1 fo. 312
Fraus ex diametro æquitatem oppugnat, nu. 4. fo. 313
Fraus quatuor modis fieri poteſt, nu. 6. fo. 313
Fraus & ratione doli, & fraudis legi aduerſatur, nu. 19. fo. 100
Frequens, & rarum, vt extrema, & oppoſita conſiderantur. nu. 4. fo. 208
Frequenter non accidit, quod bis accidit, nu. 2. fo. 210
Frequentare coniugia dicitur, qui conuolat ad ſecundas nuptias, nu. 3. fo. 210
Frequenter fieri videntur, ſi bis fiant, quæ rarò plus, quam bis fiunt nu. 4. fo. 211
Fundo legato, quare non debeatur inſtrumentum inquiritur, & quid legato vſufructu, nu. 45. fo. 139
Fur manifeſtus grauius punitur, nu. 51. fo. 140
Fures pro tertio furto ſuſpendi ſapienter conſtitutũ, nu. 8. fo. 211

G

GALLI formula ius non induxit, nu. 66. fo. 73
Gallus Aquilius, & lex Vellea ad eandem vtilitatem reſpiciunt, nu. 7. fo. 243
Generatio vnius eſt corruptio alterius, & e contra, nu. 70. f. 143
Genus ſingulis ſpeciebus ſuam communicat ſubſtantiam, nu. 14. fo. 162
Gradus iuris completi ſummatim recenſentur, nu. 67. fo. 142
Gubernandi ordo rationem includit, nu. 24. fo. 55
Lex optimam gubernandi rationem includens, non refertur ſolum ad gubernationem à Platone relatam, num. 29. fo. 56
Gubernandi ratio multiplex, num. 27. fo. 55
Gubernandi ratio optima, quæ conuentiones tuetur, Magiſtratus decernit, qui ius reddant, nu. 51. fo. 59
Gubernandi ratio publicum, & priuatum ſpectat, nu. 51. fo. 59
Gubernatio popularis duplex, nu. 28. fo. 56

Gu-

Gubernationes ciuiles, quot ſint ex Platone, nu. 27. fo. 55
Guido Pancirolus laudatur, nu. 6. fo. 341

H

HABITVS ciuilis diſciplinæ in legiſlatore deſideratur, num. 19. fo. 64
Eſt autem cum prudentia idem, nu. 20. fo. 64
Habitus intellectus quinq; Ars, Scientia, Prudentia, Sapientia, & Intellectus, nu. 2. fo. 293
Hæres ſemel non poteſt deſinere eſſe hæres, nu 7. fo. 112
Hæreditas ante aditionem hæreditas eſt, adita vertitur in patrimonium adeuntis, nu. 75. fo. 144
Hieronimus Beneuolentus Authoris prçceptor laudatur, nu. 13. fo. 113
Hieronimus Cerretanus laudatur, nu. 19. fo. 301
Homo quilibet pars ciuitatis dicitur, nu. 18. fo. 87
Hominem ſolum in manu conſilij reliquit Deus, & circa quod verſetur conſilium, nu. 20. fo. 15
Homines diuina, & propria ratione reguntur, nu. 10. fo. 13
Homines quo naturę ſtatu liberi naſcebantur, nu. 23. fo. 28
Hominum improbitas legibus condendis dedit occaſionem, num. 4. & 40. fo. 43. & 48
Homicidium deliberatum magis punitur, quàm in rixa commiſſum, nu. 52. fo. 140
Honeſtius eſt de aliorum, quàm de propria ſententia confidere, num. 24. fo. 239
Honeſtum quomodo accipiatur, nu. 35. fo. 19
Humanæ actiones pro vt in ijs quod iuſtum, ac legitimum eſt refulgere poterit, ſunt ſubiectum ciuilis diſciplinæ, nu. 13. fo. 77
Humanæ leges an omnia vitia prohibeant, nu. 15. fo. 191

I

IGNORANTIA multiplex, num. 18. fo. 191
Ignorantia pro improbitate à Platone vſurpata, n. 10. fo. 197
Ignoranter an quis delinquat, nu. 17. fo. 191

Impoſsibile multiplex eſt, nu. 19. fo. 94
In iis quæ ad formam, & ordinem iuris pertinent, nec ætas, nec ruſticitas attenditur, nu. 17. fo. 53
In iure nihil debet eſſe ſuperfluum, nu. 2. fo. 202
In iuſto, & iniuſto conſtituendis maxima differentia, maximus item error, nu. 7. fo. 203
Incertum in quo differat ab ambiguo, nu. 13. fo. 104
De omni incerto non eſt idem ferendum iudiciū, n. 4. fo. 103
Incertum ius nec finem controuerſiis facit, nec ius tribuit, nu. 2. fo. 102
Incerti vitiū Iudicis, & Arbitri reddit ſentētiā nullā, n. 3. f. 103
Incertitudo vel vitiū, vel periculum legi affert, nu. 9. fo. 103
Inciuile quid ſignificet ex Coraſio. nu. 1. fo. 292
Inciuile apud Celſum dicitur, quaſi habitui prudentiæ contrarium, num 8. fo. 293
Inconuenientia multiplicanda non ſunt, nu. 11. fo. 343
Indiuiduum per partes nō conſiſtit. nu. 9. fo. 25. & n. 20. fo. 115
Inducere. Hoc verbum quid ſignificet, nu. 67. fo. 73
Indulgendi facilitas legibus reprobata, nu. 10. fo. 286
Indulgendi ius eſt penes Principem, nu. 11. fo. 286
Indulgentia criminum an ſit contra leges, nu. 9. fo. 286
Indultus alius particularis, alius generalis, nu. 3. fo. 285
Indultus à lege quomodo diſcernatur, nu. 8. fo. 286
Infinitum quibus in caſibus tolleretur. nu. 16. fo. 105
Infinitum aliud ſecundum perfectionē, aliud per contrarium, num. 19. fo. 106
Infinitum ex Ariſtotele, quod naturæ contradicat, num. 20. fo. 106
Infinitum legis auocans à fine nō ad eum perducens euitatur, num. 22 & 29. fo. 106. & 107
Quæſtio omnis de infinito à legis fine conſideratur, num. 38. fo. 109
De infinito vel in lege vel in conuentione quæri poteſt, num. 21. fo. 106
Inhibitioni permiſsio magis, quam præceptum oppouitur, num. 3. fo. 214
Inhumanitas legi aduerſatur, ac eā vitioſam reddit. n. 20. fo. 101

Iniquitas inæqualitas eſt dupliciter delinquens, nu. 6. fo. 99.
Iniquitas arbitramenti à Iudice bonæ fidei corrigitur, n. 8 fo. 99
Iniuriam facere eſt ſua ſponte nocere contra legem. nu. 2. fo. 98
Iniuriam pati melius eſt, quàm inferre, num. 3. fo. 98
Iniuriarum occaſio naſci non debet, vnde iura naſcuntur, num. 4. fo. 98
Iniuſta non emendantur æquitate, nu. 26. fo. 153
Iniuſtus totus dicitur à iuſto parum decedens, nu. 8. fo. 25
Inopinatum diſtinguitur ab eo, quod vno aliquo caſu poteſt accidere, nu. 1. fo. 204
Inopinatorum quod non ſit lex, nu. 5. fo. 202
Inordinatorum nulla diſpoſitio, nu. 13. fo. 53
Intellectus ad c. Dominus, 23. q. 2. nu. 33. fo. 117
Intellectus ad c. ita nos, 25. q. 2. nu. 5. fo. 211
Interdictum retiuendæ mixturam actionis, & exceptionis continet, nu. 9. fo. 132
Intereſt ciuitatis malis eam purgare hominibus, & delicta impunita non eſſe, nu. 7. fo. 44
Interpretari quid, nu. 63. fo. 73
Interpretatio nouum non inducit ius, nu. 64. fo. 73
Interpretatio omnis, aut ex verbis, aut præter verba, aut contra verba eſt, nu. 10. fo. 245
Interpretatio legis ſi mutari non debet multominus lex ipſa, num. 9. fo. 289
Interpretatio quædam legis eſt, quædam pro lege, nu, 8. fo. 233
Interpretatio conſuetudinis eſt probabilis, & neceſſaria, num. 2. fo. 338
Interpretationis, & coniecturæ differentia, nu. 12. fo. 246
Inuiti cur non coerceantur, nu. 19. fo. 191
Inueſtigatio inartificialis multarum rationum, & cumulus contra Moderniores reprobatur, nu. 12. fo. 278
Inutile aliquid facilius confirmatur, quam quod aliquid de nouo introducatur, nu. 17. fo. 251
Inutile quamobrem diſpliceat legi, nu. 24. fo. 118
Inutiliter fieri, vel aliquid non fieri paria ſunt, nu. 16. fo. 251
Iudex nemo in propria cauſſa, nu. 11. fo. 44
Iudex quando non dicebatur recedere à reſponſis, nu. 58. fo. 72

Iudex

Iudex quando faciat litem ſuam, num. 59. fo. 71
Iudex eſt legiſlatoris interpres, ac iuſtitiæ miniſter, num. 10. fo. 238
Iudex maleficiorum de cauſa ciuili cognoſcere non poteſt, num. 6. fo. 364
Iudicis officium nullam ſupponit obligationem, nu.6. o. 254
Iudicis, & iuriſprudentis diſtinctio, nu.14. fo. 246
Iudici, vt ius cuique tribuat duplici via conſulitur, num. 14. fo. 100
Iudicem ad legem, arbitrum ad bonum, & æquum ſpectare, quid ſit, num.17. fo. 162
Iudicium conſtat contradictione, nu.5. fo. 333
Iudicia, teſtamenta aliæque iuris ſpecies ſuum ordinem ſeruandum habent, nu. 16. fo. 53
Iudiciorum laus, & vtilitas, nu.11. fo. 238
*Iuriſconſulti partibus, non iudicibus reſpondebant, nu.57.fo.*71
Iuriſconſulti, Iudicis, atq; Magiſtri interpretatio neceſſaria non eſt, ſed tantum probabilis, nu.5. fo. 338
Iuriſconſultorum mos, vt à diffinitionibus à cauſſis diuertant ad effectus, nu. 16. fo. 190
Iuriſdictione conceſſa ea quoque conceſſa videntur, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt. nu.38. fo. 138
Iuriſprudentiæ finis eſt optima Reipublicæ gubernatio, num. 25. fo. 55
Iuriſprudentis, & Iudicis diſtinctio, nu. 14. fo. 246
Iuriſprudentes an legis condēdę haberēnt poteſtatē, nu.49.fo. 69
Ius naturæ, & lex naturæ pro eodem habentur, nu. 2. fo. 11
Ius ab Ariſtotele diuiditur in naturale, & legitimum, num. 5. fo. 12
Ius naturæ ad ſolos homines refertur, nu.6. fo. 12
Ius naturæ ſemper bonum, & æquum, nu.7. fo. 12
Ius naturæ immobile ex Ariſtotele, & Iſidoro, nu. 2. fo. 23
Ius naturæ mobile eſſe argumentis oſtenditur, nu. 3. fo. 24
Declaratur idem exemplis, nu.5. fo. 24
Ius naturæ immutabile eſſe confirmatur, nu. 5. fo. 24
Ius naturæ in modum concluſionis à primis oriens principijs interdum mutatur, num.11. fo. 25

Ius ciuile quando à naturali in totum recedat, nu. 28. fo. 29
Ius ciuile à lege naturæ non poteſt recedere, nu. 34. fo. 31
Ius ciuile quomodo à naturali nec in totum recedere, nec omnino ei ſeruire dicatur, nu. 37. fo. 31
Ius ciuile, & naturale in quo differant, nu. 38. fo. 31
Ius ciuile non ſingulorum gratia conſideratur; ſed ad vrbes bene inſtitutas refertur, nu. 40. fo. 32
Ius ciuile multis caſibus naturalem mutat rationem. nu. 7. fo. 36
Ius ciuile naturalem non mutat rationem, quæ circa iuſtum ſit, vel iniuſtum, nu. 8. fo. 36
Ius varium circa vſucapionem, num. 19. fo. 45
Ius ciuile in vſucapione à canonico coanguſtatum, nu. 20. fo. 45
Ius honorarium iuris ciuilis viua vox, ita naturalis ius poſitiuum eſt expreſſio, nu. 41. fo. 48
Ius naturale quid ſit, nu. 2. fo. 51
Ius ex ſententia Pauli diuiditur, nu. 3. fo. 51
Ius quod Ariſtoteles legitimum, Paulus ciuile ius vocat, num. 4. fo. 15
Ius ciuile idem præſtat Latinis, quod Græcis ius Politicum. num. 6. fo. 51
Ius omne hominum cauſſa conſtitutum eſt, nu. 39. fo. 57
Ius ciuile, & prætorium, quando in vnam conſonantiam redactum. nu. 44. fo. 68
Ius honorarium cur dictum, nu. 47. fo. 68
Ius duobus modis accipitur, & dum conditur, & dum dicitur, ac obſeruatur, nu. 13. fo. 87
Ius ſuum vnicuique tribuere non ſolum eſt in diffinitione iuſtitiæ, ſed inter præcepta iuris, nu. 10. fo. 99
Ius incertum, nec finem controuerſijs facit, nec ius tribuit, num. 2. fo. 102
Ius dum conditur omnium, dum obſeruatur priuatam vtilitatem ſpectat. num. 14. fo. 114
Ius certum eſſe debet, tùm certæ iuris formæ, nu. 22. fo. 115
Ius ciuile Romanorum laudatur. nu. 4. fo. 126
Ius in Vlpiani diffinitione pro ſtudio iuris vſurpatur, nu. 1. fo. 130
Idem in acquirendo, conſeruando, aut minuendo conſiſtit, num. 2. fo. 131

Ius acquirendi ex naturæ lege eam accipit formam, ne cum alterius iactura fiat, nu. 3. fo. 131
Ius ciuile laudatur, nu. 26. fo. 135
Ius commutatiuũ magis quam naturam imitetur noſtris commoditatibus inſeruit, nu. 56. fo. 140
Ius commutatiuum, & medium arithmeticum dicunt imperfectionem, nu. 58. fo. 141
Ius naturale non emendari æquitate, nu. 28. fo. 153
Ius naturale ſcriptura compræhenſum fit legitimũ, nu. 32. fo. 154
Ius gentium an emendetur æquitate, nu. 33. fo. 155
Ius artem eſſe boni, & æqui, ad æquum ciuile referendum eſt. nu. 1. fo. 167
Ius honorarium cur dictum viua vox iuris ciuilis, nu. 30 fo. 174
Ius ciuile tùm maximè inhærendo æquitati naturam imitatur, num. 34. fo. 174
Ius naturale, cur non adnumeretur iuri non ſcripto, ſicut conſuetudo dubitatur, nu. 4. fo. 177
Ius facere aliud eſt, aliud legem condere, nu. 9. fo. 224
Ius, & ratio iuris differunt, nu. 2. fo. 248
Ius vniuerſale à ſingulari diſtinguitur, nu. 1. fo. 257
Ius ſingulare eſſe ius excipiendi non rectè quidam conſtituunt, nu. 8. fo. 259
Ex iure ſingulari etiam regulæ fiunt, nu 9. fo. 259
Ius ſingulare latius patet, quam ius priuilegiatum, nu. 10 fo. 259
Ius ſingulare cur aliqua vtilitate nitatur, nu. 13. fo. 260
Ius ſingulare cur facilius tollatur quam ius cõmune, nu. 14 f. 260
Ius commune. In iure communi maior vtilitas ſemper elucet, nu. 15. fo. 260
Ius ciuile an ſit ars, nu. 6. fo. 264
Ius ciuile in quibus à naturali recedit, accidere facile poteſt, ne omnium ratio reddi queat, nu. 4. fo. 277
Ius naturale per rationis inquiſitionem ſubuerti non poteſt, ſed maximè confirmatur, nu. 4. fo. 281
Ius, & legem pro eodem interdum vſurpari, licet diuerſum ſignificent, nu. 1. fo. 330
Ius ſcriptum à non ſcripto varijs modis diſtinguitur, num. 5. fo. 337

Iuris naturalis diffinitio ex Vlpiano, nu. 1. & 5. fo. 11. & 12
Iuris ciuilis definitio declaratur ab Vlpiano tradita, nu. 26. fo 28
Iuris poſitiui inſtitutum eatenus legis virtutem habet, quatenus Iuſtitiæ participat rationem, nu. 29. fo. 29
Iuris naturam ars imitatur, nu. 3. fo. 43
Iuris natura ſemina nobis ingenita deſcribuntur, ac declarantur ex Cicerone, nu. 11. *fo.* 37
Iuris ſcientia. Sub ſcientia iuris ſæpe erratur, nu. 41. *fo.* 67
Iuris commune bonum, ſummum eſt legis bonum, nu. 12. *fo.* 86
Iuris diſciplina demõſtratione carens, in probabili rerum poſita eſt diſceptatione, nu. 12. *fo.* 100
Iuris ciuilis ſubtilitas in adoptione quouſq; producatur, num. 17. *fo.* 114
Iuris præcepta quæ ſint, nu. 24. *fo.* 135
Iuris regula pendet ex ratione iuris, nu. 3. *fo.* 253
Iuris ciuilis ſcientiam Celſus vtrq; arbitratus eſſe videtur, num. 1. *fo.* 263
Iuris non eſſe ſcientiam, nu. 2. *fo.* 163
Iuris ſcientiam Celſus pro ſubtili diſputandi ratione vſurpauit, num. 3. *fo.* 118
Iuri ſcripto, ſcriptæ leges æquipollent, nu. 1. *fo.* 324
Iure ſeruitutis conceſſo, ea quoq; conceſſa videntur, ſine quibus ſeruitus vti non poteſt, num. 39. *fo.* 138
Iure lignadi conceſſo, conceſſum videtur, vt ferro oportuno ad cedendum vtatur, etiam armorum delatione prohibita, num. 44. *fo.* 138
Iura vnde naſcuntur, iniuriarum occaſio naſci non debet, num 4. *fo.* 98
Iuſta omnia non emendantur æquitate, ſed tantum legibus deſcripta, nu. 27. *fo.* 153
Iuſtitia, aut diſtributiua, aut commutatiua, nu. 49. *fo.* 140
Iuſtitia ita cuique ius ſuum tribuit, vt non diſtrahat ab alterius iuſtiore petitione, nu. 65. *fo.* 142
Iuſtorum genera tria, & quæ, nu. 22. *fo.* 152
Iuſtum. In menſura iuſti variatio eſt, nu. 15. *fo.* 45
Iuſtum, & iniuſtum, æquum, & iniquum ex circumſtantijs ſæpe mutantur, nu. 13. *fo.* 38

Iuue-

Iuuenes debent parere legibus, non eis ſeruire, nu. 11. fo. 189

LATRONES famoſi quomodo puniendi, nu. 29. fo. 219
Legata etiam nomine hæredum inducto conſeruantur, num. 61. fo. 141
Legato vſufructu fundi iter legatum ad eum intelligitur, num. 40. fo. 138
Legato fundo quare non debeatur inſtrumentum inquiritur, & quid vſufructu, nu. 45. fo. 139
Legatum perpetuum an Teſtator relinquere poſſit, n. 34. fo. 108
Legatum perpetuum non durat vltra centum annos, num. 35. fo. 108
Legiſlator, & lex non ſunt, vbi eſt pro ratione voluntas, num. 20. fo. 239
Legiſlator Medico comparatur, nu. 2. fo. 208
Legiſlato ad mores reſpiciens gratam rem populo facit, eiuſque rei ratio, num. 30. fo. 182
Legiſlator non tantum rei, ſed verborum debet habere rationem, ne lex ſuperuacanea ſit, nu. 25. fo. 65
Legiſlator optimus ſemper ad bonum animum intendit, num. 16. fo. 64
Legiſlator ad iniuriam, & nocumentum reſpicit ex Platone, num. 14. fo. 63
Legiſlator prudens, & ſapiens tria ſpectat, num. 12. fo. 63
Legiſlatoris voluntas, an legis materia ſit quæritur, nu. 1. fo. 75
Legiſlatoris peccatum eſt in ſermone non in ſententia, nu. 2. fo. 228
Legitima an ſit iure naturæ, num. 17. fo. 27
Lex à ligando dicta ex ſententia D. Thomæ, nu. 4. fo. 7
Lex æterna quid ſit, & legis naturalis ab ea deriuatio, num. 10. fo. 9
Lex Naturæ ex ſententia Tullij à legendo dicta, pro eo, quod eſt deligere, num. 11. fo. 9
Lex Naturæ, & ius Naturæ pro eodem habentur, nu. 2. fo. 11
Lex Naturæ nō pertinet ad animātia rationis expertia, nu. 8. f. 13

Lex

Lex in quolibet eſt, vel vt in regulante, vel vt in regulato, num, 11. fo.
Lex Naturæ, quomodo à conſcientia, & ſyntereſi di erat, num. 38. fo. 20
Lex Naturæ an vna, vel immutabilis ſit, num.6. fo. 24
Lex Naturæ eſt fons aliarum legum, nu. 27. fo. 28
Lex Naturæ à Deo O.M. originem ducit, nu 3. fo. 35
Lex Naturæ diuini luminis dicitur communicatio, num. 5. fo. 35
Lex Naturæ eſt norma legitimi iuris, nu. 10. fo. 37
Lex Naturæ inſtituit hominem, quo ad Deum, ſeipſum, & humanam ſocietatem, nu. 12. fo. 37
Lex Naturæ non deficit, etiam ſi deficiat lex ſcripta, vel conſuetudo, num. 15. fo. 38
Lex Naturæ, vt diſtinctio iuſti, & iniuſti eadem apud omnes, nu. 23. fo. 40
Lex ad hominum malitiam coercendam inducta, nu. 6. fo. 44
Lex ingratitudinis filiorum cauſas, & legitimam eorundem metitur, num. 14. fo. 45
Lex Naturæ neminem cum aliena iactura vult fieri locupletem, nu. 17. fo. 45
Lex Naturæ. Populi ſalus eſto, nu. 18. fo. 45
Lex cur dicatur prudentum virorum conſultum, nu. 42. fo. 48
Lex in omnibus ordinem ſtatuit, nu. 15. fo. 53
Lex optimam gubernandi rationem includens non refertur ſolum ad gubernationem à Platone relatam, nu. 29. fo. 56
Lex ex Ariſtotile eſt mens ſine appetitu, nu. 30. fo. 56
Lex à prudentia prodiens à prudentibus, non à iuriſperitis ferri debet, nu. 32. fo. 56
Lex à prudentia prodiens per media congruentia in optimum dirigit finem, nu 38. fo. 57
Lex omnis in diſtributione, vel commutatione verſatur, & ſemper medio vtitur congruo, nu. 46. fo. 58
Lex vtitur pœna, vt à malo malos auertat, præmio, vt bonos ad bonum inflammet, nu. 49. fo. 58
Lex ciuilis ciuitatibus conditis orta, nu. 5. fo. 62
Lex cum ſit totius Reipublicæ ſponſio in ſingulas perſonas

con-

conſtituitur, num. 6. fo. 62
Lex paucorum, eorumque prudentum conſtitutione ordinata, populi comprobatur authoritate. nu. 9. fo. 63
Lex perficitur ſapientia, & prudentia; nu. 14. fo. 63
Lex ſcripta ſcripto non voce loquens vox mortua eſt, num. 138 fo. 67
Lex à quo tolli non poteſt, nec induci, nu. 53. fo. 70
Lex totius Reipublicæ actus, & ſponſio eſt, nu. 13. fo. 80
Lex ad commune bonum ordinatur, nu. 4. fo. 84
Lex æterna cuncta in Deum ordinat, nu. 5. fo. 84
Lex præſertim ciues bonos efficere contendit, nu. 15. fo. 87
Lex non ad fortitudinem; ſed fortitudo ad legem flectitur, num. 20. fo. 88
Lex à malo deterrens, etiam ad bonum inuitat, nu. 23. fo. 89
Lex non verbis, ſed ſententia conſiſtit, nu. 11. fo. 104
Lex in finem ſuum tendens infinitum debet abhorrere, num. 15. fo. 105
Lex quomodo tollatur, num. 1. fo. 119
Lex laudatur inter homines, nu. 16. fo. 122
Lex non debet ad eum modum intelligi, vt incidamus in ſuperfluum, nu. 20 fo. 122
Lex debet eſſe commenſurata delicto, nu. 50. fo. 140
Lex vt liberi parentes alant non ligat infantes, nu. 5. fo. 148
Lex vſui reſpondens duratura eſt, nu. 29. fo. 181
Lex an poſsit in alicuius gratiam, vel fauorem emanare, num. 2. fo. 186
Lex ſemper præcipit, & quomodo id accipiendū ſit, nu. 4. fo. 187
Lex non tantum præcipit quod iuſtitiæ eſt, ſed quod prudentię, quod temperantię, & quod cuiuſq; virtutis, nu. 6. fo. 187
Lex iniuſta non prudentis, ſed callidi viri conſultatio eſt, num. 10. fo. 181
Lex quomodo ſit ſponſio ciuium, & quis ſponſionis effectus, num. 24. fo. 194
Lex an ſit poſita iuſtis. nu. 2. fo. 195
Lex humana an obliget in foro conſcientiæ, num. 5. fo. 196
Lex an de ſingulis fieri poſsit nu. 2. fo. 204
Lex an feratur in formam legis, vel quod emanans in formam

reſcripti tranſeat in legem differt, nu. 9. fo. 206
Lex duodecim tabularum omnes legis actus verbis imperatiuis explicabat, nu. 7. fo. 215
Lex dupliciter aliquid fieri vetat, verbis, & ſententia, nu. 19. fo. 216
Lex omnis an regula ſit, diſtinguendo reſoluitur, nu. 5. fo. 221
Lex quæ ex alia lege, vel conſuetudine declaratur, dubia non eſt, num. 26. fo. 240
Lex conſiderari poteſt, & per ſe, & in ordine cæterarum legum, num. 12. fo. 260
Lex omni vitio carere debet, nu. 10. fo. 274
Lex ciuilis, à naturali lege, æquitas ciuilis à naturali æquitate, ſic ciuilis ratio à naturali ratione promanat, nu. 3 fo. 277
Lex incerti vitia per conſequentiam ſubuertitur, nu. 8. fo. 282
Lex in quo indulget non eſt lex, nu. 2. fo. 284
Lex indulgens in præteritum, an in futurum vetet, nu. 7. fo. 285
Lex eſt inſpicienda tota ſed ſufficit proponere partem, nu. 15. fo. 295
Lex nulla eſt ipſo iure legi contraria, nu. 1. fo. 303
Lex cum ad legem trahitur facilior colligatio eſt, quam vt ad rem, vel perſonam ſimilem trahatur, nu. 6. fo. 306
Lex quando prohibere dicatur, nu. 2. fo. 311
Lex turbatione caret, mēs humana non ita, nu. 4. fo. 316
Lex ſcripturam neceſſario requirit, nu. 4. fo. 337
Legis nomen ad varia refertur, & quæ, nu. 5. fo. 7
Legis Naturæ diffinitio ex D. Thoma, nu. 14. fo. 14
Legis effectus eſt homines non ſolum metu pœnarū, ſed præmii ſpe bonos efficere, nu. 5. fo. 43
Legis finis ex Tullio, nu. 40. fo. 57
Legis inſtrumenta ex negociorum varietate innumera, num. 45. fo. 58
Legis finis in rebus agilibus eſt publicum bonum, nu. 48. fo. 58
Legis initia, & ſemina à Deo, nu. 1. fo. 61
Legis condendæ poteſtas olim penes populum, nu. 7. fo. 62
Legis eſt in commune bonum dirigere, nu. 8. fo. 62
Legis poteſtatem vbi explicat Iuſtinianus, nu. 26. fo. 65
Legis materia proxima eſt legiſlatoris præceptum, nu. 3. fo. 75

Legis ratio vnica eſſe debet, nu. 14. fo. 80
Legis finis non eſt priuatio mali, ſed aſſecutio boni, num. 20. fo. 82
Legis finis ex Platone, qui ſit, nu. 1. fo. 83
Legis finis ex Iuriſconſultis eſt commune bonum, nu. 2. fo. 84
Legis ciuilis laus ex Cicerone pro Cluentio, nu. 1. fo. 124
Legis veræ, iuſtæq; argumenta, nu. 3. fo. 125
Legis naturalis edictum perpetuum eſt. Quod tibi non uis fieri alteri ne feceris, nu. 10. fo. 132
Legis ſententia tantum, quantum lex ipſa præſtat, num. 66. fo. 142
Legis præceptum quotuplex ſit, num. 5. fo. 187
Legis diffinitio ex Demoneſthene oratoria eſt, num. 1. fo. 195
Legis imperantis exempla ex Accurſio, nu. 9. fo. 215
Legis actus in puniendo ad iuſtitiam diſtributiuam reſpicit, num. 27. fo. 218
Legis virtus, an conſulere dicenda ſit, nu. 31. fo. 219
Legis nomen ad quæ referatur, nu. 1. fo. 227
Legis verba negligenda non ſunt, num. 15. fo. 266
Legis verba nunc producenda, nunc corripienda ſunt, num. 5. fo. 270
Legis an ſit indulgere, num. 1. fo. 284
Legis verba non ſunt lex, niſi quatenus intentioni legiſlatoris deſeruiunt, num. 5. fo. 311
Legis uis directiua explicatur, nu. 9. fo. 318
Legi Naturę addere, & dicere perfectam repugnant, nu. 2. fo. 43
Legi quædam repugnant, à fine nonnulla auertunt, aliqua interitum afferunt, vel inanem reddunt, nu. 1. fo. 97
Legi inhumanitas aduerſatur, ac eam uitioſam reddit, nu. 20. fo. 10[illegible]
Legi repugnat, quod contra bonos mores eſt, quod uarijs exemplis illuſtratur nu. 25. fo. 181
Legi malos, & bonos ſubijci diuerſa tamen ratione, num. 17. fo. 199
Legem natura non opinione conſtare, nu. 1. fo. 5
Legem æternam, naturalem uocauit Vlpianus in diffinitione, num. 25. fo. 16

Legem ſempiternam eandem vbique eſſe,nu.7. fo. 25
Legem Naturę immobilē eſſe oſtenditur ex Cicerone, nu.1.fo. 34
Legem poſitiuam improprie, & ſecundum popularem rationem dicimus legem,nu.2. fo. 34
Legem correctam allegans ad deciſionem cauſarum incidit in pœnam falſi,nu.11. fo. 121
Legem non hominem dominari oportet, nu.15. fo. 199
Legem rerum diuinarum reginam eſſe, quomodo accipiendum,nu.16. fo 199
Legem generalem eſſe debere ex proprietate, & vtilitate eiuſdem,nu.1. fo. 220
Legem benigne interpretari tàm Princeps, quàm Iudices debent,nu.4. fo. 270
Legem carere ratione aliud eſt, aliud eam reddi non poſſe, num.6. fo. 277
Legem ſubuertere improba res eſt, nu.12. fo. 283
Legem circumuenire, quid ſit,num.7. fo. 312
Lege Naturæ,ſenſibus normam præſcribimus, nu. 25. fo. 40
Lege Naturæ omnis iniuſta acquiſitio prohibetur,nu.4 fo. 131
Lege filius verberans Patrem,ſi capitis reus eſſe ponatur,quid ſi id noctu, & per imprudentiam admiſerit, nu.4. fo. 160
Leges humanæ tanquam regulę hominibus conſtituuntur, num.38. fo. 48
Leges omnes,vti legis,ita ordinis nomen vſurpant,nu.26.fo. 15
Leges nouas Principibus ſuggerentes à recta via deflectunt, num.15. fo. 63
Leges alio intuitu quam communis ſalutis gratia condere à munere legiſlatoris abeſt,nu.17. fo. 64
Leges quo faciliores ſunt,facilius obſeruantur, nu.24. fo. 64
Leges referre ad caſus ſingulares non ad ea quę frequenter accidunt, vitium eſt, nu.14. fo. 275
Leges humanæ ſæpe vitioſæ,nu. 6. fo. 196
Leges humanæ an omnia vitia prohibeant,nu. 15. fo. 190
Leges breuitate ſcribi Iuſtinianus præcepit, nu.16. fo. 93
Leges in obſcuris ſequuntur quod eſt minimum,nu.24. fo. 95
Leges facile mutare eſt earum vim infirmā reddere, num. 3. fo. 119. & 16. 290

Leges longa animi prouiſione fieri debent, nu. 4. fo. 122
Leges particulares omnia referunt in legem vniuerſam, num. 7. fo. 103
Leges oratione perſuadendæ ſunt, & quare, nu. 23. fo. 102
Leges ſcriptæ, & conſuetudines facile mutari non debent, num. 31. fo. 182
Leges quibus caſibus ſint mutandæ, nu. 13. fo. 290
Leges commiſceri poſſunt, vt comprehendant id permixtæ, quod ſeparatæ non comprahendunt, nu. 5. fo. 306
Leges contrarias eſſe dicendum eſt, vbi nulla ratione conciliari queant, nu. 3. fo. 308
Leges quædam obligant Principem, vt Principem, nu. 25. fo. 319
Leges ſcriptę ſcripto iuri æquipollent, nu. 1. fo. 324
Legum quatuor ſpecies, nu. 6. fo. 7
Ex Theologis item quatuor, nu. 7. fo. 7
Legum mutationes, abrogationes, repugnantiæ vnde oriantur, nu. 35. fo. 47
Legum multitudo magis illaqueat, quam deuincit, nu. 15. fo. 93
Legum ſæuitia benignitatis vtitur temperamento, nu. 21. fo. 95
Legum correctio odioſa, nu. 8. fo. 120
Legibus ſcriptis humanæ conſuletur fragilitati, nu. 39. fo. 48
Legibus non exemplis eſt iudicandum, num. 15. fo. 100. num. 22. fo. 239
Ligurgi conſilium, ne leges mutarentur, nu. 11. fo. 290
Limitatio nulla recipi debet, quæ non ſit aut ſcripta legibus aut æquitate ſuffulta, nu. 20. fo. 152
Locrentium inſtitutum ſuper legibus ferendis, vel abrogandis, nu. 12. fo. 290
Locus loci in teſtamento ſcribi debet, nu. 14. fo. 256
Longum, ſiue diuturnum vetuſtatem inferunt, nu. 12. fo. 326

M

MAGISTRATVS dicitur lex loquens. nu. 39. fo. 67
Maiori ſummæ ineſt minor, nu. 14. fo. 251
Maiores natu præſumuntur etiam prudentia, & ſapientia maiores, num 8. fo. 278

Maiorum ſignificatio varia, nu.7. fo. 277
Maiorum nomen hoc titulo ad anteriores legiſlatores relatum eſt, & quare, nu.9. fo. 278
Maligna dicta eſt ſubauditio perſonæ infirmandæ ſtipulationis cauſſa, nu.13. fo. 283
Malos & bonos ſubijci legi diuerſa tamen ratione, nu.17. fo. 199
Malum quoddam eſt, quia malum, quoddam quia prohibitum, num 37. fo. 48
Marito res Paraphernales adminiſtranti ſufficit allegare fructus comſumptos in promiſcuos vſus, nu.7. fo. 341
Materia legis quæritur an ſit voluntas legiſlatoris, nu. 1. fo. 75
Materia legis proxima eſt legiſlatoris præceptum, nu.3. fo. 75
Materia proxima dicitur voluntas cum determitatur ad legem, num.10. fo. 76
Materia rerum practicarum incoſtans, & varia eſt, nu.2. fo. 148
Materiam communem contractuum conſenſum dicere poſſumus, num.8. fo. 76
Maximè. Hæc dictio ſignificat maioritatem rationis, nu. 11. fo. 197
Media habilia præſumuntur probatis extremis, nu.17. fo. 105
Medicinæ, & ſeruitutis comparatio, nu.24. fo. 28
Medico legiſlator comparatur, num. 2. fo. 108
Melius eſt iniuriam pati, quam inferre, nu.3. fo. 98
Minor ob æs alienum, & cum decreto tantum alienare poteſt, & quare, nu.23. fo. 134
Minor læſus reſtituitur, quamuis contractus ex poſt facto ſint neceſſitatis, nu.6. fo. 258
Minus malum maiori malo comparatur boni ſpeciem redolet, nu.22. fo. 217
Minus bonum maiori bono comparatum mali ſpeciem redolet, num.22. fo. 217
Moderniorum inartificialis multarum rerum inueſtigatio, & cumulus reprobatur, nu.12. fo. 278
Moniales tertij ordinis in Ciuitate Senarum acquirunt Monaſterio, num.7. fo. 289
Mos Iuriſconſultorum, vt in diffinitionibus à cauſis diuertant ad effectus, num. 16. fo. 190

Mores quomodo a conſuctudine diſtinguantur ex Bartolo, nu. 10. fo. 178
Mores, ſiue conſuetudines, quæ in legem nõ tranſeũt, n. 12. f. 179
Morum Philoſophorum, & noſtrorum ratio diuerſa, n. 12. f. 178
Mulieribus in ſuſcipienda filiorum tutela, iuramentum non deferri, qua ratione ſtatutum, nu. 1. fo. 208
Mulieres an leges condere poſsint diſputatur, nu. 7. fo. 187

N

NATV maiores præſumuntur etiam ſapientia, & prudentia maiores, nu. 8. fo. 278
Natura alia bene inſtituta, alia collapſa, nu. 22. fo. 27
Natura quid ſit ex Ariſtotile, nu. 14. fo. 53
Natura ſagax, iuſta, artificioſa, omniumq; prouida dicta eſt num. 27. fo. 135
Eadem ex bono prodit, & in bonum dirigens ſeruat characterem boni, num. 28. fo. 135
Natura nihil fruſtra eſſe patitur, nu. 31. fo. 136
Eius exẽplo circuitus inutiles in iure euitantur, nu. 32. f. 136
Natura vna cum facultate, & inſtrumenta largitur, & vice verſa, nu. 37. fo. 138
Natura contrariorum ratione conſonantiam rerum parit, nu. 46. fo. 139
Natura ſeruat æqualitatem geometricam duntaxat, ius verò etiam arithmeticam, & cur id ita fiat, num. 47. fo. 140
Natura non vtitur commutatione, quia non indiget aliquo, num. 57. fo. 140
Natura operatur, quantum poteſt, & quãdiu poteſt, n. 59. f. 141
Natura vniuerſum complet gradibus ſuis, vt quomodo id ipſum etiam ius ciuile adimpleat nu. 65. & ſeq. fo. 142
Natura duce errari non poteſt, nu. 16. fo. 114. & nu. 5. fo. 126
Natura morti ſuos natos deſtinat, nu. 68. fo. 143
Natura ſemper intendit, quod melius eſt, nu. 35. fo. 174
Naturæ quo ſtatu homines liberi naſcebantur, nu. 23. fo. 28
Nemo iudex in cauſſa propria, num. 11. fo. 44
Nemo debet poſſe ſuo facto propriã tollere obligationẽ, n. 8. f. 254

Nihil tam naturale eſt, quam vnumquodq; eo vinculo diſſolui, quo colligatum eſt, num.72. fo. 144
Nimis arduũ impoſsibile reputatur, nu.20. fo. 94
Nomen Teſtis ſcribi debet cum duabus ſaltem demonſtrationibus, nu.13. fo. 255
Non entis nullę ſunt qualitates, nu.5. fo. 254
Notoria iniquitas reddit ſententiam nullam, nu 17. fo. 100
Nuda voluntas ſecernitur à præcepto, & ex progreſſu nomen mutat, num.7. fo. 76
Nullitas actus eſt pœna agentis contra legem, nu.18. fo. 216 & num.11. fog. 318
Nullum ſimile eſt idem, num.12. fo. 238

O

OBEDIENTIA in Patriam, & Parentes, licet à natura ſit, eius menſura iuris ciuilis eſt, nu.9. fo. 44
Obligationem culpa interueniente perpetuari publicam continet vtilitatem, nu. 9. fo. 255
Obtinens ſententiam iniuſtam poteſt denunciare Eccleſiæ, num.9. fo. 99
Officium Iudicis nullam ſupponit obligationem, num.6. fo. 254
Omne agens agit propter finem, num. 47. fo. 58
Omnes leges, vti legis, ita ordinis nomen vſurpant, n.26. fo. 56
Omnes tenemur agere, quod iuſtum eſt, nu.8. fo. 44
Opportunitas à quibus ſumatur circumſtantijs, nu.34. fo. 47
Ob opportunitatem loci, & temporis plura inducuntur, licet ratio naturæ vbiq; iuſta imperet, num.32. fo. 47
Oppida, & vniuerſitates an poſsint introducere conſuetudinem, nu.1. fo. 332
Oratio vniuerſalis affirmatiua cum in vno redditur falſa, in totum vitiatur, nu.6. fo. 229
Ordo in quibus non ſeruetur narratur, nu. 18. fo. 54
Ordo neceſſitatis, & inſtructionis ex Baldo, nu. 19. fo. 54
Ordinis quæ ſpecies actum vitiet, & quæ ſeruetur, num. 20. fo. 54
Origo Senatorum ex Feneſtella, nu 1. fo. 222

P

PACTVM vt nullo tempore diuiſio fiat non valet, num.36. fo. 108
Paria ſunt aliquid non fieri uel fieri inutiliter, nu.16. fo. 251
Partem ſuo toto non reſpondere turpe eſt, nu. 13. fo. 319
Pater dotem promittens propriam agnoſcit obligationem, num. 5. fo. 103
Patriæ poteſtatis in liberos ius permiſſi rationem habet, nu. 23 fo. 217
Patres pro filijs ſalutare conſilium capere ſolent, nu. 2. fo. 125
Pauciora quam fieri poſsint arbitrio Iudicis committenda ſunt, num.2. fo. 236
Paucitas eſt legum comes, vt diu viuant, ne mutentur, num.14. fo. 93
Peculium naſcitur, creſcit, decreſcit, & moritur, nu.73. fo. 144
Periti priuatis dant conſilium, Prudentes Reipublicæ vniuerſæ, nu.34. fo. 56
Permiſsi latior appellatio ad omnes pertinens, num.25. fo. 218
Perfectio Teſtamẽti refertur ad quatuor ex Baldo. nu.11. fo. 255
Perpetuo res ſimiliter iudicata adæquatur conſuedini, nu.1. f. 340
Perpetuo ſimiliter iudicare Baro accipit longo tempore, num. 2. fo. 340
Perpetuum non progreditur vltra quadraginta annos, regulariter non vltra triginta, nu. 13. fo. 316
Pertinere apud Tertullianum idem eſt, quod trahi, nu.1. fo. 308
Perturbationes animi, vt funes nos trahunt, & inuicem retrahunt, nu.24. fo. 40
Peruenire. Hoc verbum nunc latius, nunc ſtrictius acceptum, & qua ratione, nu.13. fo. 274
Platonis epiſtola ad Perdicam recenſetur, nu. 31. fo. 56
Plebiſcita an ſint leges, nu. 28. fo. 65
Plebiſcita quomodo ab omnibus ſeruari coeperunt, nu. 29. fo. 65
Plebs an legem condere poſſet, nu. 30. fo. 65
Plerumq;. Hæc dictio ſignificat regulam, nu. 8. fo. 229
Plura ſunt negocia, quàm vocabula, num.25. fo. 173

Plus, & minus quatuor modis dicitur, nu. 7. fo. 99
Plus, & minus poſſunt eſſe per proportionē æqualia, n. 55 fo. 140
Popularis gubernatio duplex, num. 28. fo. 56
Populariter loquēdi mos frequēs apud Iuriſconſultos, n. 23. fo. 16
Populus quomodo ſuæ legis dicatur lator, nu. 10. fo. 63
Populus, & Princeps legem condere poſſunt, nu. 27. fo. 65
Poſſeſſio plurimum facti habet, nu. 63. fo. 142
Poſſibilitas in legibus deſideratur, nu. 17. fo. 94
Poſthumi qui verè ſint, & qui eis ſimiles habeātur, nu. 14. fo. 113
Poteſtatem legis vbi explicat Iuſtinianus, nu. 26. fo. 65
Præcedentia ad ſequentium declarationem conferunt, & e conuerſo, nu. 9. fo. 293
Præceptum commune eſt lex, particulare iuſſus, nu. 4. fo. 75
Præceptum duobus modis vſurpatur, nu. 5. fo. 75
Præceptum magis ex prohibitione, quam ex permiſsione reſultat, nu. 4. fo. 214
Præſcriptionem reijcere viam litibus aperit, nu. 30. fo. 47
Præſertim. Hæc dictio cauſſam finalem ſignificat, nu. 15. fo. 275
Prætor an haberet poteſtatem legis condendæ, nu. 33. fo. 66
Prætor non vt iura cōderet, ſed ut redderet creabatur, n. 35. f. 66
Prætor hæredem facere non potuit, nu. 36. fo. 66
Prætor quomodo leges corrigeret, nu. 37. fo. 67
Prætor non tam ius, quàm eius ſcripturā emēdabat, nu. 40. fo. 67
Prætor quando ius ciuile confirmabat, num. 42. fo. 67
Tum quando corrigebat, nu. 43. fo. 68
Prætor à nimia ſubtilitate recedit, nu. 2. fo. 111
Prætor quare ad naturalem, non ad ciuilem æquitatem reſpexerit, nu. 15. fo. 162
Prætor ex ciuili æquitate ius ciuile Romanorum emēdare non potuit, nu. 31. fo. 174
Prætoris edicta etiam ante Iulianum perpetua, nu. 45. fo. 68
Princeps an legi ſubiectus ſit, ac ab ea dirigatur, quæritur, nu. 43. fo. 58. & 3. 195. & latiſsime. 3. 315
Princeps in alterius quam publici boni commodū legem ferri pati non debet, nu. 18. fo. 64
Princeps ob corruptos ſubditos, vel miniſtros vtiliter agere poteſt, nu. 25. fo. 135

Priu-

Princeps quomodo Argus effici queat, nu. 13. fo. 189
Princeps quomodo procedat interpretando, & conſtituendo, nu. 10. fo. 253
Princeps tanquam Deus inter homines, nu. 2. fo. 316
Principis à Tiranno diſtinguendi Ariſtotelis regula, num. 1. fo. 316
Principi quædam competunt, vt Principi, quædam vt priuato, & in quibus vt priuatus habeatur, num. 14. fo. 319
Principem optimum eſſe debere, nu. 11. fo. 234
Principem leges quædam obligant vt Principem, nu. 15. fo. 319
Principum conceſsiones ſine alicuius iniuria factas interpretamur, num. 5. fo. 98
Priuilegia reprobantur, nu. 2. fo. 220
Priuilegia militum permiſsiones ſunt, nu. 26. fo. 218
Prouidentia Dei infinita, prudentia autem hominis finita eſt, nu. 26. fo. 41
Prudentia refertur ad legiſlatorem, peritia ad eius interpretationem, nu. 33. fo. 56
Prudentia rerũ agendarũ regula, humanæ vitæ lex, nu. 37. fo. 57
Prudentia ciuili ſubijcitur diſciplinæ, nu. 4. fo. 62
Prudentia vniuerſæ reſpondet ciuili diſciplinæ, nu. 21 fo. 64
Prudentia prior eſt lege, nu. 22. fo. 64
Prudentia quid ſit, nu. 5. fo. 293
Prudentiæ habitus, quæ inter extrema collocetut, nu. 6. fo. 293
Prudendiæ ſub habitu ciuilis facultas collocatur, nu. 3. fo. 293
Prudentiam quomodo Authot accipiat, nu. 35. fo. 57
Prudentis Viri quid proprium, nu. 4 fo. 293

Q

QVAE accidunt vtplurimum, redolent naturam vniuerſalium, num. 6. fo. 202
Quæaam aliquando ſine vlla ratione introducuntur, nu. 1. fo. 342
Quædam Principi competunt, vt Principi, quædam vt priuato, nu. 14. fo. 319
Quædam conſequuntur poſito actu, quædam poſita ratione actus, nu 7. fo. 249

Quædam interpretatio legis, quædam pro lege, nu. 8. fo. 233
Quæſtio cum uertitur inter verba, & ſententia, quomodo dirimenda, nu. 20. fo. 268
Quæſtionis ſtatus duplex, nu. 3. fo. 231
Quæſtiones facti ad Iudices pertinent, nu. 3. fo. 237
Qui vult antecedens, vult etiam ſuum neceſſarium conſequens, nu 8. fo. 249
Qui ad ſecundas nuptias conuolat dicitur frequentare coniugia, num. 3. fo. 210
Qui de facili potuit fieri certior pro ſciente habetur, nu. 17. fo. 185
Qui non patitur apportari ea, quibus iter refici debet, tenetur, ac ſi refici non pateretur, nu. 41. fo. 138
Quibus caſibus leges mutandæ ſint, nu, 13. fo. 290
Quid interſit inter æquũ, bonumq; virum, & callidum, atq; verſutum, nu. 3. fo. 313
Quilibet ius intra ſe ipſum ad particulare applicatum conſiderat, cum circa ſingula verſetur, nu. 37. fo. 20
Quirites cur æquitatem ſcripto comprehendere non potuerint nu. 28. fo. 173
Quod ſit diffinitionis officium, & quod regulæ, nu. 7. fo. 229
Quod nullius eſt occupanti concedi, declaratur, nu. 36. fo. 19
Quoque. Hæc dictio explicat caſum magis dubitabilem, num. 3. fo. 306

R

RAPTVS Mulieris honeſtæ, magis quàm inhoneſtæ punitur, nu. 53. fo. 140
Ratio nobis communicata lex dicitur, nu. 29. fo. 18
Ratio quomodo lex dicatur nu. 31. fo. 18
Ratio ſpeculatiua in quo differat à practica ratione, nu. 12. fo. 25
Ratio eſt anima legis, nu. 17. fo. 39. & 1. fo. 78
Ratio eſt recta rerum omnium agendarum, ac legum condendarum regula, nu. 20. fo. 39
Ratio ad cauſſam efficientem, & formalem redigi poteſt, num. 4. fo. 79
Ratio ſcriptæ legis Idea dici poteſt, nu. 5. fo. 79

Ratio tanquam anima ſcripturam ipſam quaſi corpus, vndequaque mouet, nu.7. fo. 79
Ratio eſt voluntas, & ſententia legis, nu. 8. fo. 79
Ratio legis vnica eſſe debet, impulſiuę plures eſſe poſſunt, nu. 14. fo. 80. & 17. fo. 81
Ratio finalis dicitur forma legis, nu.15. fo. 80
Ratio quid ſignificet ex Coraſio, nu.1. fo. 248
Ratio diſcernens, & ratio corrigens, nu. 10. fo. 299
Ratio ſemper in ommiſsis quęri debet, nu.10. fo. 278
Ratio vna duntaxat, eaq; finalis reddi deberet etiam ſi inquirentibus ſe plures offerant, nu.11. fo. 278
Rationis inquirendæ, vel omittendæ ratio eadem, num. 2. fo. 281. & 13. fo. 283
Rationis tenor, quis ſit, nu.11. fo. 259
Rationi puniendi criminis, ratio depoſiti reſtituendi cedere cogitur, nu.28. fo. 219
Rationem legem eſſe perfectamq; in mente ſapientis duobus modis conſideratur, nu. 30. fo. 18
Rationem pro lege allegare ſat eſt, nu.16. fo. 39
Rationem eſſe animam legis dicitur per analogiam, nu.1. fo. 78. & 17. fo. 39
Ratione dictum quomodo reſtringatur, & producatur, nu. 6. fo. 79
Rationes plures interdum in legibus concurrunt, & quę ſit finalis exemplo oſtenditur, nu. 19. fo. 81
Receptum dicitur quod in mores, & conſuetudines tranſit, nu. 3. fo. 248
Receptum aliud, aliud conſtitutum, nu.6. fo. 249
Rectum à Deo diuini luminis communicatione deriuatur, num. 23. fo. 64
Regere, & dirigere rationis eſt munus, num.2. fo. 79
Regula apud noſtros fungitur vice diffinitionis, num. 9. fo. 229
Regula omnis quamobrem habeat exceptionem, nu.10. fo. 229
Regula iuris pendet ex ratione iuris, nu.3. fo. 253
Regulæ diffinitio, nu. 18. & ſeq. fo. 200
Regulę firmiter inhærendum eſt, nu.1. fo. 253
Regulariter ex caſu ſingulari non infertum ad vniuerſale bo-

num, num. 3. fo. 205
Regularum ampliatio ab interpratatione, limitatio ab æquitate proficiſcitur, num. 19. fo. 151
Rei perfectæ addi non poteſt, num. 1. fo. 43
Rei ſuæ vnuſquiſq; eſt moderator, & arbiter, nu. 22. fo. 134
Reipublicæ intereſt Ciues locupletes habere, nu. 11. fo. 86
Reipublicæ ſanitas, & ægritudo in quibus conſiſtat, num. 3. fo. 208
Relatio quædam in contractibus conſideratur, nu. 21. fo. 46
Remiſsio nimia damnatur, num. 17. fo. 301
Reo magis fauemus, quàm Actori, nu. 27. fo. 96
Reprobi legi æternæ quomodo ſubijciantur, nu. 9. fo. 8
Res Eccleſiæ, quæ pro redemptione captiuorum alienari queunt, non poſſunt alienari pro ijs qui proprio ſcelere ad triremes damnati ſunt, num, 18. fo. 301
Reſcripta aduerſus legem non valent, non facta de ea ſpeciali mentione, num. 14. fo. 121
Res neceſſariæ ad vſum vitæ non ex Stoicorum ſententia exiſtimandæ, & quomodo, nu. 20. fo. 134
Res neceſſarias ſibi defendens, vitam defendere videtur, nu. 18. fo. 134
Reſponſa prudentum pars iuris ſcripti, nu. 53. fo. 70
Reſponſa ex tacito conſenſu robur accipiebant, num, 54. fo. 70
Reſponſa quando legis obtinent authoritatem, nu. 55. fo. 70
Reſpublica vt corpus, Princeps vt caput, Magiſtratus, vt membra nobiliora habentur, nu. 5. fo. 84
Reſtitutio ob minimam læſionem non conceditur, nu. 15. fo. 290
Romani præclaras earum conſuetudines, vt plurimum ſcripto commendauere, nu. 28. fo. 182

S.

SACERDOS iuris quando quis dicatur, nu. 18. fo. 100
Salamonij error negantis Principem, vi Principatus legibus eſſe ſolutum, nu. 7. fo. 317
Sapientiæ, & prudentiæ ſemina in legem naturalem, & ciuilem effunduntur, nu. 2. fo. 61

scho-

Scolaris præbendatus ſi poſsit recipere fructus exiſtens in ſtudio, an ſi exiſtat, nec ſtudijs operam nauet recipere poſſit, num. 11. fo. 274
Scientiam iuris Celſus pro ſubtili diſputandi ratione vſurpauit, num. 3. fo. 111
Scribere formulas, non eſt leges condere, nu. 62. fo. 73
Scribi omnia ſi poſſent, nihil arbitrio iudicantis relinquendum eſſet, nu. 1. fo. 236
Scripto occurritur pro ſententia tribus modis, num. 6. fo. 311
Scriptura quomodo ſe habeat ad legem, nu. 3. fo. 6
Semel hæres non poteſt deſinere eſſe hæres, nu. 7. fo. 112
Senatus ex lege iudicare non tenebatur, nu. 10. fo. 225
Senatus auctoritas ante Cæſares ex Cicerone, num. 2. fo. 222
Senatus auctoritas poſt Principem ſuprema eſt, num. 12. fo. 226
Senatus auctoritas non eſt penes ſingulos, ſed apud omnes, num. 14. fo. 226
Senatuſconſulta quomodo fierent, nu. 6. fo. 224
Senatuſconſultum Velleianum continet ius ſingulare, num. 4. fo. 258
Senatui quæ reſeruata poſt Cæſares, num. 11. fo. 225
Senſus verborum vbi manifeſtus eſt interpretatio accedit ad cauillationem, nu. 11. fo. 282
Sententia contra ius litigatoris lata publicæ vtilitatis habet rationem, vt valeat, & ius conſtituit, num. 11. & 13. fo. 99. & 100
Sententia contra caſum legis, vel conſtitutionis non valet, num. 16. fo. 100
Sententia quando pro parte valet, num. 21. fo. 115
Sententia legis dubia arbitrio Iudicis declaranda non eſt, nu. 5. fo. 237
Sententia legis manifeſta ſatis dicitur, ſi promanat à ratione eius vnica, licet non expreſſa, nu. 8. fo. 237
Sententia eorum qui ſimilia arbitrio Iudicis relinquunt, reprobatur, num. 18. fo. 239

Sen-

Sententia notoriè iniuſta eſt nulla, nu. } 1. fo. 243
Sententia cõtra regulas, iuris eſt nulla, nu.
Sententia contra legem eſt ipſo iure nulla, nu. 3. fo. 311
Sententiæ, & opiniones prudentum non leges, ſed reſponſa exiſtimabantur, nu. 51. fo. 70
Sententiam notoria iniquitas reddit nullam, nu. 17. fo. 100
Serui cum ciuiliter mortui dicãtur, an eximantur à proprio legis ſubiecto quæritur, nu. 41. fo. 57
Seruitus non dicitur contra ius naturę, nu. 23. fo. 28
Seruitutis, & medicinæ comparatio, nu. 24. fo. 28
Simile nullum eſt idem, num. 12. fo. 238
Similia ſimilitudine ſpeciei, facilè copulantur identitate rationis, num. 6. fo. 325
Similibus diſsimilitudo, et diſsimilibus ſimilitudo ſæpè ineſt, num. 13. fo. 238
Similitudo eſt ibi vbi eſt vtilitas eadem, num. 17. fo. 239
Simplicitas pluribus modis accipitur, nu. 2. fo. 90
Simplicitas prudentiæ coniuncta veritatis eſt amica, num. 3. fo. 90
Simplicitas dicitur quaſi ſine plica, num. 4. fo. 91
Singula. De ſingulis dubitare non eſt inutile. Ex Ariſt. declaratur, nu. 36. fo. 118
Singulares controuerſię ſubiectum iudicantium, vel de iure reſpondentium, non legiſlatorum exiſtimantur, nu. 10 fo. 212
Sola facti veritate inſpecta an beneficium excuſſionis tollatur, nu. 6. fo. 91
Solonis conſilium in legibus ferendis laudatur, nu. 5: fo. 120
Statuentes poſſunt actiones, quæ ſtricti iuris ſunt efficere bonæ fidei, num. 27. fo. 173
Statuta cum ſtricti iuris eſſe dicantur an æquitatem admittant, nu. 16. fo. 171
Statuto ſi arbitro detur prorogandi poteſtas, poterit quoties opus erit prorogare, nu. 24. fo. 106
Statuto ſtante, quod bona pupillorum poſsint arbitrio Magiſtratus alienari, ſine ſolemnitate, vel ſubſtantialitate non tamen poterunt alienari abſque cauſſa, nu. 7. fo. 297
Statuto ſtante, quod deficientibus ſtatutis recurratur ad ius com-

communne intelligendum eſt de iure communi ciuitatis dominantis, nu. 4. fo. 324
Fallit ſi ciuitas ſubiecta fuerit poſt conditum ſtatutum, num, num. 5. fo. 324
Statutum Senenſe de præſcriptione reprobatur ab Authore, niſi modificetur, nu. 30. fo 30
Statutum in qua parte admittit præſcriptionem cum mala fide non valet, num. 31. fo. 31
Statutum promittens Bannitos odio occidi non valet, num. 25. fo. 46
Statutum omnes remouens exceptiones, eam quæ ex defectu citationis prouenit remouere non intelligitur, nu. 21. fo. 55
Statutum, vt cauſſæ inter coniunctos perpetuo compromittantur valet, & quam habeat rationem, nu. 23. fo. 106
Statutum permittens Bannitum percuti permittit etiam occidi, num 17. fo. 133
Statutum quod procedatur de bono, & æquo, de naturali æquitate intelligitur, nu. 19. fo. 163
Statutum an valeat, quo ignorantia non poſſit allegari, nu. 21. fo. 192
Statutum quod habet voluntatẽ pro ratione non extenditur ad caſus ſimiles ex ſententia Baldi, nu. 19. fo. 239
Statutum ſi ſit Bannitos pro homicidio rebanniri, futuros homicidas non comprehendet, nu. 4. fo. 285
Statutum Senenſe quod procedatur de ſimilibus ad ſimilia ad poſteriora ſtatuta trahitur, nu. 5. fo. 304
Stipulatio ſine verbis nutu facta non valet, nu. 11. fo. 80
Stipulatio contra bonos mores non valet, num. 16. fo. 216
Stipulatio ſine conſenſu nulla eſt, num. 4. fo. 248
Stipulatio hominis mortui inutilis eſt, num. 7. fo. 254
Subtile. De eo quod eſt ſubtile, & non vtile minimè eſt curandum, nu. 35. fo. 128
Subtilis diſputandi ratio quando fugienda ſit, nu. nu. 1. fo. 111
Subtilitas nimia quo caſu laudanda, nu. 8. fo. 112
Subtilitas iuris ciuilis in adoptione quouſque producatur, num. 17. fo. 114
Subtilitas nimia facilè in cauillationem tranſit, nu. 26. fo. 116

Sub-

Subtilitatem nimiam vitat Prætor, nu.2. fo. 111
Suffragij verbum quid ſignificet, nu.16. fo. 327
Superfluum vitium eſt in verbis, nu.17. fo. 122
Superfluum diſtinguitur, nu.18. fo. 122
Superfluum in iure nihil debet eſſe, nu.2. fo. 202
Superfluum quid ſit, nu.3. fo. 202
Suppletio, productio, extenſio ab eadem ratione, & vtilitate proficiſcuntur, nu.18. fo. 151
Synteresis ex Damaſceno deſcribitur, nu. 41. fo. 21
Synteresis, lex naturæ, & conſcientia in quo differant, nu. 42. fo. 21
Synteresim corruptè Synderesim vocant Theologi, num. 40. fo. 21

T

TAXATIVA dictio non impedit extenſionem ad caſus ſimiles, num.15. fo. 238
Tempus non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis, num. 24. fo. 115
Tenor rationis quis ſit, nu.11. fo. 259
Teſtamenta, iudicia aliæque iuris ſpecies ſuum ordinem ſeruandum habent, quo omiſſo nullius ſunt effectus, num. 16. fo. 53
Teſtamenti perfectio refertur ad quatuor ex Baldo, num. 11. fo. 255
Teſtamentum ſine hærede non valet, nu.10. fo. 80
Teſtamentum imperfectum inter liberos valet, num.2. fo. 253
Si ſit imperfectum ratione ſolemnitatis non voluntatis, num. 3. fo. 253
Teſtati, & inteſtati cauſſa opponitur inuicem per affirmationem, & negationem, nu.12. fo. 113
Teſtis nomen ſcribi debet cum duabus ſaltem demonſtrationibus, nu.13. fo. 225
Trahere quid ſit, nu.7. fo. 304
Tranſactio ſequitur naturam negocij ſuper quo interponitur, num.24. fo. 173

Tri-

Tribuni Plebis potuerunt vetare Senatuſconſulta, num. 3. fo. 223
Turpe idem, quod inciuile apud Quintum Mutium, num. 7. fo. 293

V

VERBA offendi poſſunt, vt deſeruiamus menti, num. 2. fo. 313
Verba legis non ſunt lex, niſi quatenus intentioni legiſlatoris deſeruiunt, nu. 5. fo. 311
Verba vbi ambigua non ſunt queſtio voluntatis non admittitur, nu. 10. fo. 282
Verba legis nunc producenda, nunc corripienda ſunt, num. 5. fo. 270
Verba legis negligenda non ſunt, nu. 15. fo. 266
Verbis aut factis voluntatem ſuam declarare, vbi declaratio ſufficit paria ſunt, nu 17. fo. 327
Verborum ſenſus vbi manifeſtus eſt, interpratatio accedit ad cauillationem, nu. 11. fo. 282
Verum in agibilibus quæritur ſub ſpecie boni, num. 4. fo. 288
Vetandi verbum ad ſimpliciter probibita ſine pœnę adiectione referendum, nu. 14. fo. 216
Vexilliferorum dignitas Senis quæ, nu. 32. fo. 66
Viri prudentis quid proprium ſit, num. 4. fo. 293
Virtus apud Vlpianum quid ſit, nu. 6. fo. 214
Vis directiua legis explicatur, nu. 9. fo. 318
Vis ligandi in æterna lege demonſtratur, nu. 8. fo. 8
Vis, & poteſtas legis eſt in ratione, nu. 3. fo. 79
Vlpianus à conſilijs Alexandri Imperatoris, nu. 7. fo. 224
Vniuerſalis affirmatiua cum in vno redditur falſa, in totum vitiatur, nu. 6. fo. 229
Vniuerſalis affirmatiua nihil excludit, nu. 20. fo. 172
Voluntas legiſlatoris, an legis materia ſit, nu. 1. fo. 75
Voluntas ſecernitur à precepto, ex ex progreſſu nomen ſumit, num. 7. fo. 76
Voluntas cum determinatur ad legem dicitur materia proxima.

xima, num. 10. fo. 76
Vſucapio bono publico introducta, nu 29. fo. 136
Vſucapio bonum publicū ſpectat poſt vero priuatū, nu 31. fo. 47
Publico bono, & æquitati nititur, num. 28. fo. 47
Varium ius circa eam, num. 19. fo. 45
Vſusfructus cur certis finiatur modis, nu. 25. fo. 106
Vtile per inutile non vitiatur in diuiduis, nu. 60. fo. 141
Vtilitate metimur id quod intereſt, nu. 9. fo. 86
Vtilitatem pro eo, quod intereſt ſignificarunt Iuriſconſulti, num. 8. fo. 86

FINIS.

ALEXANDRI TVRAMINI. I. V. C.

AD RVB. DE LEGIBVS.

LIBER PRIMVS.

PRAEFATIO.

DIGNVM quocumq; Profeſſore cenſendum eſt, vt ſuæ facultatis apicem omni ſtudio conetur attingere; Et quò res dignior eſt, ac præclarior, eò minus decet nō niſi mediocriter in ea verſari: Nam etiam ſi omnibus adire Corinthum non ſit datum; altius tamen eunt (vt Fabius ait) qui ad ſumma nituntur. Quare cùm primum Ciuili diſciplinæ operam dedi, principem ipſius gradum anxie quærere ſtatim cœpi, vt in eum oculis conuerſis per legitimos tramites incedens vicinior aliquando factus, ſi non in ſummo (quod meæ non eſt imbecillitatis) poſt multos ſaltem labores, aſsiduaſque vigilias non inde procul quieſcere mihi liceret. Sciò inter ſagittarios accidere interdum, vt ſi nemo ſcopum attingat, ille tamen, qui propius accedit præmium aſſequatur. Hæc cùm animo volutarem, Grauiſsimorum Virorum authoritate adductus, exemploque motus, eos principem ciuilis ſcientiæ locum aliquādo obtinere exiſtimaui, qui de ſingulis ſpeciebus conſulti prudenter de Iure reſpondere, ac eorū reſponſa legis alicuius,

vel præſtātiſsimi Iur. Conſulti authoritate munire poſſent. Vſus deinde, rerū magiſter, eos præſertim exiſtimari me monuit, qui pleraſque editas Deciſiones, tum antiquorum prudentum, vel potius nouiſsimorum reſponſa memorię mandaſſent, ac oblatas ſpecies, euerſo ſæpius ordine, conſilijs ipſis, non cōſilia ſpeciebus accomodātes, excitatas controuerſias diffinirent. Tandem (quod diu optaueram, & a ſerijs, verboſis tamen Iuſtiniani pollicitationibus fruſtra petieram) inter antiquorum fabulas, licet minus ſperarem, non umbris reconditum, ſed ſubtili & ſpecioſo quodam velamine conſeruatum ibi reclucens, intueri feliciter accidit. E quibus, etiam ſi Chriſtiana luce ac veritate ſuffultus, fabulas pro fabulis habeam, idque duntaxat profitear quod nos Sacroſanta Romana docet eccleſia, ac id ipſum ſemper profiteri velim, attamen ſanam doctrinā, & Inſtituto meo accomodatam licuit elicere. Illæ id mihi exhibere videntur, quod tradunt Minoem nouennio à ſummo Ioue eruditum leges Cretēſibus tuliſſe, & ab eodem Rhadamantum inſtructum non ciuilem, regiamque diſciplinam didiciſſe, ſed Regi tantùm in Iudicijs miniſtrare. Hinc exploratum habui eos omnes qui iudicando, ac reſpondendo humilioribus legitimæ facultatis ſedibus recumbere ſtudent eam vniuerſam non amplecti, nec ad ipſius culmen peruenire. Qui nouennio non dāt ei operam in Iouis antro, eam perfecte adipiſci non queunt. Hoc (vt Ficinius apud Platonem interpretatur) nihil aliud eſt quam ter repetitis.i.perfectis, & abſolutis, atque ita nouenario confecto trinum, & perfectum Potentiæ, Sapientię, ac Clementiæ vſum in lege, in Magiſtratibus, in executoribus neceſſarium exprimere; ſiue (vt idem eſt Author) nouem angelicarum mentium ordines ſignificare, quibus, ut Interpretibus ipſa ſanciendæ legis ratio ad homines vſque transfertur; vel ſi nobis ſimplicius lubeat interpretari nouennium illud ſtudiorum maturitatem nobis ante oculos ponere, ne Iuris prudentię lauream acerbe nimis affectare quis audeat. Ciuilem diſciplinam gradu quodam eminentiori conſiſtere percepi, quò aliunde, quàm fieri ſoleat petitis initijs, non priuatorum lites diffiniat, vilis pecuniæ cauſas non tractet agrorum fines non regat, de tignis iniunctis, vel aquęductibus diſputationes nō ſuſcipiat, ſed

com-

comunem omnium utilitatem quærat, delicta coerceat, pręmia ferat, pacem & tranquillitatem introducat, totius Reipublicę ſaluti cōſulat, veræ religionis nexu Deo Opt. Max. mancipetæ vita tandem bene inſtituta, & fœliciter acta ad Patriam cœleſtem, ſummumque bonum nos extollat. Humiliora profectò non deſpicit, ſed quatenus ad hæc cōferunt animaduertit, atque diſponit. Quare ætatem illam Saturno regnante peractam, ac eius legibus inſtitutam, quam Poetæ auream fabulantur non temere finxerunt, ſed vt ab intima Philoſophia (vt Cicero affirmat) pręſertim quę à diuina contemplatione ciuilem hanc diſciplinam hauriendam eſſe nobis oſtenderent. Athenienſes etiam legum principium Mineruę referentes, à vera ſapientia prodire, promulgationemque ad eum ſolùm, qui ſapiens ſit, pertinere, ſumma ratione exiſtimaſſe videntur. Hęc legis ferendæ ratio huius noſtrę diſciplinæ potiſsima pars eſt, reſpondendi verò, & iudicandi altera quidem poſtrema. illa Regina, hęc certe Miniſtra, cui operam dantes, ea nobiliori poſthabita, non modò, quod eſt infimum amplecti, ſed quod neceſſarium eſt omittere, videtur. Hic enim quomodo principia vnde leges proficiſcantur, vel finem quem ſpectant, intelligere valeat, vel principij, & finis ignarus quomodo poterit non errare? Qui ſunt quęſo Iuris Interpretes, qui legum proferre ſententias, ſenſus exponere, verba interpretari, argumēta rationeſq; proponere oraculi inſtar contendunt, a quibus ſi huius ſcientię reſolutionem in ſua principia deſideres, eam tibi præſtare nequeunt? Hinc fit vt ſæpe leges mutentur, edicta decretaque (quod maxime vitādum foret) irrita fiant. Verum hęc omitto, cum mei inſtituti rationem reddere, non aliorum placita iudicare propoſuerim: Mihi igitur altius iter arripiendum, maioriſque momenti laborem ſubeūdum intellexi: & eiuſmodi ſtudiorum inita ratione, leges noſtras legitimæ illius partis, quę ad legiſlatorem pertinet, ſeminibus (quod antea non animaduerteram) pręclare refertas cognoui, & huius conſilij intuitus rem eandem excellentiorem oſtendens, maxima me lętitia affecit. Titulos de Iuſt. & Iur. & de legi. ſenatuſcons. & longa conſuet. perlegens, capita pleraque ad ſublimiorem hanc partem ſpectantia continere noui. Prioris Tituli capita eruditiſsimis commentarijs Franciſcus

Connanus Vir perpetuo laudandus explicaſſe videtur. Alber. Bolognetti (quem ſummi Ingenij,ac probitatis gloria ad Cardinalatus culmen euexit) de lege, Iure, & ęquitate tractatus vberrimus acceſsit miranda quidem elegantia, & eruditione conſperſus quò altius incunabula Iuris nobis exponit. Ad Titulum tamen de legibus nemo adhuc ex ijs, quos viderim commenta,ad cũ,quē arbitror Tituli legislatoris inſtituendi ſcopũ pertinentia,in lucem edidit. In quo non mirari non poſsum partem hanc à quibusdam incidenter tractatã,à plerìſque poſthabitam fuiſſe, quę quò magis Iuris peritum quemlibet antecellit Prudens legislator, eò magis cęteris eſt præferenda. Quamob rem ſi quid ocij aliquando datum eſt, quò à publico profitendi munere, ac à forenſibus diſceptationibus abeſſe liceret, nihil pręcipuum magis habui, quàm ad hanc Iuris noſtri partem me ſcribendo conferre, quę ab omnibus omiſſa, ſi ſuum in locũ non reponeretur, ſuęque reſtitueretur dignitati, officij tamen, & meę ob ipſius contemptum indignationis gratias aliquas denegare non poſſet. Nec mihi tantum tribuo vt legitimam hanc Philoſophiam,quam cum ſupremis attingerem labijs, procul ſuſpicio,quaſi perfecte fuerim cõſecutus,profiteri me poſſe confidam ſed quod aſſequi nequeam,attentare tamen liceat, vt quilibet ingenio pręſtantiori hoc excitatus exemplo fœliciter ipſe perficiat. Et hoc quidem tempore, quo Senenſis Accademia Sereniſsimi Ferdinãdi Medices benignitate reformata floreſcit Franciſcus Accariſius Iuris ciuilis accuratiſsimus Interpres,ad nitidiorem Pandectarum interpretationem adhibitus, qua certe decet grauitate, & ornatu hæc ipſa legum principia,quę maxima temporum iniuria negligebantur,magno ſtudioſorum concurſu, fœliciter tractare videtur. Deo adiuuante repetitis etiam ad hunc Titulum lectionibus, ad Fori diſputationes libentiſsime deſcendam, vt omnibus, ex hoc pręcipuo Titulo vtriuſque gradus, ac muneris abſolutionem pendere ſit apertum. Huius Rubr. explicationem tribus complecti libris commodiſsimũ viſum eſt, vt primum in lege Naturę, ſecundum in lege ciuili verſaretur, tertium ſpeciatim de iure ciuili Romanorum tractaret tũ etiam de ęquitate, & conſuetudine diſſereret. De lege Naturę, vnde legis nomen deſcenderit oſtendam

dam, & ipſius naturalis legis quęram deriuationem: tùm quid ſit ipſa Naturę lex, & an Brutis conuenire poſsit ex definitione ipſius tractabo. Deinde an illa ſit ſemper eadem inueſtigabo. Tandem legis Naturę Simulacrum, & laudes ex Cicerone recenſebo, cuius pulchritudinem, ac pręſtantiam ipſi Legum latores imitari debent, cæteri verò ſuſpicere, ac perpetua admiratione venerari.

Vnde Fluxerit Legis nomen, ac potiſsimum quomodo ex diuina lege lex Naturæ procedeat, & vim legis ab ipſa deducat. Cap. I.

1 *Legem Naturæ non opinione conſtare.*
2 *Legis nomen à legendo ductum ex ſententia Iſidori.*
3 *Scriptura quomodo ſe habeat ad legem.*
4 *Lex à ligando dicta ex ſententia D. Thommæ.*
5 *Legis nomen ad varia refertur, & quæ.*
6 *Legum quatuor ſpecies, diuina.ſ. Fati, Naturæ, humana.*
7 *Ex Theologis item quatuor Æterna.ſ. Naturæ, humana, diuina.*
8 *Vis ligandi in lege æterna demonſtratur.*
9 *Reprobi legi æternæ quomodo ſubijciantur.*
10 *Quid lex æterna, & legis naturalis ab ea deriuatio.*
11 *Lex Naturæ ex ſententia Tullij à legendo dicta pro eo quod eſt deligere.*

QVAMQVAM de vna quaque re quærendum in primis eſſet an res ipſa ſit, ideòq; prius diſſerendum fuiſſet an lex ipſa, cuius diſputationem inſtituo Natura conſiſteret vel potius in opinione
1 poſita eſſet, † quia tamē Conn.lib.1.cap.1.comm.
ſuorum hanc prope deſertam dubitationem excitauit, & rationibus hinc indę adductis contrarijſque reiectis doctè, &

ele-

eleganter oſtendit legem natura non opinione conſiſtere, ac ornate, & ſecundum veritatem controuerſiam hãc totam abſoluir, quam quiſq; apud eum prçclaram tractationem legere poſſit, huc incõpte transferre, non tam inutile, quam iniucundum fore exiſtimaui: cùm hoc tempore nemo tam vel ignarus, vel huius veritatis diſsimulator eſse videatur, quem vel contrarium affirmare, vel id ipſum ignorare non pudeat. Quis enim eſt, qui animi ſui quaſi Numinis cuiuſdam vim, & imperium non ſentiat, ſeque Principem habere intra ſe ipſum, cuius legi, vel abſque legibus ſcriptis ſenſus, ac mores, actioneſque denique omnes ſubijcere debeat, & ad eius præſcriptum ſe totũ inſtituere, vitamq; omnẽ pro tradita norma regere ac moderari? Non ab re Plato quinto de Legibus pòſt Dei cultum pro lege ſtatuit, vt quiſque ſe ipſum veneretur & colat: Nam quæ nobis eſt inſita ratio, & principem totius Animæ noſtræ locum tenet, res eſt certe diuina, ac ideo plurimum excolenda. At. D. Paul. ad Roman. Epiſt 1.c.2. id certe indubitatum conſtituit his verbis. *Cùm enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, eiuſmodi legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtẽdunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis teſtimonium reddente, illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus, atq; defendentibus, &c.* Igitur hac omiſſa diſputatione, & legem natura conſiſtere pro comperto habens, exemplo Vlpiani in l. 1. ff. de iuſt. & iu. vnde legis no-

2 men deſcendat, inquiram. † Videtur autem Iſidorus lib. v. Ethymol. c. 3. à legendo illud trahere quia lex ſit, quę ſcripto ſanciat quod vult, vt ſcribit Tullius lib. 1. de legibus, quo argumento idem Iſidor. dixit legem eſſe conſtitutionem ſcriptam c. lex. diſt. 1. Sed & ſi de lege ciuili publice rogata ſentiat. Iſidorus. c.

3 lex eſt diſt. 2. † in ipſa tamẽ lege ſcripta cum nõ ſit potior ſcriptura ratione. c. conſuetudo diſt. 1. eſſe videtur qđ extrinſecũ legis ꝙ ſcribatur, ut ex eo minus recte nomẽ ducere queat, vt animaduertit Sot. lib. 1. art. 1. De Iuſt. & iur. & quod ait Tull. populare quid eſt, vt eodem libro idem plane teſtatur: At in ſecundo de legibus de Naturę lege loquens ait, *legem non tunc incipere cum ſcripta eſt, ſed cum orta eſt: orta eſt autem ſimul cum Mente diuina*, cui conſequens eſt dici antequam ſcribatur, quo-

niam

niam ante lex eſſet. Deinde hoc ipſum vnde lex dicatur non ad mittit hanc reſpõſionem, vnde dicatur lex ſcripta:nã lex(vt Plato in Minoe ꝓbat) in eo ꝙ lex non differt a lege; at priori deri
4 uatione differt à lege Naturę, quæ ſcripta nõ eſt.† Secũdo loco D. Thom. in 1.2.q.90. art.1. à ligãdo legis nomen fluxiſſe exiſtimat, & quidẽ lex omnis in eo ꝙ lex ligat & obligat, fruſtraque poſita videretur niſi vim haberet obligãdi, ac vinciẽdi; adeo vt hoc vinculũ legis ſimul cũ ea naſcatur, ut ad effectũ eandẽ perducat. Hinc Alex. de Ales in 3. part. ſummæ Theol. q. 26. in primo membro aſſerit ꝙ etiam ſi lex ęterna non ab ęterno liget, ſi referatur ad actum ligandi; ſi tamen referatur ad habitum ab ęterno eſt in diſpoſitione ad ligandum . Verùm non aliter ali-
5 quid certum afferre licet † niſi nomẽ legis quouſque pateat , & ad quam varia referatur exponam, eiuſq; latitudinem ad eam , de qua diſputandum eſt, legem contraham. Plato enim in Minoe legis nomẽ ad cuiuſque artis regulas, & inſtituta ſic retuliſſe videtur, vt ſcripta Medicorum circa valetudinem Medicorum leges & geometrica ſcripta Geometrarum leges , & Horticultorum horticultorias dixerit leges, in quacumq; re veritatis inuentionem pro lege vſurpans : Sed hęc extranea legis eſt acceptio . Quoad rem noſtram pertinet (vt Ficinus in argumento in Minoem adnotauit , & ex Timęo, Phędro, & Gorgia collegit)
6 † quatuor legis ſpecies Plato conſtituiſſe videtur . Primam diuinã quã Prouidentiam vocat, ſecundam cœleſtem, quam Fatum , Tertiam legẽ mouentem, quam Naturam dicit, Quartam humanam , quam Prudentiam appellat naturalem . Tùm primam poſuit in mente diuina, & legem Saturni dixit, ſecũdam in ſuperiori animę Mundi parte quam Iouis; Cęlo enim, ipſiq; Mundo vniuerſali Animam , & rationem ineſſe cenſuit , Tertiam in Mouente, inferioriq; illius potentia poſuit, primęque Veneri tribuit; Poſtremam in Hominis mente collocauit, & ad ſecundam retulit Venerem . Sed vt à placitis Philoſophorum recedamus, quę ſummatim retuliſſe ſat eſt, illa Fati lege exploſa,
7 † legem aliã eſſe ęternam, dicendum eſt, quam Plato diuinam vocat, aliam naturalẽ, aliam humanam, aliam diuinam Sot. vbi ſup. q.3. art.1. Aeterna lex nil aliud eſſe videtur, quam ſumma ratio in Deo exiſtens; cùm enim ratione lex conſiſtat. c. con

ſuetudo

ſuetudo.diſt.1.lex erit omne,quod ratione conſiſtit,cũque ſumma Dei prouidentia ratione conſiſtat,ea lex erit, & ęterna: Hec eſt illa lex,quę nihil relinquit impunitum : cùm vero multa mala legibus humanis impunita relinquantur vt peccatum cogitationis.l.cogitationis.ff.de pœn.munus hoc à lege ęterna abſol
8 uitur: hęc aliarum legum diſſenſiones, & cõtrarietates conciliat vt nullum in ſe contrariũ habeat. † hęc tandem, eſt vt D. Auguſtino placet in lib.de lib.arb. qua iuſtum eſt vt omnia ſint ordinatiſsima,ideòq; nihil ab hac lege ſubtrahitur,& quicquid eſt in rerum Vniuerſitate ſub ordine legis ęternę cadit:de hac Tull. 2.de legi.tradit. *Hanc igitur video ſapientiſſimorum fuiſſe ſententiam, legem neq; hominum ingenijs excogitatam,neq; ſcitum aliquod eſſe Populorum , ſed æternum quiddam, quod vniuerſum Mundum regeret imperandi,prohibendiq; ſapientia .* Ad id pertinet illud Boetij lib. 3. de conſol. *O qui perpetua Mundum ratione gubernas* .. quod refert Soc.ſen. in rub.de verb.obl n.2. & ab hac lege nulla prodit obligatio,vt idem aſſerit, ſi nomen hoc ciuiliter vſurpemus, alioquin nil plane eſſe videtur ab hac lege ſolutum : eſt enim lex iſta cęlo, terraque diffuſa, ſphęras omnes ac Sydera regit,hęc vero ad nutum ipſius Molem hanc poſtremam circuunt, & in eandem influunt ; quinimo lex eadem Animantia cuncta, Arbores, Planctas, ac denique omnia adeò moderatur vt ea reſiſtente nec frondes Aeolus agitet, nec vel minutas arenas attollat. Huc illud Ouidij pertinet *Diſſociata locis concordi pace ligauit*. Nihil poſtremo eſt, quod le-
9 gis iſtius vim effugere queat † adeo vt vel ipſi reprobi deſerentes , Deum legem tamen ipſius non deſerant: nam licet ab ea quoad pręceptionem recedant,vt tradit idem Alex.membro. 8. art.4. tamen ſub ea ſunt quoad punitionem; cui conuenit quod ex Boetio deducit,vt eadem lex ſit ordo, qui vniuerſa adeo complectitur, vt ſi quis à pręſcripto receſſerit ordine, in alium ordinem relabatur,vel circulo comparari poterit, in quo quatenus alteram fugis partem, eatenus alteri propior fias. Cũ itaq; nihil ab hac lege ſolutum videatur recte videntur Theologi ſentire dum à ligando legis fluxiſſe nomen affirmat.Quia tamen nõ huius legis tractationẽ inſtituo,hęc dixiſſe volui vt legis naturalis,de qua eſt agendũ ab ęterna apertior fieret deriuatio ;

quoniam

quoniã vt nihil profecto eſt q̃ nõ legis ęternę.i.diuinę rationis
particeps ſit,quatenus ab illa tanquã vniuerſali rerũ omniũ regu
la,ac menſura regitur & gubernatur, ſic lex Naturę ad eã tantũ
videtur accedere,vt ab illa ſola proxime pẽdeat, atque proma-
net, & ab ea denique vim, ac robur omne ſuũ aſſumat: ex quo
nec videtur lex naturalis eſſentiam à lege ęterna prorſus diuer-
10 ſam, & ſeparatam habere. † Et lex quidem ęterna in ſola diui
nę mentis ratione conſiſtit; lex vero naturalis, quocumq; eam
applices, nil aliud eſt (vt D. Thom.in.1.2.q.91.art.2.declarat)
quã diuini Numinis impreſsio, ſeu illius ęternę legis exemplum
vt docet Alex. q.27.art. 1. mẽb. 1. quò ſpectat illud Prophetæ
pſalm.90. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*.
Summaque ratione Tull. 2. de legi. huius legis pręſtantiam ar-
guit ex eo præcipuè quòd ab illa ęterna lege deriuetur. *Quam-*
obrem (inquit) *illa lex vera, atq; Princeps apta ad iubendum,*
& vetandum ratio eſt recta ſummi Iouis. & paullò infra. *Ergo*
vt illa diuina mens ſumma lex eſt, item cùm in homine eſt perfe-
cta, eſt in mente ſapientis. Eſt autem huiuſmodi lex inſita animę
noſtrę, vel ipſi (vt ait Alex.) concreata ad cognoſcendũ quid
faciendum ſit, & non faciendum. Hoc idem nos docet Tull.
1.de legib.ibi. *lex eſt ratio ſumma inſita Natura. quæ iubet ea,*
quæ facienda ſunt, prohibetq; contraria. Cùm autem de hac
Naturę lege noſtra futura ſit diſputatio, ac de lege ciuili diſſe-
rendum quatenus ab hac pendere videtur, quę vere mens & ra
tio Prudentis eſt, & Iuris,iniurięq; regula de nomine ipſius ex
11 † ſententia eiuſdem Tull. eſt dicendum quod à legendo duca-
tur pro eo quòd eſt deligere: ſic enim d.lib.1. ait. *Itaque arbi-*
trantur Prudentiam eſſe legem cuius ea vis ſit, vt recte facere iu-
beat, vetet delinquere, eamq; rem illi græco putant nomine à ſuum
cuique tribuendo appellatam; ego vero à deligendo, nam vt illi
æquitatis, ſic nos delectus vim in lege ponimus, & proprium ta-
men vtrumq; legis eſt. Ipſi Tullio eruditiores omnes ſubſcri-
bunt. Cõnan. lib. 1.c. 8. n. 1 qui etiam Iſidori de hoc ſententiã
reprobat. Corraſ. in hac Rubr.n.3. Alb.Bolog. de leg. Iur. &
ęquit. c. 3. n. 30 Sot.lib. 1.q.1.art.1.Franciſcus Piccol. Moral.
Grad.x.c.23.Neque poteſt lex aliter eſſe iuſtorum & iniuſtorũ
regula,aut cuique tribuere quod ſuum eſt,niſi quę recta ſunt de-

ligat, & contraria reijciat, & Tull. 2. de leg. ait. *In ipſo nomine legis interpretando ineſſe vim, & ſententiam iuſti, & iuriſcolendi.* De humana lege, quam ciuilem dicimus ſequenti libro agẽdum erit; quę verò ad legem diuinam poſitiuam (hoc enim argumento diuina ab ęterna lege diſtinguitur) pertinent tum quia à præſenti re nõ parum abſunt, tum etiam quod D. Thom. Sot. & alij tum ex Antiquioribus, tum Recentioribus vberrime tractarunt, omittendum cenſui quò celerius ad inſtituta pergerem.

Quid lex Naturæ ſit, & an communis omnium Animantium exiſtimari debeat, tùm quomodo à conſcientia & ſyntereſi diſcerni queat. Cap. II.

1 *Definitio Iuris naturalis ex Vlpiano: declaratur exẽplis. n. 3.*
2 *Ius Naturæ, & lex Naturæ pro eodem habentur.*
4 *Reprobatur definitio, & diuiſio Vlpiani.*
5 *Ius ab Ariſtotele diuiditur in naturale, & legitimum.*
6 *Ius Naturæ ad ſolos Homines refertur.*
7 *Ius Naturæ ſemper bonum & æquum.*
8 *Lex Naturæ non pertinet ad Animantia rationis expertia.*
9 *In Brutis æterna lex ſolùm ſpectatur.*
10 *Homines diuina & propria ratione reguntur.*
11 *Lex in quolibet eſt vel vt in regulante, velut in regulato.*
12 *In Brutis nullo ex his modis ineſſe oſtenditur.*
13 *Animalia quoad uſum, tum quoad legem Homini ſubijciũtur.*
14 *Legis Naturæ definitio ex D. Thoma.*
15 *Effectus brutorum, aliarumq; rerum legi referuntur æternæ.*
16 *Exemplis oſtenditur.*
17 *Coniunctio Maris & fœminæ à diuina lege pendet.*
18 *Exempla Iuris Naturæ ab Vlpiano relata ad legem diuinam ſunt referenda.*

19 Quæ

19 *Quæ ſpectāt ad conſeruationē ſpecierū a lege æternapendent.*
20 *Hominem ſolum in manu conſilij reliquit Deus: & circa quæ verſetur conſilium.*
21 *Iſidori locus declaratur.*
22 *Vlpiani diuiſio def nditur.*
23 *Populariter loquendi mos frequens apud Iuris conſultos.*
24 *Contrariorum eadem eſt cognitio.*
25 *Legem æternam naturalem Vlpianus uocauit in definitione.*
26 *Ciceronis probatur definitio.*
27 *Argumenta contra eam recenſentur.*
28 *Defenditur à contrarijs ab Auctore.*
29 *Ratio nobis communicata lex dicitur.*
30 *Rationem legem eſſe, perfectamq; in ſapientim duobus modis conſideratur.*
31 *Ratio quomodo lex dicatur.*
32 *Reprobatur diuiſio Vlpiani & Caij.*
33 *Defenditur definitio legis à Papiniano tradita.*
34 *Declarantur verba definitionis legis.*
35 *Honeſtum quomodo accipiatur.*
36 *Declaratur regula. Quod nullius eſt occupanti concedi.*
37 *Quilibet Ius intra ſe ipſum ad particulare applicatum conſiderat, cum circa ſingula verſetur.*
38 *Lex Nateræ quomodo à conſcientia, & ſynterefi differat.*
39 *Conſcientia non eſt lex, ſed à lege formatur*
40 *Synteresim corrupte ſynderesim uocant Theologi.*
41 *Deſcribitur ſynderesis ex Damaſceno.*
42 *Lex Naturæ, conſcientia, & ſynteresis in quo differant.*

VT autem hanc Naturæ legem, de qua noſter futurus eſt ſermo, aliqua diffiniamus ratione, & quid ea ſit aperte
1 declaremus † prima definitio Vlpiani ſe ſe nobis offert in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. quam ſecutus eſt Iuſtinianus in prin. Inſt. de Iur. nat. gent. eſt ciui. his verbis. *Ius Naturale eſt quod Natura omnia Animalia docuit:* Neque in hoc propoſito credendum eſt aliud eſſe ius ipſum, aliud legem,
2 † quia ius naturale, & Naturæ lex idem ſunt, licet inter Ius & legem aliquam ſit reperire differentiam vt oſtendit Albert. c. 12.

3 † Hanc definitionem Vlp. ita declarat & exemplis illuſtrat: in-
quit enim: *Nam ius iſtud non ſolùm humani generis propriũ eſt,
ſed omnium Animalium, quæ in Terra, mariq; naſcuntur, Auiũ
quoq; comune eſt. Hinc deſcendit Maris & fœminæ coniugatio,
quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio,
hinc educatio: Videmus etenim cætera quoque Animalia feras
etiam Iuris iſtius peritia cenſeri.* Vlpiano conſentire videtur Iſi
dor.in.c.ius naturale.diſt.1.ibi. Ius naturale eſt comune omniũ
animantium eo quod vbiq; inſtinctu Naturę non conſtitutio-
ne habetur aliqua: Inſtinctus enim Naturæ ad ea animantia,
quæ rationis ſunt expertia maxime pertinet; in ijſdem etiã quę-
dam ſemina rationis cernere eſt, quæ hanc Vlpiani ſententiam
confirmare videntur; illius enim delectus, quem in lege poni-
mus veſtigia quædam apparent, ſi apium & arancarum miram
ſagacitatem conſideremus, tùm formicarum ſolertiam & pru-
dentiam; videntur enim in eo quod aſtruunt etiam deligere;
ideoq; Quinctilianus lib.2. c. 16. ait. *Nam & moliri Cubilia,
& nidos texere, & educare fœtus, & excludere quin etiam repo-
nere in hyemem alimenta, opera quædam nobis immitabilia qua-
lia ſunt cerarum, & mellium efficere non nullius fortaſſe rationis
eſt, ſed quia carent ſermone, quæ id faciunt muta & irrationabi-
lia vocantur.* Plura ad hanc ſententiam confirmandam cumu-
lat Albert.c.5.nu.16 & ſeq. & ante eum Conn.lib.1.c 4. in hac
Vlpiano morem ornatiſsime geſsit, & ne deterius eius traditio
produceretur intra fines ſubiectorum exemplorũ retinendam
4 tradidit. † Verum quibus magis Vlpiano veritas eſt amica, hęc
5 definitio nullo modo poterit placere: † Ariſtot. enim. v. Ethic.
c.7. in contrarium diuidens ius ipſum in naturale & legitimum,
ius natutale ita explicat vt ſolis hominibus conuenire demon-
6 ſtret, † tùm Paul. in l: pen. ff. de Iuſt. & iur. ad ſolos homines
7 ius naturale contrahit † dum pro eo vſurpat quod ſemper bo-
num & ęquum eſt; ſed Vlpiano apertè contradicit Iſidor. in. c.
ius autem diſt. 1. ibi. Ius autem naturale eſt aut ciuile aut gen-
tium. Si itaq; Ariſtotelis diuiſionem ſequamur & ſententiam,
ab Vlpiano recedendum erit, vel ſi ad relatam Theologorum
nos partitionem referamus, non modò Vlpiani corruit defini-
tio, ſed tota diuiſio Iuris in naturale, gentium, & ciuile; & om

nes

nes quidem legem Naturę in ſolis hominibus conſiderant,& ex ęternę legis definitione,ac declaratione nos idem facere cogũt: compertum eſt enim apud eos legem ęternam eſſe rationẽ ſummam in Deo exiſtentem,quod nobis poſt argumenta quędã D. Thom.in 1.2.q.93.art.1. ſic inſinuat. In vnoquoq; Artifice eorum,quæ per artem conſtituuntur eſt quædam ratio pręexiſtens,idemq; eſſe oportet in eo qui alicui adminiſtrationi præſit, & quemadmodum ratio rerum per Artificem explicandarum earumdem cum explicatæ ſunt ars, & exemplar quoddam eſt, ſic ratio Gubernantis lex eorum, qui adminiſtrationi ſubijciuntur eſſe videtur: Deus enim omnium rerum conditor Artifici comparatur, & ſicuti diuinę ſapientiæ ratio,quatenus cunćta per eam creata ſunt inſtar,habet artis,aut exemplaris,ita ratio eadem,quatenus omnia creata in ſuum finem dirigit,obtinet cùm legis, vt ideò hanc diuinę ſapientię rationem, qua omnia,reguntur,lægem æternam eſſe conſequatur; idq; deducit
8 ex D. Auguſtino in.1.de lib arb. † quod ſi firmiter retineamus vt & Sotus retinet lib.1.q. 3.art. 2. conſequitur legem Naturæ ad cætera Animantia non pertinere: quoniam deriuationem legis non tantùm naturalis, ſed cuiuslibet alterius à lege ęterna oportet aliqua fieri ratione, quæ apprehendat legem æternam cùm D. Auguſtinus.d.loco dixerit nihil eſſe iuſtum ſiue legitimum,niſi quod homines ſibi ex æterna lege deriuauerunt,ac ita deriuationem hanc per apprehenſionem fieri oſtendit. Sed ſoli homini conceſſum eſt ſpeculari legem ęternam, ergo & apprehendere per deriuationẽ. Secundo idem probatur ex ſententia Tullij legem naturalem ratione deriuationis ab illa ęterna ad ſolos homines pertinere, cùm dicat (vt ſupra retuli.) *Lex uera atq; Princeps apta ad iubendum, & uetandum ratio eſt re-*
9 *ćta ſummi Iouis*, † at nulla planè lex præter eternam cernitur in brutis apta ad iubendum & vetandum, & vt illa diuina mens ſumma lex eſt,cùm in homine quoq; eſt, perfećta eſt in mente ſapientis; ita verò in cęteris animantibus quibus nulla mens, aut ratio eſt,eſſe non poteſt; lex enim (vt ad rem noſtram concludit D. Thom.in 1.2.q.91.art.2.in fine) eſt aliquid rationis; at irrationabilia rationi ęternę potius ſubijciuntur, quam de ea aliquo modo participent; Homines autem non tantùm

diuina

diuina ratione reguntur quo nomina legi ęternę ſubijciuntur,
11 ſed amplius propriam ratione habent, quę eoſdē mouet. † Tertio (vt citato loco D. Thom. ait) lex cùm ſit regula quędam & menſura dupliciter poteſt eſſe in aliquo vno modo velut in regulante & moderante, ac ita plane lex ęterna in Deo eſt, lex vero Naturę in hominibus, alio modo vt in regulato, ac moderato, & hoc modo omnia legi æternæ ſubijciuntur, cùm iuſtum
12 ſit vt per eam omnia ſint ordinatiſsima: †. At lex naturalis in brutis nullo modo cernitur, non priori, quoniā ipſa non ſunt ſibi regula, aut menſura, quia rationis ſunt expertia, ideóq; in ſolo homine hoc modo reperitur, cùm (vt ait Tull lib. 2. de nat. Deo) *Soli homines ratione utentes iure ac lege uiuant*; non po-
13 ſteriori, † quoniam licèt omnia Deus Opt. Max. pedibus ſubijcerit noſtris, quoad vſum non quoad legem ſubiecit. Quod exploratum eſt, cùm noſtrum non ſit Ferarum Appetitus regere ac moderari: nec poſſunt regulam, vel moderamen accipere ex aliqua lege, quę non ſit in aliquo tanquam regulante; at ea non eſt in homine, ſed in ſolo Deo, ergo ad ea lex ęterna pertinet
14 non naturalis: † Quare D. Thom. (vbi ſupra) conſtanter affirmat legem naturalem nihil aliud eſſe quàm participationem æternæ legis in rationali creatura. Tandem nullus n Brutis poteſt eſſe delectus qui maximè proprius eſt legis (vt in ſuperiori cap. ex Tullio demonſtratum eſt) neque enim quæ in ijs admirabilia retuli ſua ſponte agunt, ſed immediate ab ęterna lege,
15 ſummaq; ratione omnia proficiſcuntur: † Itaq; vt diſerte explicat Albert. d. c. v. nu. x1. ſolius æternę ac diuinæ legis munus eſt quod plantę & arbores certis temporibus, certiſq; rationibus veſtiantur, & ſpolientur, quod bruta ad finem quęq; ſibi propoſitum certo inſtinctu ferantur: Vt autem nobis oſtendat quid interſit inter hominis rationem, & eam, quam in hac rerū naturalium ſerie & in cæteris Animantibus perſpicimus acco-
16 modatiſsimum affert exemplum: † nam ſi ponamus ſagittam arcu ab aliquo emiſſam, & ab altera parte volantē Auem ad certum vtraq; locum tendentia vti ſagitta mouetur non per ſe ſed ex virtute & intentione mouentis, contra Auis ſe ipſam mouet & licet vtriuſq; motum cernas, intelligis tamen Auem ſe mouere, ſagittam moueri ab alio, ita plane cętera animantia pręter

hominem

hominem quædam agunt, & ad ea peragenda ratione reguntur, ſed in ijs nulla plane ratio eſt, quia ſumma illa ratione, quæ in Deo exiſtit, & lex diuina vocatur, reguntur, & moderantur: At homo quem reliquit Deus in manu conſilij ſui intra ſe mouentem habet ratione͂, cui paret Naturæ legi obte͂perat, & (vt dicit D. Paulus) *ipſe ſibi lex eſt*; irrationale verò Animal non eſt ſibi lex enim eſt ſibi ſumma illa ratio, ideoq; non alteri, quàm diuinę ſubijcitur legi, qua ratione in contrarium adducta reſoluun-
17 tur: † nam conſtat ex ijs Maris & fœminæ coniunctionem, liberorum educationem & ſimilia, quę cum reliquis Animantibus nobis ſunt comunia quatenus ad Naturam in vniuerſum referantur ab ęterna lege ordinata pendere, vti ab eadem & res inanimatę legem recipiunt qua fit vt humida fluant, ſicca conſiſtant, grauia deorſum, leuia ſurſum ferantur: in ijs enim omnibus vna omnium lex eſt in ipſo Deo exiſtens; & ob id notandũ eſt Vlpiani exempla oſtendere talia eſſe legis placita, quæ ordinãt Naturam intuitu ſpecierum, non ratione ſingularium; nam coniunctio & educatio pertinent ad ſpecies conſeruandas, & ideò præceptum diuinę legis exiſtimari debet, & de hoc rerum omnium inſtinctu intelligitur illud Prophetę. *Præceptum poſuit, & non præteribit*. Et illud. 8. prouerb. *Quando pręparabat cælos aderam, quando certa lege & gyro vallabat Abyſſos, quando æthera formabat ſurſum, & librabat fontes aquarum*.
18 Sotus lib. 1. q. 3. art. 4. † ſic, vt Vlpiani exempla producamus & in ijs omnibus, quibus, & cęterorum animalium ſpecies conſeruantur hęc omnia ad legem illam ęternam referenda ſunt, cum alio, quin lex naturalis in homine ordinet ipſum ratione ſui, non ratione ſpeciei. Neque verò ſi hęc Vlpiani naturalis lex eſſe dicatur, docuit Animalia duntaxat, ſed ea omnia, quę naturaliter ſunt vt bonum appetant, ſuiq; conſeruationem vi
19 quadam inſita enixe quęrant: † At retinendum eſt in omnibus, ac in hominibus etiam quęcumque ad ſpeciei conſeruationem ordinata ſunt ab ipſa ęterna lege pendere, cùm referantur ad vniuerſum quod ab ipſa ſumma Dei prouidentia, ęternaq; lege gu-
20 bernatur: † ſolum hominem reliquit Deus in manu conſilij ſui eſt autem conſilium de rebus ſingularibus, non de ijs quæ ad
21 ſpeciem in vniuerſum pertinent; † neque obſtet Iſidori locus

quia

quia dicit ius naturale eſſe comune omniũ Nationũ, nõ Animãtiũ quod verò dicit inſtinctu Naturæ vbiq; haberi nõ aliqua cõſtitutione, eò reſpicit nõ vt Iuris neceſsitatẽ exponat, ſed vt pricipia Iuris naturalis oſtendat eandẽ in hominibus habere rationẽ qua habet inſtinctus in brutis, vt ſeparet ab hoc Iure Ius omne poſitiuum, ac demonſtret inſitum eſſe, vel (vt Alex. q. 27. art. 2. dicit) Animæ noſtræ concreatum. Scio paſsim ab omnibus multa defendendi Vlpiani cauſſa in medium afferri; at vbi falſam ipſius traditionem eſſe conſentiant, non contradicam illis, qui id factum eſſe putant non quia Vlpianus nõ intellexerit
22 legem naturalem ab inſtinctu ferarum diſtinguendam, † Sed quia libros conſcriberet Inſtitutionũ, ac teneris (vt verbis vtar Myſingerij) Studioſorũ deſeruiret ingenijs populariter rẽ hãc explicare voluerit ꝙ nõ ſatis hãc Naturę legẽ, pro vt ꝓprie ſolis
23 cõuenit hominibus, percipere poſſent. † Aeque populariter idẽ Vlp. in l. 1. ff. ſi quadr. paup. fec. poſtquã pauperiẽ diffinit *Pauperiẽ eſſe damnũ ſine iniuria faciẽtis*, ſubieciſſe videtur. *Nec. n. poteſt Animal iniuriam feciſſe quod ſenſu caret*. Senſum enim pro ipſa potentia diſcurſiua vſurpat; at ibidem videtur ſentire
24 nullam brutis ineſſe peritiam Iuris: † ſi enim contrariorum eadem eſt cognitio Inſt. de his. q. ſunt ſui, vel ali. Iur in prin. à quo remouemus notionem iniurię, quę Iuri contraria eſt, quia (vt dicitur) Ariſt. v Ethi. c. 1. *Ius ipſum legitimũ & æquum eſt iniuria contra illegitima & iniqua*. Is certe nullo modo Iuris compos eſſe poterit: ideo vel ex eo poteris excuſari Vlpianus non quod Ius illud, cui opponitur iniuria, & quod recta ratio eſt in homine, & ius naturale ad bruta pertinere crediderit: nam Iuris & iniurię expertia eſſe confitetur, ſed quia vel non ſatis legis ęternæ vim intellexerit, vel quod in eum lapſus eſſet errorem
25 vt Deum & Naturam nihil diſtare crediderit, † Ius naturale dixit, quod legem ęternam dicere debuit, id quod eius exempla oſtendunt, quę naturę ordinem demonſtrant reſpectu ſpecierum, non ſingulorum, & in nomine, non in re videretur erraſſe niſi hęc ipſa lex vniuerſi conſeruatrix non ad ſolas ſpecies Animantes pertineret, ſed ad omnia, quę ſub vniuerſo ſunt iuxta illud Prophetę. *Domini eſt Terra, & plenitudo eius*: at in eo recte ſentire viſus eſt, quo ea diſtinxit, quę ratione ſpecierum

ordinata

ordinata forent, vt comunia omnibus ſpeciebus animantibus, ne qualecumq; foret Ius hoc in omnibus lucens idem eſſe crederemus cum eo, quod natura inter ſolos homines conſtituiſſe
26 videretur. Sed alia interim definitio erit inueſtiganda, † neq; ab ea Ciceronis recedendum eſt, vt quo fieri poteſt ſimplicius rem ipſam exhibeamus. ille. 1. de legi. *Lex eſt* (inquit) *Naturæ ius mens, & ratio prudentis iuris, atq; iniuriæ regula:* & lib. 2. de Nat. Deo. *Lex* (inquit) *eſt recti præceptio, prauiq; depulſio;* & in XI. philip. ait. *eſt enim lex nihil aliud, niſi recta, & à numine Deorum tracta ratio imperans honeſta, & prohibens contraria.* Hanc quam ip ſe ſequor definitionem à qubuſdam oppugnaculis uindicare neceſſe eſt, quę quilibet aduerſus eā moliri poſſet.
27 † Primū enim non videtur legem rationem eſſe, ne cùm ratio primam hominis teneat partem, videatur homo ſibi ipſi lex exiſtere, & à ſemetipſo obſtringi. Secundò cùm oporteat eam bonis, & malis pręſidere (vt Chryſippus apud Martianum in l. 2. hoc tit. auctor eſt) non ſatis ratio præſidere videtur, cum ſæpe vincatur, & cùm ſenſibus luctando ſuccumbat, ac ſequeretur; qui vtitur ratione, lege vti, ac iuſte agere, quod concedendum, non eſt docente Ariſt. lib. 1. Ethi. c. 7. vt cytharedi cythara canere, probi autem cytharedę recte id facere; ſic hominis eſſe cum ratione agere & operari, probi verò bene, & recte operari,; vel ſi concedamus eum qui vtitur ratione, illa ſemper recte vti, in alium incidamus obicem, quia cùm idem ius & legem eſſe dixerimus, cum ius ratio non ſit, neq lex ratio eſſe poterit; eſt autem ius quod naturalis ratio inter homines conſtituit. l. omnes Populi. ff. de iuſt. & iur. illud Ius ait Caius eſſe comune omnium hominum, quod nos naturale appellamus; ac ita quod à ratione conſtituitur à ratione ipſa diuerſum ſit, neceſſe eſt. Huc etiam videtur ſpectaſſe Papin. in l. 1. infra eod. dum legem præceptum eſſe definit, non rationem; & ſentire viſus eſt non rationem ipſam, ſed quod ratio pręcepit, legem eſſe. † Verùm neq;
28 hęc argumenta à ſuperiori nos auocant definitione: nam verum eſt nil aliud eſſe naturalem legem, quàm eam diuini luminis comunicationem in hominibus, quę nobis quid rectum, quidue bonum ſit, ſingulis in rebus oſtēdit, & lumen, quod ſuper nos vultus ſui ſignauit Dominus (vt cecinit Dauid) lumen hoc natura

C lis

lis rationis eſſe credendum eſt, & quatenus diuini huius luminis ita afficimur comunicatione, vt ad ea, quę recta ſunt & ho-
29 neſta propenſi ſimus, † eatenus ratio illa ita comunicata in nobis lex exiſtimanda erit, & hanc eſſe aliquid rationis apertè confirmat. D. Thom. d. q. 90. art. 1. cuius argumenta etiam ad idem adducit Albert. c. 3. nu. 28. quorum ſumma illa videtur eſſe, vt cum ordinatio ſit noſtrarum actionum principium, ideòque eorundem regula & mẽſura, & denique regula omnis & menſura, eius rei lex eſſe dicatur cuius regula ſit & menſura, hanc ipſam rationem, vt ordinatio & regula eſt noſtrarum actionum, ſic legem eſſe oporteat: Vt verò ſecundam tolleret Tull. difficultatem addidit verbum illud (recta) & cùm 2. de legi. dixit perfectam eſſe in mente Sapientis, ſentire viſus eſt in omnibus homi-
30 nibus, naturę legem eſſe, † & rationem eiuſmodi eſſe legem, at perfectam eſſe in mente ſapientis, huius rationis duplex eſſe poteſt conſideratio: altera pro vt à Deo trahitur, & diuini luminis eſt comunicatio, ac ita planè in vnoquoque rectam rationem eſſe non eſt ambigendum: altera ſi ſenſuum illecebris aliquando decepta deprauetur, vt pote cum in rationando falſas ſępe concluſiones obijciunt, non tamen (vt docte explicat Albert. d. c. 3. nu. 33.) vincitur naturę bonitas, aut hęc ipſa ratio intus ab officio ceſſat, ſed vel etiã victa ſcelus ipſum nobis exprobrat, nulloque tempore ſuum remittit præceptũ, quo deterret à fraude, & cum neque etiam tunc deſiſtat à munere legis non eſt cur
31 nomen amittere debeat: † vel etiam dicamus non in eo, quo vincitur, legem eſſe ſed in quo obligat nos, ac reos conſtituit violatę legis; quo nomine numquam vincitur, quod & in humanis legibus accidit, vt cùm ab Impijs ac nefarijs non ſeruentur, non idcirco illis præeſſe, ac dominari ceſſant, ſed eoſdẽ illos puniunt & coercent. Nihil magis nos prima ratio mouere debet dicente D. Paulo. d. c. 2. *ipſi ſibi ſunt lex qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis,* maximè verò potiſsima pars hominis, quæ rationalis eſt, in hoc ei tributa videtur, vt ea, tanquam Regina, vel potius vt lex quędam & regula ſenſus moderaretur, libidines coerceret, mores componeret, actiones denique omnes regeret, ac in omnibus modum, & normam præſcriberet. Poſtremo, vt obiectum remoueamus conſiderandũ eſt quicquid con-

ſtituat

ſtituat Albert. differentię inter ius & legem tùm in c. 3. tum in c 12 Caij tamen locum ab ea Iuris diuiſione, ac Iuris naturalis definitione maxime pendere, quã tradit Vlpianus, & huius capitis initio retulimus & confutauimus. Inquit enim. *Quod uerò naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes per æque cuſtoditur, vocaturque Ius gentium, quaſi quo Iure omnes gentes utantur.* retinet enim differentiam inter Ius naturale, quod omnibus competat animantibus, & gentium Ius quod ad ſolos pertineat homines: Qua retenta non abſurdè videri poſſet tanquam ab ipſa naturali ratione conſtitutum
32 non idem eſſe cum ratione naturali: † ſed vt falſa diuiſio eſt, ita falſam eſſe oportet differentię rationem, qua diuiſio inducitur. Igitur & in hoc à Caio recedẽdum eſt, ac cum Cicerone probandum illam ipſam rationem & legẽ, & Ius eſſe:
33 † Papinianus autẽ dum legem pręceptum eſſe dixit, ad ipſius cõceptionem, & promulgationem reſpexit, & humanam legem, ſeu ciuilem diffiniuit: at cùm de lege naturę loquimur, vt ex Chryſippo Martianus deducit in. d. l. 2. lex ipſa præceptrix eſt faciendorum, & prohibitrix non faciendorum, non autem pręceptum à lege manans: † Præterea cùm in definitione inquit
34 *(a Numine Deorum)* legis explicat deriuationem, ſed ex Gentilium religione: nos verò ſubrogare debemus, à Deo Opt. Max. *Imperans honeſta, & prohibens contraria.* Primùm videtur hic non omnem legis virtutem nobis exponere arg. l. legis virtus. ff. de legi. nam ſi vel punitionẽ, quaſi punitionis conſecutiuam accipiamus, deerit tamen quo referamus permittẽdi virtutem, & cùm quędam indifferentia ſint ad bonum, malum non
35 videtur ſub hac lege comprehendi: † Verum tamen conſtituendum eſt hic honeſtum pro bono & vtili accipi, quod teſtatur Cicero. ſ. de legi. ibi. *Omne honeſtum ſua ſponte expetendum.* atquodcumque permittitur ſub ratione boni permitti videtur vt not. in. c. omnis, diſt.. 3. & dicam infra in d. l. legis. v. permittere, & quatenus boni rationem habet ad id etiam ſuo Imperio lex eiuſmodi nos impellit. Res obſcura aliquantulum eſt, ſed
36 exemplis ita poteſt illuſtrari. † Quod nullius eſt occupanti concedi ex lege naturę prodit. §. feræ. inſt. de re. di. vel conſtituamus apertius aliquem in littore maris lapillos adſpicere, vel margharitas;

gharitas; ſi legem extrinſecùs accipias, videbitur tibi eam per-
mittere occupationem; at ſi latentem vim legis intueri velis,
imperat etiam vt occupes, quoniam oſtendit ſtultum eſſe pro-
priam ſpernere vtilitatem. Hinc ea inſurgit pręſumptio iuris,
vt nemo iactare ſuum pręſumatur. l. cum de indebito. ff. de prob.
quia naturaliter homini videtur ineſſe, vt ſuum commodum di-
ligat; nihil tandem permittitur, quod hęc recta ratio ipſum ſpe
ctans, finem non imperet, aut vetet; ac ita quod vniuerſaliter vi
detur permitti, ſi legem naturę conſideres in vnoquoq;, & ſin-
gulariter ad aliquem id referas, ſemper in eo dictamen rationis
vltra progreditur, ſtatuitq; pręcepto vel prohibitione quid ille
agere debeat. Quare recte Paul. in l. ius pluribus. ſup. de iuſt. &
iur. exiſtimaſſe videtur ius naturale illud eſſe quod ſemper bo-
37 num & æquum eſt; † quoniam cùm circa ſingula verſetur, ha-
beatq; ius hoc vnus quiſq; intra ſeipſum quod intus ſtatuit cir
cumſtantijs particularibus animaduerſis, nihil iam exiſtimat tã-
quam indifferens, ſed omnibus conſideratis vnumquodq; non
ſimpliciter, ſed vt applicatum Titio, vel Sempronio loci, tempo
ris, & rerum omnium conſpirantium habita ratione, vt bonum,
vel malum plane dijudicat, & ad idem vocat, vel ab eodem ar-
cet ac deterret, nemoq; eſt, qui cum hanc non ſentiat, & hanc
ipſam naturæ legem officio ſuo mirifice fungentem; ſed et co-
gnoſcet eandem punire, imò etiam ſumma ſeuitia pœnas infli-
gere? Qui enim eius non paret Imperio, quiq; improbi, ac ſce
leſti ſunt ij quidem vt Cicero ait lib. 1. de legi. *Pœnas ſunt non
tam iudicijs, quæ quondã nuſquã erant, hodie multifariam nulla
ſunt, ubi ſunt, ficta tamen perſæpe, & falſa ſunt, quam ut eos agi
tent inſectenturq; furiæ non ardẽtibus tædis, ſicut in Fabulis, ſed
angore conſcientiæ, fraudiſq; cruciatu.* In ſe ipſo quiſq; tacitũ
inſtituit iudicium inter ſe inuicem (vt D. Paulus ſcribit) cogi-
tationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus. Contra ve
rò quicumq; recte agit lętitiã quandam, ſeu potius admirabilẽ
animi tranquillitatem tanquã virtutis ſuę pręmiũ conſequitur,
vt eiuſmodi lex tanquam abſoluta, vereq; lex munus omne vi-
38 deatur explere. † Ad huius autem quæſtionis abſolutionem, to
tiuſq; iſtius definitionis explicationem omittendum nõ eſt quo
modo lex naturalis ab ipſa conſcientia, tùm etiam à ſynthereſi
diſtin-

diſtinguatur,quod licèt doctè explicet Alex q.27. art.5. aptan-
da tamen eſt ad preſentem diſſinitionem eius explicatio: & cõ-
ſcientia quidem,ſi formaliter diffiniatur ſatis eo ipſo ab ipſa le-
ge naturæ diſtinguitur,cùm ille dicat eſſe acceptionem debitæ
39 ſcientię legis cum debito faciendi, vel vitandi; † conſequitur.n.
conſcientiam non eſſe legem,ſed à lege formari,quę,cùm legem
transgredimur, merito nos angit & accuſat,quaſi legis violatæ
reos, cuius obſeruantiam conſcientia aſsidue pręponit, & ad
40 eam adhortatur. † Synteréſis verò, quam Theologi paſsim ſin
dereſim corruptè appellant,cuius conſideratio ab Ariſtotele eſt
omiſſa,quod à cęteris animæ noſtrę facultatibus non diſtingua-
tur (vt doctiſsimus Franciſcus Piccolomineus Grad. 2. c. 2.ad
41 finem ſcripſit) † ex ſententia Damaſceni ea videtur eſſe pars
animæ quę vitijs aduerſatur, & ad bonum ſemper ſtimulis vr-
get & inſtigat,ac naturę legem ſpectans, eamq; ſeruans,à malo
ſemper hominem reuocat. Videtur autem inter hęc tria illud
intereſſe,vt lex procedat tanquam regula,conſcientia vt iudiciũ
rationis, ſynteréſis vt naturalis appetitus, qui feratur in bonũ.
Lex ergo ſecundùm definitionem imperat honeſta, & contra-
ria prohibet; vbi verò conſequitur iudicium in ratione hac,quã
legem eſſe diximus,formari videtur conſcientia: deſcendit autẽ
iudicij iſtius ſcintilla quędã in appetitũ,ipſumq; allicit ad bonũ
ꝙ naturaliter appetit,& dũ fertur in bonũ, rationis iudicio ma-
nifeſtatum, per ſtimulum illum,quo planè etiam vrgetur,ſynte-
42 reſis inducitur. † Primùm ergo in nobis lex eſt, poſtmodum cõ
ſcientia,deinde ſynteréſis, & ab omnibus vocamur ad bonum,
a malo verò depellimur; & in eo planè lex ipſa diſtat ab ijs, ꝙ
illa pręcepit honeſta,& prohibet contraria, ſecundũ legem iudi
cat, & vt legi pareamus monet. Per ſynteréſim vero bonum
appetimus,& à malo naturaliter declinamus, poſtquam iudicio
rationis vtrumque obiicitur vt tale.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

An lex Naturalis ſit vna, & eadem apud omnes, an verò mutationem recipiat. Cap. III.

1 *Explicatur. §. ſed naturalia inſt. de iur. nat. gent. & ciui.*
2 *Ius naturæ immobile ex Ariſtotele, & Iſidoro.*
3 *Ius naturæ mobile eſſe argumentis oſtenditur.*
4 *Declaratur idem exemplis.*
5 *Confirmatur ius naturæ immutabile eſſe.*
6 *An vna, vel immutabilis ſit lex naturæ, infert Author ad plures quæſtiones.*
7 *Legem ſempiternam eandem vbiq; eſſe.*
8 *A Iuſto parum decedens totus dicitur iniuſtus.*
9 *Indiuiduum per partes non conſiſtit.*
10 *Duo communia principia, & iuris præcepta quæ ſint.*
11 *Ius naturæ in modum concluſionis à primis oriens principijs interdum mutatur.*
12 *Ratio ſpeculatiua in quo differat à practica ratione.*
13 *Depoſiti reſtitutio à lege naturæ venit per modum concluſionis.*
14 *Declaratur. l. an inutilis. §. vlt. ff. de acceptil.*
15 *Declaratur. l. bona fides. ff. depo.*
16 *fidem ſeruare non ſemper eſt æquum.*
17 *Legitima an ſit Iure naturæ.*
18 *Iuris tam eſſe poſitiui ſentit Auctor.*
19 *Declaratur. l. cur ratio. ff. de bon. dam.*
20 *Depoſitum eſſe Iuris poſitiui.*
21 *Alimenta filio Pater interdum poteſt denegare.*
22 *Natura alia bene inſtituta, alia collapſa.*
23 *Quo Naturæ ſtatu homines liberi naſcebantur: ſeruitus enim non dicitur contra Ius naturæ.*
24 *Comparatio inter medicinam & ſeruitutem.*
25 *Reſpondet Auctor ad argumenta contra definitionem Ariſtotelis.*
26 *Declaratur definitio Iuris ciuilis ab Vlpiano latè*

27 *Lex naturæ fons eſt aliarum legum.*
28 *Ius ciuile quando a naturali in totum recedat.*
29 *Inſtitutum Iuris poſitiui eatenus legis virtutem habet quatenus Iuſtitiæ participat rationem.*
30 *Statutum ſenenſe de præſcriptione reprobatur ab Authore niſi modificetur vt inf.*
31 *Statutum in qua parte admittit præſcriptionem, cum mala fide non valet.*
32 *Reprobatur per Corneum caſtrenſis circa hoc ſtatutum.*
33 *Defenditur Caſtrenſis in alia parte.*
34 *Ius ciuile à lege naturę non poteſt recedere conſiderata pro ratione rectitudinis vniuerſalis.*
35 *A primis rationis principijs quædam uniuerſales, quædam particulares manant concluſiones.*
36 *Declarãtur ambæ exemplis*
37 *Ius ciuile quomodo nec in totum recedere nec omnino deſerui re dicatur.*
38 *Ius ciuile & naturale in quo differant.*
39 *Differentiam inter ius, iuſtificationem, iniuriam, & iniuſtè factum exemplis Auctor declarat.*
40 *Ius ciuile non ſingulorum gratia conſideratur, ſed ad urbes bene inſtitutas refertur.*

1 EX ijs quę dicta ſunt cõſtare poteſt † Iuſtinianum in. §. ſed naturalia. inſtit. de iur. nat. gent. & ciui. dicentem. *Sed naturalia quidem Iura, quia apud omnes gentes peræque obſeruãtur diuina quadam prouidentia conſtituta ſemper forma, atque immutabilia permanere.* ſentire quidem non tantum Ius naturale, quod diffinierat, de quo nec ambigi poterat, ſed Ius hoc quod nos naturale duntaxat eſſe defendimus, is verò nunc naturale, nunc gentium Ius vocat. §. ſingulorum inſt. de re diui. immutabile eſſe. & dubitari quidem poterat ne illius Iuris naturalis (quod aiunt Primarium) ſermonem rectineret, ſed conſtat quidem & ſecundarium comprehendiſſe, & mutationem Iuris quo ad ſolos homines cæteris animantibus non adiectis expen-
2 diſſe. † Sed non ex Iuſtiniano tantùm conſtare poteſt naturæ legem immutabilem eſſe, ſed apertius ex Ariſt. lib. v. Ethi. c. 7.

ibi

ibi. *Ius naturale eſt quod ubique eandem uim habet, & nõ quia uel ita uidetur, uel minime.* Acedit etiam Iſidor.in.c.ius naturale diſt.1.dicens. *Ius naturale eſt comune omnium nationũ.* & in clem. paſtoralis.§.cęterum.de re.iud. dicitur. Cùm illam
3 Imperatori tollere nõ licuerit, quę Iuris naturalis exiſtit. † Sed in contrarium afferri poteſt eiuſdem Ariſtotelis ſententia in eodem c.7.qui relata eorum opinione, qui iura naturalia mutari poſſe credebant, eo quia quod natura ſit, immobile ſit, & vbiq; eandem vim habeat, ſicutignis, qui & hic, & apud Perſas vrit; iura verò ſępe moueri uidemus, inquit. *At hoc non ita eſt, ſed quodam modo, quamquam apud Deos fortaſſe nullo modo, apud nos autem eſt quoddam naturale, quod mobile ſit, licèt non omne;* nam & dextra manus natura validior eſt ſiniſtra, & tamen in quibuſdam deficit, qui vel ambæ dextræ ſunt, vel altera potiores. Secundò accedit Vlp. in. l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iure ibi. *Ius ciuile eſt quod nec in totum à naturali, uel gentium recedit, nec per omnia ei ſeruit*, Tertiò ad id maxime pertinet quod multa ſunt licita lege naturę, quę legitimo iure illicita ſunt; cõtra multa iure naturę illicita ſunt, quę legitimo iure licita con-
4 ſtituuntur, ergo ius ipſum naturale mutari videtur. † aſſumptũ varijs probatur exemplis. Primùm ex c.1. diſt. 1. ibi. *tranſire per agrum alienum fas eſt ius non eſt*. ſecundùm Iure naturali illicita eſt ſeruitutis introductio tanquam ipſi contraria. §. ſed ius quidem. Inſt. de iur. nat. gent. & ciui. & tamen Iure poſitiuo
5 ſeruitutes licitæ ſunt. c. ius gentium diſt. 1. † Sed à priori ſententia recedendum non eſt, quam probant. D. Thom. d. q. 94. art. 1. Sotus lib. 1. q. 4. art. 4. & noſtri omnes ſequuntur Iuſtiniani auctoritate adducti, & pro reſolutione contrariorum animaduer-
6 tendum eſt † huiuſmodi quæſtionem an lex naturę ſit vna, & eadem apud omnes, ac immutabilis referri poſſe ad plura: ad legem ipſam primum videlicet, & hoc modo eadem recta ratio imperans honeſta, & prohibens contraria, quæ naturæ lex eſt apud omnes vna & eadem, quia licèt ſingulos conſideres homines, apud vnum quemq; hanc reperies imperantem honeſta, & contraria prohibentem. Quare, vt docet Cicero. 2. de legi. etiam ſi regnante Tarquinio nulla fuiſſet Romæ ſcripta lex de ſtupris, tamen contra illam legem ſempiternam ſext. Tarquinius

nius vim Lucretię Tricipitini filiæ attulit; erat enim ratio pro-
fecta à rerum natura, & ad rectè faciendum impellens, atq; à de-
7 licto auocans. † Igitur dum ſempiternam vocat planè vnam &
eandem eſſe fatetur. Videtur autem totum legis opus, vt tale
verſari in ijs, quæ habent diſcrimen iuſti & iniuſti: at iuſtum
ſic diuidi nequit, vt partē impleas, partem deſeras, quia in qua-
8 libet actione aut totus iuſtus es, aut totus iniuſtus, † Ideoq; li-
cet vel minima parte à iuſto recedas, totus iniuſtus es: non enim
habes aliunde, in quo conſiſtere poſsis, quam in ipſo iniuſto:
9 In vtroq; propter oppoſitam naturam conſiſtere non potes, †
neq; indiuiduum conſiſtit per partes. l. furioſum. c. q. teſta. fa.
poſſ. l. ſi quis. ff. de teſta. ergo manet in altero totus: In eo igi-
tur, quo lex iſta ponit diſcrimen iuſti, vel iniuſti Ius ciuile dę-
ſeruit in totum, non detrahit, vel addet vtį probat etiam Conn.
lib. 1. c. 6. n. 4. Secundo eadem quęſtio poteſt referri ad ipſa legis
huius cōmunia principia (vt D. Thom. & Sot. conſiderant) &
reſpectu eorundem vna & immutabilis etiam cenſenda eſt apud
10 omnes: † principia verò ſunt illa duo, quę omnibus nota igno-
rare nefas eſt. Alterum eſt bonum eſſe appetendum, malum au
tem vitandū; alterū, vt quod tibi fieri velles, alteri facias, quod
tibi contra fieri nolles, nec alteri facias, iuxta not. in rub. ff. q.
quiſq. iur. hęc ipſa principia nullo ſęculo mutata ſunt, ſed im-
mutabilia permanent, & ſecundùm hęc lex naturæ (vt conclu-
dit D. Thom.) eſt eadem apud omnes & ſecundùm rectitudinē
& notitiam: manent quidem inflexa, & à nemine ignorata princi
pia eiuſmodi. Tertiò poſſumus conſiderare legem ipſam quo
11 ad quædam, quæ quaſi cōcluſiones ab ijs principijs manant, † &
tunc licèt, vt in pluribus eadem maneat in concluſionibus in ali
quibus tamen ob particularia impedimenta, quæ ex circunſtan-
tijs oriuntur, accidit interdum eam deficere: hoc præcipue no-
12 mine ratio practica diſtinguitur à ſpeculatiua, † quoniam hæc
abſq; defectu eandem veritatem, quam in principijs agnouit,
in concluſionibus intuetur, cùm tamen ſecus accidat in practi-
ca ratione, quę quo magis à comunibus recedit, & ad particula-
13 ria deſcendit, eò maiores inuenit defectus: † ex illo principio
per ſe noto id alteri facias quod tibi fieri velles, ea manat lex ad
inſtar concluſionis depoſitum eſſe reſtituendum. Qua ſola de

riuatione ad legẽ naturę id referre potuit Iſidor. in. c. ius naturale diſt. 1. cum alioquin & contractus depoſiti ex iure gentiũ proditi ſit poſitiuo. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. §. ſed ius quidẽ inſt. de iur. nat. gent. & ciui. & lex illa depoſitum eſſe reſtituendum
14 ab ipſis gentibus conſtituta ſit. † Sed & ſimili referendi modo vtitur Vlpianus in. l. an inutilis. §. vlt. ff. de acceptil. ib. *quia hoc iure vtimur, ut iuris gentium ſit acceptilatio*: Nam cùm ipſa verbis, ac ita per ſtipulationem cõtrahatur. d. l. §. acceptum. §. item per acceptilationem. inſt. q. mo. tol. obl. intelligendum eſt iuriſgentium eſſe, quia ex ratione iuriſgent. proficiſcitur, quę poſtulat vnum quodq; eo vinculo ſolui, quo colligatum eſt. l. nihil tã naturale. ff. de reg. iur. ex quo ſequitur verbis contractum, etiam verbis diſtrahi poſſe; nam alioquin quoad inuentionem nil minus iuris ciuilis eſt, quàm ipſa ſit ſtipulatio. Ad rem redeo, lex ita depoſitum eſſe reddendum, vt in pluribus eadem manet, ſed deficit aliquando, cùm repetitio deponẽtis rectitudine deficit: veluti ſi arma penes me depoſita repetas, vt irruas in Patriã, vel furore correptus, vt homicidium committas; amplius rem furatam depoſuiſti, agis ex depoſito altera ex parte Domino rei ven
15 dicatione vtente, eleganter reſpondet Triphoninus † in. l. bona fides. ff. depos. eam eſſe Iuſtitiam, quæ ſuum, cuiq; tribuit vt nõ diſtrahatur ab vltius perſonę iuſtiore petitione. defecit ergo lex illa in quibuſdam dum ſtatuit depoſitum reſtituendum eſſe, at naturę principia eadem ſunt, nec in vllo deficiunt: quoniam mutato rerum ordine idem nos ipſi prçelegeremus; & cùm noſtra petitio iuſtior eſſet iure noſtro conſideremus minus iuſtæ
16 depoſiti repetitioni eam anteferri. † Sic fidem ſeruare naturalem habet æquitatem. l. 1. ff. de pact. & graue eſt fidem fallere. l. 1. ff. de conſt. pec. & tamen non eſt ſeruanda fides ſi pactio fiat expreſſa ne dolus pręſtetur. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. multiſq; caſibus pacta à Prętore reprobantur, quia ſint aduerſus aliquam legem, vel conſtitutionem. l. iuriſgentium. §. Pretor. ff. de pact. an ius naturę mutatur nequaquam, quatenus eſt recti pręceptio, prauiq; depulſio: nec enim fidem ſeruari vult fouendę iniquitatis, aut iniuſtitię cauſa, nec in ea vlla fides eſſe poteſt, quæ fundamentum ſit iuſtitię: mutatio accedit in ſingularibus in quibus eſt defectus, ex quo illi vniuerſali non reſpondent. Fidem ſer-

uare vniuerſaliter habet rationem boni ; at fides in doloſa pactione ab ipſo deficit bono. Cùm ergo quędam accedunt pręter eiuſmodi vniuerſalia, quę prodeunt à lege naturę non tam lex mutanda videtur, quia ad hæc non pertinet, quam alia lege
17 vtendum. † Ex ijs inferri poteſt ad ipſum legitimę ius, quod in legem naturę paſsim referunt in.l.cum ratio. ff. de bon. dam.
18 & in.§.aliud.auth.vt cum de app.cog. † Quamquam opinor eſſe iuris poſitiui, atq; ita diſputaui in rub. ff. de leg. 1. id quod
19 † Paulus mihi ſuppeditat in d.l.cũ ratio.ibi. *Cùm ratio naturalis quaſi lex quædam tacita liberis Parentum hæreditatẽ adijciat* ; nam eleganter inſinuat ſe non vſurpare naturalem rationem, vt legem, ſed quaſi legem tacitam, eſt enim ratio amoris, & charitatis Parentum in filios, non tamen verſatur circa iuſti vel iniuſti diſcrimen, quia tunc lex eſſet, ijs libentius relinquimus quos magis amamus, non alios amamus ſupra filios & ita quaſi lex eſt quia lex amoris, vel ſi vere lex eſſet verſaretur circa concluſiones, non circa principia: Hęc enim verè ſunt à lege naturę, at cõcluſiones omnes licet ab ijs oriantur principijs, ab hominibus
20 ſubijciuntur ; neq; plus legitima, † quàm depoſitum eſt de iurę naturæ, ſed vtrumq; iure poſitiuo ; nam meum & tuum ſunt iuris poſitiui.c.2.diſt. 8. & legitima introducta eſt poſt meum, & tuum: poſito autem meo & tuo non minus eſt de iure naturali liberum arbitrium in diſponendo. quam ſucceſsio filiorum, vt ſcribit Bald.in l.lege n.1.c.de leg.hær. ex quo fit vt ius hoc legitimæ varias receperit mutationes vt conſtat ex.l. quęritur, & auth. nouiſsima.c.de inoff. te.ideoq; per ſtatutum minus poterit. Oldr.conſ.135.n.1.quod paſsim receptũ eſt ; quinimo nec filio ingrato debetur legitima.d.§.aliud, ſed iam in eo deficit qualitas filij.l.veluti.ff.de iuſt.& iur.iam itaq; mutatur ſubiectũ illud, cuius cauſſa illa præceſſerat cõcluſio. Ius ergo illud, quod per modum concluſionis habetur, non eſt mere naturale, ſed poſitiuum ab eo deriuatum, quod mutationem aliquo caſu reci-
21 pere poteſt ; † ſic & ipſa alimenta, in quibus maior viget ratio, poterit Pater filio denegare, qui cùm detulerit.l.ſi quis. §. idem iudex. ff.de lib.agn.in ea re iam filius eſſe definit, ſed etiam ad naturæ principia facile reuocabis non enim quęri filius poteſt:
22 quia ſi Patris Perſonas gereret, idem ius ſtatueret in filiũ † Dein

de non eſt omittendum multa recte ſe habuiſſe in natura bene
23 inſtituta, que non poſſunt ita ſe habere in natura collapſa: † In
ea enim omnes homines liberi naſcebantur. Inſt. de libert. in
princ. nec erant diſtincta dominia, ſed omnia comunia manebãt. At ea deprauata ſeruitus, quæ contra naturam eſſe dicitur. §. ſeruitus inſt. de iur. per. §. ſed ius quidem. inſt. d. iur. nat. gent. & ciui. in tantũ non eſt contra ius naturale, vt plurimum ſit ſecundùm naturalem legem & rationem; eadem. n. lex, quę recta ratio eſt, dictat vnum in natura bene inſtituta alterum
24 in natura collapſa. † & ſicut medicina ſecundum eandem artem ac rationem dictat vinum ſano proficuum eſſe, ægroto auté nocere, & tamen ars eadem manet, quin imo quod ex arte iuris eſt veneno mali velut rei flagitioſę non contrahitur emptio; at ſi mixtum alijs materijs nocendi naturam deponat, & ex eo antidota ſalubria conficiantur, contrahi poterit. l. quod ſępe. §. veneni. ff. de cont. empt. ſic ſeruitutis introductio veneno poterit abſolute cõparari, ſed moribus hominum corruptis, bellis exortis, ſalutare antidotum confectum eſt ex ijs adiunctis, vt per illud ſeruari homines dicerentur à ſeruando, non a ſeruiendo ſer-
25 uitutis nomine deriuatio. §. ſerui autem. inſt. de iur. per. † qua ratione tertium illud obiectum ſatis, ſuperq; reſoluitur, quia vulgò traditum eſt quamlibet diſpoſitionem intelligi debere rebus in eodem ſtatu manẽtibus. l. 2. §. vlt. ff. de adim. leg. & variatio contingit potius in ſubiecto, quàm in lege; lex enim in hoc magis flectit ſe ſe, & accommodat ad ſubiectum, quod verè mutatur: rurſus qui ſeruat, non occidit; facit ex duobus illud, quod
26 ſibi in eadem fortuna conſtituto fieri malit: †. Ex ijſdem poterit explicari, quod ex Vlpiano ſecundo obiecimus loco diffiniente ius ciuile eſſe, quod nec in totum à naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei ſeruit: non enim recedit in totum, quia ſemper eiuſdem retinet principia, quia (vt ſupra diximus) mutari nequeunt. Amplius quoniam nulla plane ciuilis lex fieri poteſt, vel facta non erit lex, inquantum ipſi reſiſtat, naturæ lege conſiderata, vt recta ratio imperans honeſtam, prohibens cõ-
27 traria: † hęc enim fons & origo eſt cęterarum legum: nam vt doctiſsime concludit Alex. q. 27. art. 1. §. 2. cùm lex Naturę ſit regula iuris indę conſequentis lex omnis debet habere regulam

in le-

in lege naturali, nec quid poterit ſanciri, quod ab hac recta ratione non reguletur, quę iubet honeſta, & prohibet contraria, Ex quo belliſsime infertur non eſſe legem iniuſtam, nec mereri legis nomen. Quod probat Iſidor in c. erit diſt. 4. dicens. *Erit autem lex honeſta poſſibilis iuſta ſecundùm Naturam*. tùm Plato in Minoe ſic ait. *Quæ igitur à recta ratione declinant, falſaq; adhærent opinioni, inſtitutaq; erunt, non autem leges*. tùm ſecundum Martianum in l. 2. hoc tit. *omnis lex inuentio quædam eſt, & donum Dei*, lex iniuſta eius modo eſſe non poterit, nec iſtud à ratione noſtra eſt diuerſum: quia omnis lex eſt à naturę lege per deriuationem; at ea donum Dei eſt; quia diuini Numinis cõmunicatio, ergo lex omnis, vel tanquam ex hac vna prodiens poterit exiſtimari donum Dei; Quod ſi lex non erit, nec poterit obligare in vim legis, & ideò ab omni plane ratione abhorret, ne Florentini paſsi ſint diſputari ſuper validitate ſtatutorũ, vt not. Rom. conſ. 392, nu. 1. Fely. in. c. quę in eccleſiarum. nu. 13. de conſtit. Dec. conſ. 37. n. 4. vti etiã à lege naturę, eiuſq; ratione abhorrere videtur quod mala fides ſuperueniens vſucapionem non impediat, cùm de iure ciui. ſatis ſit, ſi iuſtum habuit initium l. ſi aliena. ff. de uſuc. §. diutina. inſt. eod. nam ſi lex naturę praui depulſio eſt, malam fidem nõ poteſt non quandocũq;
28 recipere. † & ideo in hac parte videtur mihi ius ciuile in totum à naturali recedere, quia perpetuo diffiniri poteſt in totum recedere ab ipſa naturę lege, cùm ab eius definitione recedit, cũ & à re definita recedit, quę tota per definitionem explicatur iuxt. not. in l. 1. §. 1. ff. de dol. & in l 1. ff de teſta. ex qua parte ius ciuile in totum recedit, nec iuris ciuilis fungitur officio, nec
29 ſeruandum eſt, quia ſemper declinat ad iniuſtitiam. † At inſtitutum quodlibet Iuris poſitiui (vt D. Auguſtino placet in libr. de lib. arb. & refert Sot. lib. 1. q. v. art. 2.) eatenus habet virtutem legis, quatenus participat Iuſtitię rationem. Quare recte quod retuli, iure canonum emendatur, ne vllo tempore cùm mala fide præſcriptio ꝓcedere queat. c. vigilanti extra. de præſc. c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. & in hoc quia concernit peccati materiam, iuri canonico ſtandum eſt, in Terris etiam Imperij, & ſæculari Foro. vt per gl. & Io. Andr. in d. reg. poſſeſſor. Franc. Balb. de pręſcr. 3. part. ſextæ princip. q. 2. n. 1. Rol. a Vall. cõſ.

6. nu.

30 6.nu.42.vol.3. † Ex quibus in cauſsa adhuc vertente reſpondi non valere Seneſe ſtatutũ, quatenus indiſtinctè diſponat, quod ſi Creditor patiatur labi ſpacium viginti annorum vlterius non
31 audiatur; † quia receptiſsimum eſt non valere Statutum qua parte admittit prȩſcriptionem cum mala fide, Alex.con.99. n 8 vol.4. Rip.in.l. nemo poteſt vbi de comuni. n. 116. ff. de leg. 1. Didac.in.d.reg.poſſeſſor. §. vndecimo.n.4. Ferd. Vaſq. de ſucc.
32 creatione lib.1.§.x.n.26. † & licèt Caſtr.in.l. ſequitur. §. ſi viã ff. de vſuc. diſtinguendum putauerit an ſtatutum dirigat verba ad creditorem ſtatuens eum non audiri vlterius vt hoc Senenſe vel ad debitorem decernens eum prȩſcribere, eiuſq; diſtinctionẽ ſequantur Thom. Ferrat.caut. 38. Bocius de ſtat. vrb. prȩſcr. gl. 1.n.18. parũ tuta exiſtimanda eſt, quia eſt velamentũ quoddam, quo latenter ad eundem illicitum peruenimus effectum, ac viam aperit canonicæ ſanctionis eludendȩ, cùm ita per indirectum facile ſit cuiq; ciuitati verbis ita conceptis iniquȩ præſcription's effectum admittere, quod euitandum eſt. c. ſi ciuitas de ſent. excom.in.6. Quare iure diſplicet Corneo conſ.177.n. 3. vol.4. & latius.conſ.180.n.1.vol.3. nec rectè quadraret etiã ſtatuto Seneſi, quia & in rubro & in nigro aperte decernit debitum eſſe prȩſcriptum, & vlterius non audiri diſponit, tanquam
33 conſequens præſcriptionis. † Sed tùm huius ſtatuti, tùm aliorũ quorumcumq; ſolidiſsima defenſio eſt, & conſulentibus, & ius dicentibus amplectenda, quæ ab eodem caſtreſi deducitur in.d. §. ſi viam in fin. vt ſi ſtatutum non faciat expreſſe mentionem de malȩ fidei debitore (vt credendum eſt ſtatuentes omnes ab hac ſaltem expreſsione abſtinere, quia nec valere poſſet ſtatutum, & forte alterius fori ſuſpicionem induceret aduerſus eos) recipiat hac in parte ex iure canonum paſsiuam interpretationem, vt de bonȩ fidei debitore duntaxat intelligatur, ac eum ad beneficium prȩſcriptionis admittere, quia non eſt exiſtimandũ vt verbis generalibus velit compræhendere caſum, ſuper quo diſponere nõ poteſt, & ita cõſulit Soc: cõſ.86.n.10.vol.1. com. d.cõſ.180.& hãc verã, & comunẽ eſſe opinionem & concluſionem tradit Vaſq.d.part.1.§.x.n.29. nec excogitandȩ ſunt cautelȩ quibus quaſi anguem ſub herba peccatum latere ac nutriri curemus, & debitori malã fidem non obeſſe veliμus, quȩ in

foro

ſoro Poli damnum irreparabile parit. lex ipſa naturę hanc malam fidem redarguit, ad quã (vt ad Inſtitutũ redeamus) velut ad fontem vnde deriuentur leges ciuiles omnimodo ſunt reducendæ:
34 † & ideo cõſtituẽdũ eſt, vt argumẽto ſatisfaciamus, vbicũq; naturę legẽ cõſideramus, ꝓ rectitudine rationis iuri ciuili ab hac
35 ipſa lege nõ licere, vel minima ex parte recedere. † Verũ ab hac ipſa ratione, eiuſq; primis principijs, quędã promanãt cõcluſiones vniuerſales, quędã particulares. vniuerſales hoc modo, bonũ eſt faciendũ, reſtituere depoſitũ bonũ eſt. ergo. reſtituendũ: Par-
36 ticulares hoc modo, malũ eſt vitandũ, Semproniũ reddere gladium Caio furenti malũ eſt, ergo à Sempronio vitandũ. † Inſpicito hic officium iuris ciuilis. ſtatuit in vniuerſum gladium furioſo non eſſe reddendum, & in hoc animaduertit propter additam circumſtantiam illam primam vniuerſalem deficere concluſionem, defectum tamen ex ipſa naturę lege concludit. i. ex ipſa rectitudine rationis concludit, quæ non deficit in illo particulari, nec in ſuo vniuerſali bonum eſt faciendum. at defectus eſt in eo, quod homines ſubijciunt depoſitum reſtituere bonũ eſt, quia accidit hoc caſu bonum non eſſe, aut potius eſt in ipſa
37 rei natura, quę inconſtans & varia eſt. † nec in totum recedit ab illa vniuerſali concluſione depoſitum eſſe reddendum, quia nec contrarium ſtatuit, nec in totum deſeruit, quia furioſo reddi negat. At iniquis negat id ipſum lex etiam naturalis in illa particulari concluſione; Reſpondeo iuris ciuilis non eſt legem ferre de Sempronio, ſed iuris eſt naturalis, quod hac ratione ſem-
38 per bonum & equum eſt. l. ius pluribus. ff. de iuſt. † quia relatum ad ſingula numquam errat, quia iudicat ex circumſtantijs. At ius ciuile non in ſingulas perſonas ferendum eſt. l. iura hoc tit. Itaq; verſatur ius ciuile non circa legem. i. rectitudinẽ rationis, non circa eius prima principia, non etiam circa cõcluſiones particularium, ſed vniuerſaliũ quia & hoc ipſum vniuerſaliter fer-
39 tur: † quò pertinet illa Ariſt. differẽtia inter ius & iuſtificationẽ iniuriã, & iniuſte factũ; qa Sẽproniũ nõ reddere gladiũ Caio furẽti eſt qaid iuſtè factũ, non ipſũ ius ciuile; hoc. n. eſt illud vniuerſale gladium furioſo reddendũ non eſſe, Ius ergo ꝓ illo iure vniuerſali vſurpatur; qua ratione ex ipſomet Ariſt. in. d. c. 7. fit apertum, cum quatenus ius ipſum naturale mobile eſſe ſentit

idem

idem referre, ad eiuſdem iuris vniuerſalia, quod eam habet ra-
40 tionem, quia ius naturale † item & ciuile ius non ſingulorum gratia duntaxat conſideratur, ſed ad ciuitates bene inſtitutas referuntur, ſed non ita vſurpat Paul. in d. l. ius pluribus. quia eo modo immobile ſemper eſt, vt ſemper bonum & ęquum. Sed nihil magis ab Ariſtotelis ſententia diſtat, quod ſupra de vino ac veneno attulimus. vt ex Michaële Epheſio eiuſdem Ariſtotelis Interprete explicatur, ac illa verba. *quamquam apud Deos fortaſſe nullo modo eſt*. oſtendunt totam mutationis cauſam ab ipſa deprauata natura pendere: alioquin omnibus in naturali bonitate perſeuerantibus ius ipſum eſſet immobile. Sed vnus ſupereſſe videtur ſcrupulus, quo videtur naturę legem vnam & eandem eſſe apud omnes quod Iuſtinianus in §. ſed naturalia inſt de iur. nat gent. & ciui. videatur plura ſupponere ea conſideratione, qua dicit eſſe immutabilia. Verùm apud Iuſtinianum ea diuiſio Iuris retineri videtur ibi, vt in homine ſit ius naturale duplex alterum quod ſibi comune eſt cùm cęteris Animantibus, alterum quod ſibi ſoli à natura inſitum ſit, & dubitationem faciebat Iuris ciuilis aſsidua mutatio, an vnum vel alterum naturę ius tollere poſſet, ideoq; ait. *Sed naturalia* &c., quia neque naturale ius ſibi cùm cęteris animantibus comune, nec quod ipſe ſolus ex diuina prouidentia accepit, mutare poteſt, ſed vtrumque immutabile manet.

Quam

Quàm abſoluta, quàm perfecta Naturæ lex ſit ex Cicerone deducitur, ſimul atque laudatur.
Cap. IV.

1 *Legem naturæ immobilem eſſe oſtenditur ex Cicerone.*
2 *Legem poſitiuam impropriè, & ſecundùm popularem rationem dicimus legem.*
3 *Lex naturæ à Deo Opt. Max. originem ducit.*
4 *Accur. intellectus reprobatur ad. l. 2. c. de in ius voc. & nouus datur.*
5 *Lex naturæ diuini luminis dicitur communicatio.*
6 *Declaratur. l. 2 ff. de vſufr. ea: re.*
7 *Ius ciuile multis caſibus naturalem mutat rationem.*
8 *Ius ciuile naturalem nõ mutat rationem, quę circa iuſtum ſit, vel iniuſtum.*
9 *Beneficium reſtitutionis lex non concedit minori dolo, vel fraude contrahenti.*
10 *Lex naturæ eſt norma legitimi iuris.*
11 *Iuris naturæ ſemina nobis ingenita deſcribuntur, ac declarantur ex Cicerone.*
12 *Lex naturæ inſtituit hominem quo ad Deum, ſe ipſum, & ſocietatem humanam.*
13 *Iuſtum & iniuſtum, æquum & iniquum ex circumſtantijs ſæpe mutantur.*
14 *Statutum occidendi Tyrannum, vel Bannitum fauorabile dicitur in publicum bonum directum.*
15 *Lex naturæ non deficit, etiamſi deficiat lex ſcripta, vel conſuetudo.*
16 *Rationem pro lege allegare ſat eſt.*
17 *Rationem eſſe animam legis.*
18 *Reprobatur opinio Baldi in. l. lege. nu. 2. c. de leg. hær.*
19 *Statuta ſine ratione cùm ſint vti corpus ſine anima reprehendi poſſunt.*

20 *Ratio eſt recta rerum omnium agendarum, ac legum condendarum regula.*

21 *Diſciplina iuris ciuilis non tam à lege. 12. tab. à Prætorum edictis, quàm à lege naturæ, & ratione hauriri videtur.*

22. *Diſtinctio iuſti, & iniuſti ad æternam legem refertur.*

23. *Lex naturæ, & diſtinctio iuſti, & iniuſti eadem apud omnes.*

24. *Animi perturbationes, vt funes nos trahunt, & inuicem retrahunt.*

25 *Lege naturę ſenſibus normam præſcribimus.*

26 *Dei prouidentia infinita; prudentia autem hominis finita eſt.*

HAEC ipſa naturę lex, tùm alia pręcipuę ratione eſt immutabilis ac ſemper eadem manet, quod perfectiſsima ſit, & abſolutiſsima; qua enim parte diuini luminis cõmunicatio eſt tùm recta, & ab ipſo Deo Opt. Max. tracta ratio legis latiorem diuinę prouidentię habet. Quod ſi aliqua ratione mutanda foret mutatio, diceret imperfectionem in lege, quæ quantum abſit
21 ab ea non poteſt ornatius ſimul ac verius explicari † quam Tullij verbis ex. 3. de Repub. à Firmiano velatis. c. 8. de vero cultu, & à Barone in. §. ſed naturalia inſt. de iur. nat. gent. & ciui. verba ſunt hæc. *Eſt verò vera lex recta ratio naturæ congruens diffuſa in omnes conſtans, & ſempiterna, quæ vocet ad officium iubendo, vetando à fraude deterreat, quæ tamen neq; probos fruſtra iubet, aut vetat, nec improbos iubendo aut vetando monet. Huic legi nec propagari fas eſt, nec derogari ex hac aliquid licet, nec tota abrogari poteſt, nec verò per Senatum, aut Populum ſolui hac lege poſſumus, nec eſt quærendus explanator aut interpres eius alius; nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſthac; ſed & omnes gentes, & omni tempore vna lex, & ſempiterna, & immutabilia continebit, vnuſquiſq; erit quaſi Magiſter & Imperator omnium Deus: ille legis huius inuentor, diſceptator, lator, cui qui non parebit ipſe ſe fugiet, ac naturam hominis aſpernabitur: hoc ipſo luet maximas pœnas, etiamſi cætera ſupplicia quæ mutantur, effugiet.* Quis ſacramentum Dei ſciẽs (vt ſubijciam verba Firmani) tam ſignificanter enarrare legem Dei poſsit, quam illam homo longè à veritatis notitia remotus
22 expreſsit. & vere hanc veram legem appellat, † quod cæterę poſiti-

poſitiuæ, quibus vtimur, minus propriè leges ſint, & ſecundùm popularem rationẽ legem appellamus, quę ſcripto ſancit, quod vult, aut iubendo, aut vetando (vt idem eſt Author) quia Populus Romanus eam intelligebat legem eſſe, quam ipſe ſenatorio Magiſtratu interrogante veluti conſule conſtituebat §. con
3 ſtat. inſt. de iur. nat. gẽt. at eiusmodi † lex à Deo Optimo Max. originem ducit: Is autem tanquam ſummus, ac ſummę prudentiæ legislator, quem nec momenta temporum, nec rerum etiam ſingularium circunſtantię latere vnquam poterunt, legem hanc in omnes homines diffuſam voluit omni tempore valituram, omni loco, ac ab omnibus perpetuò legem ſeruandam propoſuit, ac præſcripſit. Ideòq; ignorantię velamento nemo ſe poterit aliquomodo excuſare; non ruſticitas, non ſexus iuſtam ignorantię cauſam prębent in ijs, quæ ſecundum naturalẽ
4 rationem ſcire tenemur † .l. 2. c. de in ius. voc. Vbi Gordianum minus rectè Accur. intellexit, dum dicebat ea ratione ruſticitatem non excuſare libertum, qui Patronum ſine venia in ius vocauerit, quia. *naturali ratione honor huiuſmodi Perſonis debeatur*: naturalem rationem non pro Iure naturali accipiendam, quia hoc falſum eſſet: eo .n. loco nihil aliud quàm naturale ius opinor ſignificare Imperatorẽ, alioquin ſequeretur libertũ quo ius argumento erga Patronum ingratum in legem naturę minime peccare, quia iura Patronatus, ac libertorum ſtatus non ſit à lege naturę; ſed res ſe aliter habet vt Cicero Tarquinij exẽ-
5 plo probat, quod ſupra retulimus: † neq; hæc diuini luminis cõmunicatio quam legẽ naturę dicimus à Deo Optimo Max. prodijt, vt in natura bene inſtituta ſolummodò & lex, & regula eſſet, ſed vt quantumcumq; res humanæ mutarentur, hominẽ in ſyluis, & ciuitatibus ęque regeret, in bello & in pace, intra domeſticos parietes, & in Foro; nec verò prius ſeruitute inducta beneficium manumiſsionis inuaſit, quàm ob acceptum libertatis beneficiũ hęc ipſa naturę lex manumiſſo imperauerit etiã, vt honorem deberet Patrono, quem qui ſe debere recuſat, is protinus etiã, ſi nulla ciuilis lex ad eſſet, in naturæ legem peccat; nec enim ab eo quod honeſtum eſt aliquo modo recederet, quin ab ipſa Naturę lege recedat: etiam vno loco (ſi tamen eius dilucidandi gratia veniam ſperare liceret) Caium & Tribonia

atum, ac eius aſſeclas in ipſa naturalis rationis acceptione no-
6 tari poſſe ſummopere vereor; † cùm in.l.2.ff de vſufr.ea. re.di
cat Caius Senatuſconſulto non id effectum eſſe, vt pecunię vſus
fructus proprie eſſet ſubijcit hæc verba. *nec enim naturalis ra*
tio authoritate ſenatus mutari potuit, ſed remedio introducto cæ-
pit quaſi vſusfructus haberi. Hic autem naturalem rationem
pro lege vſurpat Caius, quam immutabilem eſſe cõnſtat; at
cùm nulla hac in re ſit ratio iuſti vel iniuſti, boni vel mali, hone
ſti vel fraudis, nulla quoq; lex naturæ erit, quia nihil ad eam, an
pecunię vſusfructus proprius ſit, vel improprius, aut verò vſur-
pat pro diſcurſu rationis in naturalibus cum applicatione ad ci-
uilia, argumento ducto ab ijs quę ſunt ad ea quæ intelligũtur, &
falſum opinor quoad vſumfructum Senatum non potuiſſe natu-
ralem mutare rationem. Naturalis ratio eò reſpicit, vt nõ poſ-
ſimus vti pecunia niſi conſumendo, & per erogationem; ſic.n.
aſsidua permutatione videtur conſumi & extingui.§.conſtitui-
tur.inſt.de vſufr.non videtur ſalua eſſe ſubſtantia: Cùm autem
vſusfructus ſit ius vtendi, fruendi alienis rebus, ſalua rerum
ſubſtantia iam repugnat perire, & conſumi ſubſtantiam, &
eſſe vſumfructum, ac ita naturalem rationem inducere vi-
7 detur Accur. in d. §. conſtituitur, & alij poſt eum. †. At
ſatis poterat hanc mutare rationẽ negligendo Senatus; ſic natu
ralis pugna eſt, vt quis decedat pro parte teſtatus, & inteſtatus,
& tamen potuit ius ciuile hanc mutare rationem.l.ius noſtrum.
ff.de reg.iur.l.1.ff.de mil.teſt.tùm ex naturali ratione eſt ne cõ-
tractus claudicare debeant, & tamen in pupillo ſine authoritate
tutoris cõtrahente ſecus eſt.l.1.ff.de res.vend. Ita ne minor na.
tu maiorẽ adoptet ex naturali ratione eſt nõ lege naturę, nihil.n.
ad eam.§.minorem.inſt.de adopt.ius tamen ciuile deſerit, aut
mutat rationem naturalem in eo qui licèt filios non ſuſceperit
in nepotem aliquẽ adoptet.d.§.minorem.v.licet. Potuit ergo
ius ciuile à naturali ratione recedere, eamq; ſi non in rebus na-
turalibus in ciuilibus, & quę intelliguntur mutare, negligere,
8 deſerere, vel amplecti. † dummodo non ſit circa iuſtum, & iniu-
ſtum, quia non tam ratio aut modus quidam naturalis, quam lex
naturalis eſſet; quod & in alijs multis conſtat, quę conſultò
omitto

9 omitto. Redeo ad naturæ legem in omnes diffuſam † ab hoc
ipſo capite deducitur, vt minoribus in delictis, & vbi dolo
verſati ſunt beneficium reſtitutionis denegetur.l. ſi ex cauſa. §.
nunc.ff.de minor.ſic ſi per mendacium maiores ſe dixerint.l.2.
c.ſi.min.ſe ma. vbi redditur ea ratio, quia deceptis non decipien
tibus ſuccurrendum eſt; ſi rationis rationem quęramus diligen
tius ex lege naturę cuius ex proprio dolo reus eſt, ab hoc bene-
ficio excludit; neq; Prætor, qui eo edicto, vt in pleriſq; natura
lem ſequitur ęquitatē.l.1.ff.de mino.potuit minorem in fraude
conſtitutum audire; is enim lege naturę cōdemnatus eſt, quem
ius ciuile abſoluere, aut releuare aliter non poſſet, niſi in totum
à naturę lege recedat Eodem modo non tam lex alia ſentia, quā
hęc ipſa naturę lex reſcindit manumiſsiones in fraudē Credito
rum factas. Sed cur hæc cōmemoro? Vti in omnes homines
10 ſic in toto iure ciuili † eſt eiuſmodi lex diffuſa, vti Deo totius le
gitimi iuris norma & regula eſſe videatur: nam vt riui à fonte
ducuntur, ita à naturę lege iura omnia deriuantur. quinimo ſi
ſecundùm naturæ inſtitutionem homines vixiſſent, ea ſola om
nibus ſuffectura fuiſſet: nos enim & colere Deū, Patriæ & Pa-
rentibus decet obtemperare: Ab hac deniq; lege (vt ſcribit
Tull 2.de inuent.) totius humanę vitę initium videtur eſſe pro
fectum; & omnia ſub hac lege comprehendi oſtendit.ibi. *Na-*
11 *tura ius eſt quod non opinio genuit, † ſed quædam innata uis in-
ſeruit, vt religionem, pietatem, gratiam, uindicationem, obſer-
uantiam, ueritatem; Religio eſt quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ
quam diuinam uocant, curam, cæremoniamq; affert pietas, per
quam ſanguine coniunctis, Patriæq, beneuolis officium, & dili-
gens tribuitur cultus. Gratia in qua amicitiarum, & officiorū
alterius memoria, & alterius remunerandi continetur uoluntas.
Vindicatio eſt per quam ius & iniuria, & omnino omne, quod ob-
futurum eſt defendendo, aut ulciſcendo propulſatur. obſeruantia
eſt, per quam homines aliqua dignitate antecellentes cultu quo-
dam & honore dignantur. Veritas eſt, per quam immutata ea
quæ ſunt, aut ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur.*
12 † Hæc ſi conſideremus, intelligemus legem hanc, totum
hominem, & erga Deum, & erga ſe ipſum, ac ſocieta-

tem

tem humanam inſtituere, & nihil omittere, quod eundem intra Iuſtitiæ & honeſtatis tramites omni tempore contineat, & quo vocat ad officium iubendo, & vetando à fraude deterret, iam omnia gradibus ſuis complet: mirum tamen eſſe videtur quod Cicero huic legi propagari fas non eſſe dicit: nam vel fruſtra poſitum eſt ius ciuile vniuerſum, aut eidem addere fas eſt: ex eo enim maximè conſtat quod aliquid addat, vel detrahat. l. ius ciuile. ff. de iuſt. ſed vel ſi omnia quaſi riuos ad fontem, ad naturæ legem referamus, quod ab ea deriuentur, hæc ipſa deriuatio ſpecies quædam propagationis eſſe videtur, tùm ſi vnum dictat in ratione bene inſtituta, aliud in natura collapſa iam propagari videtur. Quid erit dicendum? Id ſi referatur ad rei definitionẽ
13 vere dictum eſſe videtur †: nam iuſtum & iniuſtum, æquum, & iniquum, officium & fraus ex loco, tẽpore, perſonis, ac circumſtantijs ſæpe mutantur: veluti ſi ponamus occidere aliquem iniu
14 ſtum & iniquum eſſe; † at Bannitos, Graſſatores non tantũ Tyrannos nullo odij rancore, ſed pro bono publico, & Iuſtitiæ zelo occidere iuſtum eſt ita dictante, ac permittente ſtatuto, quod in eiuſmodi caſu non tantum valet, ſed fauorabile eſt Bart. cõſ. 188. ſtatuto caſtri plebis in fine. Iaſ. in. l. ſi idẽ. n. 4. ff. de iuriſd. om. iud. Dec. poſt Baldum in. c. dilecti. n. 31. extra. de excep. idẽ cõſ. 65. n. 3. & cõſ. 326. poſt. n. 3. & vtrobiq; de cõmuni: Qua de re latius in prima parte rerum quotidianarum ſum dicturus, nõ tamen propagatur lex, quin ſit eadem ſemper iuſti præceptio, praui q; depulſio: nihil enim eſt, quod lex iſta non comprehendat: Sed etiam Bald. dum conſ. 38. n. 7. vol. 1. ait naturalem eſſe rationem, quæ in cunctis recte reſpondet, & adducit. l. ſi me, & titium. ff. ſi cert. pet. non ne hanc legis huius perfectionem cognoſcere, ac fateri viſus eſt; & certè quid mero iure ciuili reſponderi potuiſſet in ſpecie illa. l. ſi me. niſi lex ipſa naturæ bonum illud & æquum inſinuaſſet? tùm Prætor niſi huic legi fuiſſet ſemper innixus, quomodo ex nimijs iuris ciuilis ſubtilitatibus potuiſſet ſe ipſum euoluere, & educere? facit. l. Poſthumus. ff. de iniu. rup. te. l. ei qui. ff. de acq. hær. §. ſui autem inſt. de hær. qual. nulli bi enim à iuris ſubtilitate recedit, quin ad naturæ ſimplicitatem
15 hac ipſa lege dictante conetur accidere: † ſimiliter quacumq; lege ſcripta vel conſuetudine deficiente hæc ipſa nunquam deficit.

ficit.c. ſecundo requiris. §. vult. de appell. Aymo. conſ. 31. n. 5.
26 † Ad idem pertinet, quod paſsim circumfertur ſat eſſe ratioñe pro lege allegare clem. 1. in prin. vbi not. card. de elect. Bald. d. conſ. 38. Aymo. d. conſ. 31. & conſ. 326. n. 15. quò reſpexit Modeſtinus, cùm dixit naturalem ſufficere Iuſtitiam in. l. ſcire opor
17 tet. §. ſufficit. ff. de exc. tut, vſurpat com. conſ. 98. n. 3. vol. 3. †. tùm eandem mentem, & animam legis eſſe receptum eſt ab omnibus in. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. in. l. cùm ratio. ff. de
18 bon. damn. quare admodum vereor, ne defendi poſsit † quod tradit Bal. in. l. lege. n. 2. c. de leg. hęr. vt valeat ſtatutum ſine ratione, duntamen nullius pręiudicium contineat. Primum quia totius ciuitatis pręiudicium contineat eiuſmodi ſtatuta conde-
19 re quę rationem non habeant † quia & eludi & reprehendi facile poterunt, quod cauendum eſt. c. ſi ciuitas de ſent. exc. in. 6. l. ſaluius Ariſt. ff. de leg. præſt. Tum ſecundò, quod pertinet ad rem noſtram, erit ſtatutũ ſine ratione, quaſi corpus ſine anima:
20 neq; verò quod dicitur rationem eſſe animam legis † ad aliam rationem referendum eſt, quàm ad hanc rectam, & nobis inſitã. quę rerum omnium agendarum, tùm maxime legum condendarum eſt regula, vt ideò ſine ratione lex ſit, quę non habeat rationem honeſta iubendi, & contraria prohibendi, quia neceſſe ſit rationem illam particularẽ huic vniuerſali reſpondere, alioquin rationis nomine erit indigna. Tertiò nullius continere præiudicium, & ſine ratione valere repugnantiam continet, quod inicuiq; etiam in particulari præiudicium ſit ligari ſtatuto ratione carente. Atq; ideò ſicut admodum difficile eſt immaginari ſtatutum ſine ratione, ita quod tale ſtatutum nullius cõtineat præiudicium, videtur fere impoſsibile. Quartò ſtatutum contra rationem nec Baldus, nec quilibet alius valere affirmabit quod hoc ipſo iniuſtum ſit; ſed hoc ipſo quod eſt ſine ratione, ſi quis diligenter intueatur cõtra rationem eſt. Tandem ſtatutum hoc non deriuatur ex lege Naturæ, quę recta ratio eſt, & regula omnis iuris conſequẽtis, ergo tale ſtatutum nec regula, nec ius erit, ac ideò ſi quouis alio modo valeat in modum legis, certe non va-
21 lebit. † Igitur (vt deniq; concludatur iſte ſermo) vniuerſa iuris diſciplina non tam à Prętoris edicto xii. tabulis, aut cęteris plebiſcitis, ſenatuſconſultis, conſtitutionibus, quam ab hac ipſa.
lege

lege naturæ tota ab hac recta ratione videtur hauriri: ex hac vna lege cæteri legumlatores aſſequũtur quo regant Populos, quo cæteras ſtabiliant leges, quò in improbos animaduertant, quò bonos tueantur, quò præcepta ſalutis, gloriæq; ſuis ciuibus edant, ad decus hortentur, à flagitio reuocent, vt conſolentur Afflictos, vt facta, & conſulta ſapientum, & fortium virorum cum im-
22 proborum ignominia ſempiternis prodant monumentis. † Hæc ipſa iuſti & iniuſti diſtinctio ad illam æternam rerum omnium legem ſui referri videtur, vt mentem noſtram attollat, cœlum, terram, maria rerumque omnium naturam perſpicere ea vnde generata quo recurrant, quando quomodo obitura, quid in ijs mortale & caducum, quid diuinum, æternumq; ſit intueri, ipſumq; Deum Opt. Max. ea moderantem & regentem pene prehendere doceat, ac nos ipſos non tam, vt populares alicuius definiti loci, quàm etiam vt totius orbis ciues inſtituat, moderetur, ac regat. Et quamuis Athenas, Ro-
23 mam, Senaſq; non nominet † vbique tamen eſt eadem & ſempiterna vocans ad officium, à fraude deterrens; Quam qui rectè ſentit & intelligit is ſe ipſum (quod Apollo præcepit Pythius) optimè noſcit: quia quod in ſe diuinum, & immortale eſt intelligit, & ſecundũ hãc diuino luminis communicationem, naturæq bonitatem Dei gratia accedente, ſuper æterna euehitur. contra verò qui ſe ipſum huic non ſubijcit legi, & ipſi non obtemperat, à ſemetipſo recedit ab hac ipſa lege recedens, & ſe fugit, imò potius ad ſe ipſum quaſi hortis ad hortem affici uidetur, atque inteſtino bello ſummopere cruciatur, & ſi pars inferior intumeſcens exuperat, turpem ſui ipſius victoriam conſequitur, & eiecto Legitimo Domino Tyrannum admittit, & an-
24 guem in ſinu proprio nutrit: † nam animi perturbationes, vt apud Platonem Athenienſis docet, 1. de legi. quaſi funes ingenitæ trahunt nos, & inuicem retrahunt ad contrarias actiones, vbi virtus & vitium, iuſtum & iniuſtum, fraus & officium diſcre-
25 ta vertantum. † Hac verò lege tanquam regula quadam perpetua & ſenſus moderari, & affectibus cunctis normam præſcribere datum eſt, & ita verum libertatis vſum in vſu iocundiſsimæ ſeruitutis collocare. Quam igitur piè, quàm ſancte Tullius de huiuſmodi lege ſentit? Quis non mirabitur hominem aſsidue verſa-

verſatum in tenebris, fabuloſaq; religione edoctum, Idoliſq; mendacibus excolendis aſſuetum tam ſapienter, tam verè de lege Naturę, eiuſq; à Deo deriuatione verba feciſſe, eiuſq; pulchritudine ita delectatum, vt pręclaram, atq; ſimillimam eius imaginem, aut potius eiuſdem legis cauſſas, & effectus nō modò animo conceperit, ſed verbis etiam expreſſerit, atq; depinxerit? cùm itaq; naturę lex à diuina prouidentia prodierit, † quę
26 tùm perfectiſsima eſt, tùm etiam infinità non poteſt non eſſe numeris omnibus abſoluta, hominis autem prudentia cùm finita, & imperfecta ſit legibus ferendis ſuffectura non eſt, ſi legiſlator quantum fieri poterit eas legi Naturę non ſubiecerit, atque coniunxerit.

ALEXANDRI

TVRAMINI I. V. C. AD RVB. DE LEGIBVS. LIB. SECVNDVS.

Cur ſola naturale lege, cùm abſolutiſſima ſit, homines minime contenti leges ciuiles inſtituerint. Cap. I.

1 *Rei perfectæ addi non poteſt*
2 *Addere legi naturæ, & dicere perfectam repugnant.*
3 *Iuris ars naturam imitatur.*
4 *Hominum improbitas legibus condendis dedit occaſionem. & num. 40.*
5 *Legis effectus eſt homines non ſolùm metu, ſed præmij ſpe bonos efficere.*
6 *Lex ad hominum malitiam coercendam inducta*
7 *Intereſt ciuitatis malis eam purgare hominibus & delicta impunita non eſſe.*

8 *Omnes tenemur agere quod iuſtum eſt.*
9 *Obedientia in Patriam & Parentes licèt à natura ſit, eius mẽſura iuris ciuilis eſt.*
10 *Defenſio aduerſus vim, & iniuriam naturaliter eſt iuſta.*
11 *Nemo Iudex in propria cauſsa.*
12 *Aggreſſus præſumitur ad ſui facere defenſionem.*
13 *Defenſio corporis ad rerum defenſionem an extendatur legitimo iure definitur.*
14 *Lex, ingratitudinis filiorum cauſsas, & legitimam eorundem metitur.*
15 *In menſura iuſti variatio eſt.*
16 *Inter naturalia præcepta interdum diſcenſio eſt.*
17 *Lex naturæ neminem cum aliena iactura vult fieri locupletẽ.*
18 *Lex naturæ, Populi ſalus eſto.*
19 *Varium ius circa vſucapionem.*
20 *Ius ciuile in vſucapione à canonico coanguſtatum.*
21 *Remedium præſcriptionis an ſit odioſum.*
22 *Diſtinctio Accurtij à Gratiano relata, & quomodo ab Authore confirmetur.*
23 *Opinio Miſingerij refertur.*
24 *Opinio Gratiani ad impulſiuam non finalem cauſam refertur.*
25 *Statutum permittens Bannitos odio occidi non valet.*
26 *Opinio Authoris circa vſucapionem.*
27 *Nulla præſcriptio ratione finis odioſa, niſi deficiat in circumſtantijs.*
28 *Vſucapio publico bono & æquitati nititur.*
29 *Ex comuni vtilitate ius naturæ cum ciuili conciliatur.*
30 *Præſcriptionem reijcere uiam litibus aperit.*
31 *In vſucapione bonum publicum ſpectatur, poſt priuatum.*
32 *Ob opportunitatem loci, vel temporis plura inducuntur; licèt ratio naturæ vbique iuſta imperet.*
33 *Domini vtilis ficta ſpecies ſenis inducta.*
34 *Opportunitas à quibus ſumatur circunſtantijs.*
35 *Legum mutationes, abrogationes, repugnantiæ vnde oriantur.*
36 *Vna eſt officina boni & æqui.*

37 *Quod-*

37 *Quoddam malum eſt quia malum; quoddam quia prohibitum.*
38 *Leges humanæ tanquam regulæ hominibus conſtituuntur.*
39 *Legibus ſcriptis humana conſuletur fragilitati.*
41 *Ius honorarium vti iuris ciuilis viua vox; ita naturalis ius poſitiuum eſt expreſſio.*
42 *Cur lex dicatur Prudentum virorum conſultum.*

QVAMQVAM ſatis ex præcedentibus conſtare videatur legem ſolam naturalem eſſe ue re legem, mihi tamen hoc in libro de lege ciuili tractaturo in ipſo veſtibulo res ipſa dubitationem affert, ac ſuſpicari cogit ne ex toto firma, ſolidaq; ſint quæ de lege naturali, eiuſque perfectione tradita ſunt; neq; .n. fieri poteſt quin ſe ſe prima fronte obijciant populorum inſtituta, vel tanquam ſuperua
1 canea, vel naturę legi aliquid addentia. † Quod ſi rei perfectę ad
2 di non poteſt. l. 4. c. de donat. quę ſub mo. † addere legi natura li, & aſſeuerare eam vndequaq; perfectam non modicã videtur repugnantiam continere. Quod ſi natura nihil fruſtra eſſe pa-
3 titur, vt per Ariſto. 1. de cœlo text. 32. & alibi ſępe † hæc noſtra iuris ars, quę naturam imitatur. §. minorem. inſt. de adopt. fruſtra iuris ciuilis eſſet ars, ſi ius ipſum ciuile fruſtra poſitũ eſſet; Aut ſi fruſtra nõ eſt poſitum accuſabimus forte naturam ipſam, quę cùm cæteris omnibus vel minimis etiam in rebus deficere nulla ex parte ſoleat hac ipſa in re defecerit quę cęteris potior eſſet? Atqui difficultatem hanc doctiſsime quidem, & ornatiſsime explicat Albert. de lege Iure, & ęqui. c. 7. Tres autem rationes adducit quibus oſtendit fuiſſe amplius leges ciuiles inſtituendas, earum pręcipua tertia mihi videtur, vt cùm irrepſerit regnandi libido, ac deprauati ob id fuerint hominũ mores, furta, cędes, rapinę & his ſimilia (fruſtra reclamãte lege naturæ) cõmitti cępe-
4 rũt † ipſa hominũ improbitas legũ condẽdarũ occaſionẽ præbuiſſe, aut potius neceſsitatẽ attuliſſe videtur; id ꝙ nobis Iſidor. 4. diſt. c. 1. apte teſtatũ relinqt his verbis. *Factæ ſũt autẽ leges, vt earũ metu humana coerceãtur audacia, tutaq; ſit inter improbos innocẽtia, et in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenet audacia et no*
5 *cẽdi facultas.* eaq; ratione vel maximè † pręcipuus legũ huma-

narum effectus eſt homines non ſolùm metu pœnarum, ſed etiã
6 premiorũ exhortatione, bonos efficere.l.1.ff.de iuſt. & iur. † q̃
ad eorumdem improbitatem, & malitiam corripiendã,& coer-
7 cendam introductę ſint † Igitur quantum intereſt & malis ho-
minibus purgare ciuitates. l. congruit.ff. de off. pręſ. & ne deli-
cta remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad.l. aqui. tantùm
humanas leges condere videtur fuiſſe ſalutare. Quare quęri po
teſt ſi vel populus aliquis ſecundum legem naturalem prorſus
viueret,& nulla in parte ab illa ſimplicitate,rectaq; ratione re-
cederet an legitimum ius neceſſarium foret. Quòd ſi ſuperior
ratio legum introducendarum ſola fuiſſet,aliquam haberet dubi
tationem, ſed ex ſequentibus rationibus apertè definitur: ſecun
8 da enim ratio fuiſſe videtur,† quod licet omnes teneremur age
re quod naturaliter iuſtum eſſet,& ipſum iuſtum naturale eſſet
apud omnes idem, & à ſe ipſo non differret, tamen vt Ariſt. 5.
Ethy.c.7. docet ſicut granum & vinum menſuras quaſdam ha
bent,quę non ſunt apud omnes eędem, & ſępe vini & frumenti
9 maiores ſunt vbi emitur,minores vbi vẽditur,vel è contra, † ita
& in legibus accidit, vt Patrię, vt Parentibus pareamus eſt à lege
naturę.l. veluti. ff. de iuſt. & iur. at quouſque hoc pręcepto Pa-
tri teneamur non ſatis à natura eſt definitum, ſed ex Iuris ciui-
lis dignoſcitur menſura,quę varia ſæpe fuit; aliquando ius vitę
neciſq; tribuit.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth. nunc vero ius venden
10 di certo in calamitatis caſu.l.2.c.de patri.quilib.diſtr. † aduer-
ſus vim, & iniuriã ſe defendere naturaliter eſt iuſtũ.l. vt vim
ff. de iuſt. & iur. Quis autem diffiniet an quod aliquid fecerit
ſic totum ad defenſionem fecerit,vt moderamen inculpatę tute
11 lę non exceſſerit. † an ipſe in propria cauſa iudex erit, neque
fas eſſe videtur. l. 1.ff.quo leg. &.C.ne quis in ſua ca. iud. an ad
uerſarius & eadem repellitur ratione. Tertius forte? ſed cùm
iſte etiam oderit vel amet, tùm voluptas & dolor ipſius iudicia
obumbret, vt ait Ariſt.1.Reth.c.1.debuit ſolùm ab optimo le-
giſlatore id ipſum quantum potuit certa lege deffiniri, veluti
12 † ſi ſit aggreſſus non aggreſſor pręſumet ipſum ad defenſionem
feciſſe.l. 2. vbi not. Bal. c.ad.l. Corn. de ſic.maxime ſi aggreſſor
cum armis fuerit aggreſſus Alex. conſ.76. nu. 4. & conſ. 109.
nu.2. vol.1.& videtur diffinire.l.ſed & ſi quicũq; vbi not. Bar.

ff.ad

ff. ad.l.aq.conſiderandum eſt etiam ſi potuit fugere ſi tenebatur iuxt. not.in.d.l.vt vim. Quamquã receptius eſt, vt non aufugiſſe etiam ſi poſſet, culpę non adſcriberetur. Ias.in.d.l.vt vim, nu.38 Alex.d.conſ.109.nu 4. Corn.conſ.162.nu. 7.vol.1. Clar.in.§.
13 Homicidium vero, atq; adeò, † tùm verò quod licèt pro defenſione corporis an licere deberet pro defenſione rerum noſtrarũ ſola ciuili debuit lege diffiniri.l.1.c.vnd.iu. At quæ poteſt re-
14 rum prędictarum menſura conſtitui nulla ciuili lege lata? † Eſto etiam legitimam filiorum eſſe à lege naturę, quis tamen debuit ipſius conſtituere quantitatem? & cùm uel ipſa naturalis quoq; ratio filium ingratum à legitima repellat, an pater pro arbitrio ſuo cauſſas ingratitudinis exiſtimare debuit an lex ipſa meti-
15 ri? † Summa igitur uariatio eſt in iſta iuſti menſura, licèt iuſtũ ipſum ceu triticum quoquomodo metiaris ſemper idem eſſe cõ
16 cedamus. Tertia Alberti ratio ea eſt † quod quędam inter ipſa naturalia præcepta diſſenſio interdum appareat, vti in depoſito reſtituendo Triphon. exponit in.l. bona fides. ff. depo. ſed
17 in vſucapione conſpicua magis diſſenſio eſt. † lex naturę poſtulat neminem fieri locupletem cùm aliena iactura.l. nam hoc natura.ff.de cond. ind. quæ regula ſemper obligat bonę fidei poſſeſſorem domino pętente ad reſtituendum; ob id tamen euenit vt dominia plerumq; eſſent in incerto, vt non eſſet aliquis li-
18 tium finis † lex etiam naturę illa eſt. Salus Populi ſuprema lex eſto: Quis duobus ijs capitibus adductis ſtatuere debet in hac re quod potius eſſet? & ubi receperis bonum publicum priuato anteferendum, quomodo aliquem dominium rei ſuę amittere
19 introduces? quanti temporis negligentia? † In hac ipſa plurimum variatum eſt apud ipſos legumlatores: primum enim anno ubiq; uno res mobilis, & immobilis biennio in ſolo Italico dun taxat uſucapi cępit Inſt. de uſuc.in prin. mox uſus docuit domi nos citius quàm iuſtum eſſet, dominia rerum ſuarum amittere, ipſumq; uſucapionis beneficium non niſi quadam cum iniquitate ad ſolum Italicum reſtringi, ac utrumq; ab ipſo Iuſtiniano eſt emendatum.l.1.c.de uſuc. transf. Quia uerò nihil eſt quod tam facile ad iniuſtitiam declinare ualeat quàm pręſcriptionis re
20 medium, † uarijs modis primum à Iure ciuili, poſtea à Iure Canonum coanguſtatum eſt à Iure ciuili ut ſi res affecta uitio reali

furti

furti vel rapinę poſsideatur. §.furtiuæ inſt.de vſuc. ſi res ipſa vſu
capi non queat, quia nõſit in commercio, vt res ſacra vel reli-
gioſa.§.ſed aliquando inſt. eod. ſi ab initio malam habuerit fidē
poſſeſſor Inſt.de vſuc.in princ.l.ſi ex aliena.ff.eod.l.2.c. de præ-
ſcr.lon.temp.ſi ex falſa cauſa poſsideat.l.celſus.ff.eod.ſed quod
à Iure ciuili contra naturalē rationē inducebatur, ne mala fides
ſuperueniēs noceret vſucapioni ſemel inceptę à iure Canonū iu
ſtiſsime emendatū eſt, vt ſperiori libro expoſui, vt in. c. poſſeſ-
21 ſor de reg.iur. in.6.in c. vigilanti. de pręſcr. † Hinc diffiniri po-
teſt quod à noſtris aliquando tractatum eſt, an odioſum exiſti-
22 mandum ſit pręſcriptionis remedium † & Gratianus in.c. pla-
cuit. § præſcriptionum.16.q.3. Gloſſatorum diſtinctionem vi-
detur ſecutus quod pręſcriptiones quædam introductę ſint fauo-
re poſsidentis, quędam odio non petentis tantū, quædā vtriuſq;
cauſſam, ac ita fauorem & odium contineant: Quod mihi vide-
tur veriſsimum, & confirmari ex l. vlt. c. de ann. excep. & ita
planè ſentit gl. in l. vlt. ver. ex vtroq; .c. de edict. D. Hadr. toll.
vbi ſequitur Bart. in prin. Saly. n.24. Iaſ. nu.1. tùm gl. in ver. per
23 triennium inſt. de vſuc. † At ibi Myſing. in rub. nu. 15. cenſet
omnem pręſciptionem ratione finis fauorabilē eſſe quod om-
nis in bonum publicum dirigatur, vt ſit aliquis litium finis, & na
turalis quidem ratio eodem argumento quo bella lites abhorret
& qua parte pręſcriptio conſentit cum naturali ratione, & publi-
24 cam continet vtilitatem, odioſa exiſtimanda non eſt: † Quod
itaq; Gratianus ait ad cauſſam impulſiuam pertinet, non finalē
25 † nam qua ratione non valeret ſtatutum principaliter odij cau
ſa, non publicę ſalutis gratia introductum, ſi permitteret Banni-
tos occidi, vt per Fely. in. c. quę in eccleſiarum: nu. 12. de conſti-
tut. ita in odium principaliter inducta præſcriptio non valeret:
26 ius .n. vtilitate coſiſtit. l. ius pluribus. ff. de iuſt. & iur. † ideòq;
conſtantiſsimè teneo, ſi non inde publica quies conſurgeret quò
lites reſecarentur, non tantum poſſe negligentiam non petentis,
27 vt à Iure ſuo eum cadere legiſlatores vellent: † Nulla ergo prę
ſcriptio, ſi tàmen legitime proceſſerit, odioſa eſt, ſi eam ſpectes.
At ſi deficiat in circumſtantijs, tùm verò in bona fide quę om-
niū precipua eſt etiam de rigore iuris reijci poterit Alc. in rub.
extr. de pręſcr. Meno. de arb. Iud. q.49. n.10. non ergo indiſtin-

cte

ctæ accipiendum eſt quod paſsim circumfertur prǽſcriptionem odioſum & iniquum eſſe prǽſidium; cùm enim vndiq; circum-
28 ſtantijs legitimis vallatum eſt, † totum in publico bono ac ideò inęquitate fundatur.l. 1.ff.de vſuc. at cùm aliqua ex parte vacillat, non eſt adiuuandum vt ſuſtineatur. Interprętatione itaque non eſt adiuuandum quo cadens releuetur, nam ab ea parte ſolùm cadere poteſt à qua non defenditur per æquitatem: at vbi rectum per ſe conſtat adiuuandum eſt etiam ne intercidat. Qua
29 in re † vt iuris naturalis diſſenſionem cóciliemus, communem
30 reſpiciamus vtilitatem iuxt. Caſtr. in.l. iuſto.ff.de vſucap. † cùm enim reijcere prǽſcriptionem viam litibus aperiat ab intentione iuris deuiandum non eſt, ſed publica vtilitas cum priuatorum damno compenſanda, tandiu reijci poterit, quandiu reiecta faciliorem litibus non prębeat aditum; vt quia multi illo exem
31 plo beneficium ammitterent præſcriptionis † ſemper igitur in hac re primùm publicæ vtilitatis, pòſt verò priuati commodi ratio videtur habenda. Sed hæc omnia vt ad inſtitutum redeamus menſurę optimi legumlatoris ſubijcienda ſunt. Quarta nec negligenda quidem ratio prȩter Albertum ab opportunitate ſu
32 mi poteſt: † quędam enim ſunt quæ non ſunt vſui futura apud omnes, ſed quibuſdam locis opportuna cuiuſmodi lex Rhodia de Iactu, leges de nautico fœnore: nam ipſa naturalis ratio etiã ſi vbiq; iuſta imperet, ab iniuſtis auocet, quędam tamen ob op-
33 portunitatem introducit Romæ quędam Athenis †. Adeſt Senis quędam vtilis dominij conficta ſpecies, quę vix habet in toto pene iure cui comparetur, nec alibi practicatur ius hoc vtilis dominij, licèt ſimile credatur ẽphiteuſi quod minorẽ cũ eo cõtractu, quã cũ cęteris diſsimilitudinẽ retineat; ideoq; rectè Innoc. in.c.ad rẽ.de cõſang.& affin.reſcripſit. *Non debet reprehẽſibile iudicari, ſi ſecundũ varietatẽ tẽporũ ſtatuta quandoq; variẽtur humana præſertim; cũ vrgens neceſſitas vel vtilitas id expoſcit; quoniã ipſe Deus ex ijs quæ in veteri teſtamẽto ſtatuerat, nonnulla mu-*
34 *tauit in nouo.* ſumitur † namq; opportunitatis ratio ex cęli, aeriſq; temperamento, ex ſitu, ex moribus, ex tempore. At quis eſſe poteſt qui has expendere circũſtãtias queat? & ijſdẽ acco-
35 modatas ferre leges niſi optimus, prudẽſq; legiſlator? † hinc tã multæ, & frequentes legum abrogationes, derogationes, & earũ-

dem

dem inter ſe plures repugnantię & diſſenſiones, quod non alia accidit ratione, quàm quia idem non ſit vbique & omni tempo-
36 re opportunum. † Vna verò eſt officina boni & ęqui, quę habita ratione loci, temporis, cauſarum, perſonarum ſancit, mutat, innouat, derogat, abrogat, totamq; iuris materiam tractat, & applicat. Quinćta accedit ratio, cùm quędam prohiberi
37 par eſſet, vt lex mala prohibita indicaret; † cùm .n. quoddam ſit malum quia malum, quoddam, quia prohibitum vt malum, lex prohibens indicat malum, quia prohibitum iuxt. illud Pauli ad Roma. c. 5. ep. 1. *Peccatū autem non imputabatur, cùm lex non eſſet, & c. 7. ſed peccatum non cognoui niſi per legem, nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret non concupiſces*. meminit autem de concupiſcentia, tanquam de generali, vnde cętera mala oriantur, ideoq; recte infertur in. c. nam ad concupiſcentiam. de conſtit. bonam eſſe legem, quæ omnia mala prohibeat. Tandem cùm ad errandum faciles ſimus, & obliqua ſæpe ducamur via, internæque legis virtus ſenſuum ſuperetur, illecebris & infirma reddatur, tùm quid in nonnullis faciendum, aut quid fu-
38 giendum foret, ignoraremus. † leges humanę conſtituendę fuerunt tanquam omnibus expoſitę regulę, quę omnes etiam recta via ducere poſſent. Hinc Dauid. pſal. 9. Conſtitue (inquit) Domine legiſlatorem ſuper eos, vt ſciant Gentes quoniam ho-
39 mines ſunt: † ſic etenim legibus ſcriptis humanę fragilitati fuit
40 conſulendum. Ex ijs itaq; compertum eſſe poteſt † nō legis naturalis, ſed noſtram imperfectionem legibus humanis cauſſam dediſſe; ſic aliquando Calphurnia improbiſsima fœmina inuerecundè poſtulans, & Magiſtratum inquietās cauſſam edicto dedit, ne fœminę pro alijs poſtularent. l. 1 §. origo. ff. de poſtul. eſt
41 lex naturę perfectiſsima, ſed † ſicut ius honorariū iuris ciuilis viua vox exiſtimatur. l. nam & ipſum. ff. de iuſt. & iur. ſic ius omne poſitiuum iuris naturalis quędā eſt promulgatio, & expreſſio eius ꝙ ratio naturalis expoſcit, quę quoniā (vt ait Tullius)
42 perfecta eſt in mente Sapientis, † ideò lex debet eſſe prudentū virorum conſultum. l. 1. hoc tit. non autē arbitrio cuiuſq; ferri. Viri autē prudētes omnia prorecta ratione, ac ideo ex naturę lege decernūt. Quare ex hoc vel maximè oſtenditur eam abſolutiſsimam eſſe quod cęteræ ab ea omnes proficiſcantur.

Qua

Qua ratione ius omne naturale & poſitiuum dici poſsit ius ciuile, tùm quid ſit lex ciuilis ſecundùm hanc ſignificationem diligenter inquiritur. Cap. II.

1 *Diuiſio Vlpiani reprobatur.*
2 *Ius naturale quid ſit.*
3 *Diuiditur ius ex ſententia Paulli.*
4 *Quod Ariſtoteles legitimum, Paullus ciuile ius vocat.*
5 *Declaratur Ariſt. lib. 7. c. 5. Ethy.*
6 *Idem præſtat latinis ciuile, quod Græcis politicum ius.*
7 *Declaratur l. omnes. ff. de iuſt. & iur.*
8 *Vlpiani definitio ad ius ciuile refertur, & declaratur.*
9 *Papiniani definitio aff. rtur & examinatur.*
10 *Demoſthenis definitio ad legem affertur.*
11 *Ficini definitio ad legem oratoria eſt.*
12 *Frnciſci Piccolominei definitio recenſetur & declaratur.*
13 *In ordinatorum nulla diſpoſitio.*
14 *Natura quid ſit ex Ariſtotele.*
15 *Lex in omnibus ordinem ſtatuit.*
16 *Iudicia, teſtamenta, aliaq; iuris ſpecies ſuum ordinem ſeruandum habent, quo omiſſo nullius ſunt effectus.*
17 *In ijs quæ ad formam & ordinem Iuris pertinent, nec ætas, ne ruſticitas attenditur.*
18 *Ordo in quibus non ſeruetur, narratur.*
19 *Ordo neceſſitatis & inſtructionis ex Baldo.*
20 *Ordinis quæ ſpecies actum vitiet, & quæ ſeruetur.*
21 *Statutum omnes remouens exceptiones, eam, quæ ex defectu citationis prouenit, remouere non intelligitur.*
22 *Citatio ad ordinem neceſſitatis, non inſtructionis, refertur.*
23 *Nihil ordine vacat, vt in optimum finem dirigatur.*
24 *Ordo gubernandi rationem includit.*
25 *Iuriſprudentiæ finis eſt optima Reipublicæ gubernatio.*

26 *Omnes leges vti legis, ita ordinis nomen vſurpant.*

27 *Ratio gubernandi multiplex, tùm ciuiles gubernationes quot ſint ex Platone.*

28 *Popularis gubernatio duplex.*

29 *Lex optimam gubernandi rationem includens non refertur ſolùm ad gubernationem à Platone relatam.*

30 *Lex ex Ariſtotele eſt mens ſine appetitu.*

31 *Platonis Epiſtola ad Perdicam recenſetur.*

32 *Lex à prudentia prodiens à prudentibus, non à iuris peritis ferri debet.*

33 *Prudentia refertur ad legislatorem, peritia ad eius interpretationem.*

34 *Periti priuatis dant conſilium, Prudentes Reipublicæ vniuerſæ.*

35 *Prudentiam quomodo Author accipiat.*

36 *Cur Ariſtoteles ſpecialiter de prudentia non tractauerit.*

37 *Prudentia rerum agendarum Regula, humanæ vitæ lex.*

38 *Lex à prudentia prodiens per media congruentia in optimum dirigit finem.*

39 *Ius omne hominum cauſſa conſtitutum eſt.*

40 *Finis legis ex Tullio.*

41 *Serui, cùm ciuiliter mortui dicantur, an eximantur à proprio legis ſubiecto quæritur.*

42 *Non eximi Author oſtendit.*

43 *Princeps an legi ſubiectus ſit, ac ab ea dirigatur, quæritur.*

44 *Dirigi eum oſtendit Author.*

45 *Varia legis inſtrumenta ex negociorum varietate innumera.*

46 *Lex omnis in diſtributione verſans, vel commutatione ſemper medio vtitur congruo.*

47 *Omne agens agit propter finem.*

48 *Finis legis in rebus agilibus eſt publicum bonum.*

49 *Pœna vtitur lex: vt à malo malos auertat, præmio, vt bonos ad bonum inflammet.*

50 *Optima gubernandi ratio quæ conuentiones tuetur Magiſtratus decernit qui ius reddant.*

51 *Gubernandi ratio publicum & priuatum ſpectat.*

EX ijs quę hactenus explicata ſunt ſatis compertum eſſe vi-
1 detur Vlpiani ſententia de iure naturali reprobata, † etiã
tripartitam illam iuris diuiſionem, quam idem affert, corruere,
etiamſi eam ſequitur Iuſtinianus vt aliud naturale ſit, aliud gen-
2 tium, aliud ciuile. & ſi retineamus † non aliud eſſe ius natura-
lę, quàm illam diuini luminis comunicationem, quę ſolis com
petit hominibus, conſtituendum erit etiam non aliam magis cõ-
3 modam iuris diuiſionem fieri poſſe † quàm ex ſententia Paulli
in. l. ius pluribus. ff. de iuſt. & iur. & Ariſt. v. Ethy. c. 7. vt ius
4 omne ſit aut naturale, aut legitimum. † Tantum verò Ariſtote-
li pręſtat legitimum, quantum Paullo ciuile, & pleriſq; poſiti-
uum. Quintil. etiam re nobiſcum conuenit, licèt nomine videa-
tur differre: is lib. 7. c. 5. ait. *Iuſtum omne continetur natura,*
vel conſtitutione. Conſtitutionem verò ponit in lege, more, iu-
dicato, pacto. Sed quia Ariſt. dicto loco ait. Ciuile autem ius
aliud naturale eſt, aliud legitimũ refragari videtur, quatenus di-
cimus ciuile idem eſſe quod legitimum quoniam ille, vt genus à
ſpecie, videtur diſtinguere. Quomodo ergo docemus, Paullum
& Ariſtotelem idem ſentire, ſi uis ciuile alter vt genus, alter, vt
5 ſpeciem vſurpat. † Sed vt opinor ciuile ius Ariſtoteles politi-
cum appellat, quod tam naturale, quàm ciuile comprehendit;
nam politicum & ciuile idem præſtant quod ex Cicerone lib. 3.
de Nat. Deo; conſtat dum ait. *Cùm ſic hominis natura generata*
ſit, ut habeat quiddam innatum, quaſi ciuile ac populare quod Grę-
6 *ci politicon vocant.* † Tantum itaq; præſtat Latinis ciuile quan-
tum Gręcis politicum. Quare ius politicum ex naturali, & legi-
timo ęque conſtat, ac ea omnia complectitur, quæ in ciuitate
ſeruantur ſiue hominibus natura inſita ſint, ſiue ab omnibus fe-
rè Gentibus, ſiue à ſolis eius ciuitatis ciuibus conſtituta ſint.
Ita vt ius ciuile Ariſtoteli illud ſit, quod ab Vlpiano in. l. 1. §. hu-
ius ſtudij. ff. de iuſt. & iur. & à Iuſtiniano Inſt. eod. §. vlt. diui-
ditur in publicum, & priuatum intelligentes illud eſſe priuatum
7 quod conſtat ex pręceptis naturalibus gentiũ, & ciuilibus † Ita
Caius in. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. dicens. *Omnes populi*
qui legibus, & moribus reguntur partim ſuo proprio, partim com-
muni omnium hominum iure utuntur. Ius hoc politicum com-
plexus eſſe videtur, quod ex proprio, & communi iure reſultat,

ac ita prorſus de lege ſentiendum eſt. Non igitur de definitio-
ne legis ita tractandum eſt, vt legem ciuilem à naturali diſtinctã
diffiniamus, ſed vt legem politicam, quę vtramq; comprehẽdit,
explicemus; quia hęc nobis ad eam dignoſcẽdam magis poterit
inſeruire quàm è contra, & prima quidem fronte ad hanc variæ
8 pertinere videntur diffinitiones. † Primùm itaq; Vlp. in . l. ius
ciuile .ff. de iuſt. & iur. ius hoc politicum diffiniſſe ita videtur.
Ius ciuile eſt quod neq; in totum à naturali, vel gentium recedit,
neq; per omnia ei ſeruit. Politicum enim ius ipſum uidetur ita
ſe habere, cùm conſtat ex naturali & legitimo iure. Sed verius
eſt Vlpianum diffinire Ius ciuile à naturali & gentium iure di-
ſtinctum iuxta propoſitum à ſe ipſo diuiſionem, qua ratione nõ
poteſt ius ciuile idem eſſe quod politicum; hoc enim vtrunque
ius comprehendit, & ex vtroq; conſtat, illud ab altero diſtingui
9 tur. † Secundò Papin. in. l. 1. hoc tit. ita definit. *Lex eſt com-*
mune præceptum, Virorum prudentum conſultum, delictorum,
quæ ſponte uel ignorantia contrahuntur, coercitio, communis Rei
publicæ ſponſio. Sed (vt ipſe opinor) etiam Papin. diffinit le-
gem ciuilem à naturali diſtinctam, cum verba illa legi; ciuiliter
rogatę conuenire queant, non autem naturaliter inſitę, cùm ta
10 men politica conſtet ex vtraq; † Demoſthenis autem & Chry
ſippi diffinitiones à Martiano relatę in. l. 2. oratorię nimis ſunt.
Quare, cùm legis huius diffinitionẽ non ſine vitio omiſerit Tri-
11 bonianus, ad alios recurrendum eſt pręter ipſos Iuriſconſultos.
Tertiò igitur loco Marſilius Ficinus in argumento in Minoem
ex mente Platonis ita definit. *Lex eſt uera gubernandi ratio,*
quæ ad finem optimum per commoda media gubernata dirigit tranſ
gredienti pœnam, obedienti præmium ſtatuens. Hinc legem po-
12 liticam videtur diffinire, quã nec improbare quidẽ audeo, † Sed
quia Franciſcus Piccolomineus Gradu. x. c. 23. de moribus vir
quidem familię nobilitate, ſed longe magis proprię virtutis glo-
ria illuſtris paullo ab hac Ficini diſtantem, pleniorem tamen, ac
per omne genus cauſę abſolutam attulit diffinitionem, ego qui
tanti viri eruditionem, ac ſapientiam admirari ſolitus ſum, ip-
ſius diffinitionem quam ſequor, referre ſimul ac explicare pro-
poſui. *Ille ita diffinit. lex eſt ordo rectam gubernandi rationem*
includens à prudentia prodiens ſubiecta legi per congruentia m e-

dia

dia in finem optimum dirigens pœnam tranſgredientibus, obtempe rantibus præmium decernens. Ordinē eſſe inde fit apertū quod ab vno ducitur principio, ac in vnum tendit finē. Ab vno prin cipio, ea deriuatione quam libro primo expoſui, vt ex ordine diuinę mentis lex ęternę prouidentiæ, inde naturę lex, ab ea vero lex iſta ciuilis deriuatur, quę niſi huic ordini conſentiret, ſed reclamaret ab eo, neq; lex eſſet. Rectè ideò dixit Iuſtinianus. C. de vet. iur. enucl. conſt. 1. in prin. *legē eam eſſe, quæ res huma nas, & diuinas bene diſponit*; eadem ex ſententia Neratij in. l.
13 2. inf. eod. regula eſt iuſtorum & iniuſtorum, † atque inordinatorum nulla diſpoſitio, regula item nulla. ſed vel ex eo maxi me dignoſcitur quod lex naturam imitatur. §. minorem. inſt. de
14 adopt. † at ipſam naturam Ariſt. 8. Phyſic. dixit eſſe cauſſam or dinis, & nihil inordinatum eſſe eorum, quæ natura vel ſecundùm naturam fiunt: Platò formam ſcientiarum, & artium; Anaxago ras munus diuinę mentis ordinem eſſe dicebat, & vniuerſi forma nihil magis quàm ordo eſſe creditur, vt refert præfatus Piccol. in Introd. c. 14. & 16. Deinde cùm de ratione ordinis ſit, vt cadat inter duo quorum alterum prius, alterum verò poſterius habeatur, iam hęc ipſa lex tanquam ordo quidam à prudentia pro
15 dit, & in finem optimum dirigit. † Hinc eſt, vt lex in omnibus ordinem ſtatuat, quia velut ordo nihil inordinatū ſancire queat.
16 Hac igitur ratione iubet † omnia eſſe ordinata. Ita fit, vt iudicia ſuum habeant ordinē qui ſeruandus ſit clem. 2. & ibi not. Card. de iud. eoq; non ſeruato ſententia authoritatem rei iudicatę obtinere nequit. l. prolatam. c. de ſent. ſic iſtrumentum eſſe decernitur quod ſit contra formam & ordinem reſcripti. c. cùm dilecta. in fin. de reſcr. Teſtamentis etiam ſuus ordo pręſcriptus eſt. Inſt. de teſt. ord. in princ eoq; omiſſo nulla ſunt ipſo iure. l. ſi vnus. c. eod. l. 3. ff. eod. conſpicuū eſt etiam in tutelis, in vſufructu, in acquiſitionibus omnibus vt certis modis introducantur, certis etiam finiantur. Inſt. de tut. & quib. mo. tut. fin. Huc maxime pertinet. l. nihil tā naturale. ff. de reg. iur. In ijs autē & ſimilibus iuris ordo adeo enixe pręſcribitur, vt eleganter dicat Bal. in l iuris ignorantia nu. 6. c. qui adm. iuſt. argumento impe ritiæ ab eius inobſeruantia non excuſari, vbi generaliter inquit
17 † in ijs quę pertinent ad formam, & ordinē iuris nec ſexū, nec ruſti-

ruſticitatem,nec etiam ætatem attendi. Ad idem facit. §. pupil
lis.& ibi gl.auth. de hęr.& fal. Verum his quàmplura ex iure no
18 ſtro obijci poſſe videntur, † in quibus omittitur, ac negligitur
ordo. Primum itaque in cauſſis fiſcalibus non ſeruatur ordo cũ
creditum Fiſci liquidum eſt ſed executiue proceditur Bal.in.l.
2. nu.2.C.quand. fiſc.vel pri. tùm in probatione famę, & præ-
paratorijs iudiciorum ordine omiſſo ſummatim procedi ſcripſit
Cardi. in Clem.1.n.21.de off. iud. ord. ita in notorijs non eſt
ordo ſeruandus.Fely.in.c.licèt Heli.ver.tertio not.de ſimon.&
generaliter ſcripſit idem Card. in Clem.2. in prin. de iud. ni-
miam ordinis obſeruantiam lites parere quarũ finem leges ſum-
mopere deſiderant.l.1.ff.de vſuc.l.1.ff. de re. iudi., ſed hęc vel
19 ſimilia diluuntur † diſtinguendo inter ordinem neceſsitatis, &
ordinem inſtructionis, vt diſtinguit Bald. ex ſententia Oldradi
20 in.l.ſi duos.ff.de exc.tut. † & prioris tam omiſsio quàm prępo-
ſteratio vitiant actum ut Oldr.& Bal.probant,& ſequitur Rom.
conſ.402.n.2.quorum ſententiam nec ipſe reprobo, ſed forſan
ad rem noſtram commodius, ac etiam uerius poterimus diffini
re ordinem abſolute numquam remitti, ſed ordinem particula-
rem. Nec uerò par eſt in cauſſis ſummarijs,& executiuis eundẽ
ſeruari ordinem qui in ordinarijs ſeruaretur. Numquam abſo-
lute omittitur ordo, aut quid inordinatum eſſe permittendum
eſt, ſed commutatur,quia non omnia commodè uno particula-
ri ordine regerentur uti,nec ulla etiam conſiſterent ſine ordine:
Hinc eſt aliam eſſe teſtamentorum,aliam codicillorum ordina-
tionem.l.ſi idem. C.de codi.l.non codicillum.C.de teſta.nullũ
tamen eorum inordinatum eſt; ſic alius ſeruatur ordo in prępa-
ratorijs iudiciorum, alius in iudicijs ipſis,alius in cauſſis Fiſca-
libus,alius in cauſſis priuatorum; nihil tamen ſine ordine pror-
ſus eſſe debet. Ex quo inferri poteſt quantumcunq; executi-
ue procedatur in cauſſis Fiſcalibus ſemper tamen partem eſſe ci-
tandam, ac ea citata quantum uelis ſummatim de iure Fiſci co-
gnoſcendum; non tamen debet in exigendis creditis fiſci ſiue
ex contractu, ſiue ex delicto initium ſummi à captura; quia ita
ordo neceſsitatis omittitur, & neſcio an magis inique quàm nul-
liter procedatur: ſic enim uidetur denegari defenſio,quod fieri
nequit ut not. in clemen. paſtoralis. §. cæterum de cau. poſ. &
propr.

21 propr.c. Deus omnipotens.2.q.1. † & ideò receptum eſt ſtatu tum quod omnes remouet exceptiones nunquam intelligi remouete exceptionem prouenientem ex defectu citationis Cald. conſ.8. tit.de re iud.in fin. refert & ſequitur Fely.in.c.ex parte. el.2.n.u.10.de off.del.quia iſte defectus nec à Principe nec à ſtatuto ſuppleri poteſt,ut poſt plures concludit. Vant.tit.de nullit.
22 ex def.cit.nu.8.& ſecundùm Oldradi diſtinctionem † citatio ad ordinem neceſsitatis non inſtructionis eſt referenda, ſed bene poterit decernere Princeps unam ſolam ſufficere citationem cũ comminatione capturę: quod eo non decernente alium non poterunt ordinẽ ſeruare iudices in cauſſis fiſcalibus, quàm in cę-
23 teris executiuis † Nihil ergo (ut ad inſtitutum reuertar) eſſe debet,quod prorſus ordine uacet, quia neq; lex eſſet, ordinis uerò eſt uniuerſa colligare; nulla autem lex eſt, nulla conſtitutio, quæ in ſuum directa finem non ſit, & quatenus omnes iuris noſtri partes uel in id unum conſpirant ſecundùm hanc diffini-
24 tionem, ut in optimũ finem dirigant, ordine pollent. † Includit autem hic ordo optimam gubernandi rationem, quo argumento Iuſtinianus iuuenes hortatur in.§.ult. Inſt.in proœm. ut ſumma ope,& alacri ſtudio eius leges accipiant,ut eoſdem ſpes pulcherrima foueat toto legitimo opere perfecto poſſe etiam
25 Rempublicam in partibus ijſdem credendis gubernari. † Verus enim totius iuris prudentię finis,ac ſcopus eſt optima Reipublicęgubernatio; & ut in cæteris ita ſe habet, ut lex Agricolarũ optimam agri colendi rationem; lex militaris ſimilem militan-
26 di rationem, lex uenationis, aucupij, piſcationis † (leges deniq; omnes ut legis ita ordinis nomen uſurpat) eiuſq; rei gerendę rationem includunt, cuius leges exiſtimantur, ſic lex ciuilis in uniuerſum circa gubernandi rationem, & in adminiſtratione rerũ, quatenus ad ciuitatem pertinent, uelut in proprio ſubiecto
27 uerſatur. Ratio autem gubernandi multiplex eſt † licet ut Plato.3. de leg. cenſuit ex duplici capite omnis proficiſcatur, quorũ alterum reſpicit principatum, alterum libertatem tuetur, & hinc reliquę formę omnes & ſi variæ promanant. Idem Plato in eo dialogo, quem de Regno inſcripſit tres aſſeruit ciuiles eſſe gubernationes vnius, paucorum, & multorum, ſingulas verò in duas ita diuiſit. Vnius gubernationem in Regnum, & Tyrannidem

rannidem diſtribuit; paucorum autem dominationem in vnam
quę laudãda eſt, videlicet optimatum,& alterã,quæ damnanda,
28 nẽpè in paucorũ potentiã. † Itẽ & popularẽ gubernationẽ dupli
cem eſſe dixit eorum quis leges ſeruant, item eorum qui legibus
minimè parent. conficit ex tribus prioribus ſeptimam quandam
quam ab alijs gubernationibus; quaſi rem diuinã ab humanis ſe-
cernere licèt: aſſumit enim cuiuſq; quod optimum eſt. quid verò
29 rude & imperfectum eſt derelinquit. † An ergo lex quę opti-
mam gubernandi rationem includit, ad hanc, quam Plato ex cę-
teris conficit, duntaxat pertinebit? minimè quidem. ſed omni
gubernationi præerit quæ ſui tranſgreſsione damnanda non ſit,
& in vnaquaq; ſpecie d.ligit quod eſt optimum non per ſe qui-
dem, ſed tanquam ipſi gubernationi reſpondens. Si de vnius
regimine tractat, eum regem non tyrannũ conſtituit; ſi de pau-
corum eos optimates deſiderat & virtute non ui vtentes. Idem
in gradu poſtremo. Auertit igitur ne in ſpeciem oppoſitam la-
bamur quæ vituperanda eſt, & contendit nos in ea quę laudan-
30 da eſt quaſi quadrata baſe conſiſtere. † Quò pertinet quod ait
Ariſt. 3. polit. c. 12. legem eſſe mentem ſine appetitu, & ideò op-
tima ſemper eſt ratio ipſius quia ſenſuum illecebris deprauari nõ
31 poteſt: † extat inter eiuſdem Platonis epiſtolas quędam Dio-
nis ad Perdicam, qua narratur ciuilium gubernationum quaſdã
voces eſſe velut animalium quorumdam; *Nam (ille inquit) aliã
popularis, aliam paucorum, aliam vnius gubernatio vocem emit-
tit has intelligere multi profitentur, ſed longe abſunt ab intelligen-
do præter admodum paucos; quæ igitur gubernatio propriam vo-
cem erga Deos, & erga homines emittit, cõſentaneaſq; voci actio-
nes reddit, ea uiret ſemper atque ſeruatur, quodſi vocem alte-
32 rius imitatur, interitum recipit.* † Cùm autem lex noſtra quàm
diffinimus à prudentia prodeat, non tantùm conſequitur pauco-
rum eſſe leges condere, ſed etiam prudentes iuris à iuris peritis
non modicum differre; & quidem permulti iuriſperiti ſunt, pru-
33 dentes verò pauci; † nam prudentia refertur ad ipſam legum la-
34 tionem, peritia verò ad legumlatorum interpretationem. † Pe-
riti etiam ſolent priuatis cõſilium reddere. l. ſi quando. §. 1. ibi.
Annio conſilium omnes Iuriſperiti dederunt. ff. ſi ſer. uend. Pru-
dentes vero Reipublicę vniuerſę; quò nomine Papin. in. l. 1.
hoc

hoc tit. diffinit legem eſſe Prudentum virorum conſultum;
35 † neque verò prudentiam accipere debemus à iuſtitia, fortitu-
dine, & temperantia ſeparatam, ſed per omnes virtutes morales
36 ęque diffuſā: † Qua ratione Ariſtoteles in Ethy. ei ſpecialem
tractatum non edidit, ſed veluti circumfuſam in omnes virtutes
lib. 6. c. 5. diffinit eſſe habitum cum ratione vera ad agendum ea
37 dirigens, quæ homini bona ſunt; † & quidem prudentia recta
ratio rerum agendarum regula, humanæ vitę lex, quam qui ſer-
uat, vitam fœlicem ducit, via regia ad honeſtum ducens Auri-
ga facultatum animę noſtrę mortalem hanc vitam ducentium
magiſtra docens ex omnibus eligere bonum acies mentis dicta
eſt, quæ finem ſpectans recte dirigat ordinata ad illum, alijſq;
laudibus decorata, quas cumulat Piccolomineus Grad. 5. c. 29.
38 † Nimirum ergo ſi lex noſtra à prudentia prodiens ſibi ſubie-
cta (vt diffinitio ſequitur) per congruentia media in optimum
39 finem dirigat, & quidem ſi ſubiecta legi explicare velim, † cùm
perſonarum cauſſa ius omne conſtitutum ſit. l. 2. ff. da ſtat. hom.
§. vlt. inſt. de iur. nat. gent. & ciui. conſtat homines ipſos legi ſu-
biectos eſſe, quos dirigat, res verò & actiones non per ſe, ſed ho-
40 minum cauſſa, quod vel ex eo aperte probatur, quia † Tull. lib.
2. de legi. finem legum eſſe oſtendit ad ciuium ſalutem, & ciui-
tatum incolumitatem, vitamq; hominum & quietam & beatam
41 maximè reſpicere. Sed hæſitari poteſt, † cùm ſecundùm ius
ciuile Romanorum ſeruitus morti comparetur. l. ſeruitutem. ff.
de reg. iur. l. quod attinet. eo. tit. An homines in ſeruitutem re-
dacti à proprio legis huius ſubiecto eximantur, & rerum ne an
perſonarū conſideratione habeantur. eximi ſuadetur, quia pro
mortuis habentur. d. l. quod attinet. At mortuis lex iſta non po-
nitur. In contrarium eſt quod ſub ea iuris parte, quę ad ius per-
ſonarum pertinet ſeruorum conditio examinatur, non cùm de
rebus inſtituitur tractatio, vt conſtat ex tit. ff. de ſtat. hom. ſed
apertius ex primo libro Inſtitutionum, ac potiſsimum ex Titu-
lo de iure perſonarum vſq; ad titulum de his q. ſunt ſui. vel al.
iur. tùm maximè non pro rebus exiſtimari probatur in. §. in pe-
cudum. inſt. de re. diui. ibi. *abſurdum enim videbatur homines in
fructu eſſe, cùm omnes fructus rerum natura gratia hominum com-
parauerit.* Atqui ſi ius ciuile exiſtimamus diſcretum, ac ſeiun-

ctum à naturali, & gentium iure (propria enim adducta ſenten-
tia placet ad Vlpiani diuiſionem commoditatis gratia reuertere)
42 verùm erit quod in contrarium retuli, † ſed cùm legem ciuilẽ
velut ius ciuile politicum conſtans ex naturali & legitimo iure
diffiniamus qua parte naturale eſt ſeruos ipſos, vt legis propriũ
43 ſubiectum determinat. † Amplius dubitari poſſet an Princeps
legi ſubijceretur, & dirigeretur ab ea, & prima frõnte videtur
44 nõ ſubijci quod legibus ſolutus ſit.l. princeps. hoc. tit. † Sed
contrarium eſt verius vt ibi dicam. Dirigit infinem per media
congruentia: congruentia quidem ſunt, quia ſunt conſulta, ac
ita pręuia conſultatione electa: lex enim, vt reſpondet Papin.
in.d.l.1. *eſt prudentum virorum conſultum*. Medij nomen fi-
nis adipiſcendi gratia & partibus, & inſtrumentis conuenire po-
teſt, vt ſcribit idem Piccolomineus in Introd. ad. x. Grad. c. 23
45 in fin. † Quapropter varia eſſe poſſunt pro varietate negocio-
rum, quę penè innumera ſunt.l.4.ff. de præſcr. verb. & ideò fa-
cile diffiniri nequeunt, licèt pręmio & pœna tanquam medijs
potiſsimum, vti videatur .l.1.ff. de iuſt. & iur. vt ad finem ſuum
perueniat; tùm magiſtratibus ad idem vtitur, vel ſi hęc omnia
46 ad iuſtitiam referantur, ita generaliter ſtatuere licebit. † Quod
aut lex verſatur in diſtributione, & medium geometricum ſer-
uat, quod in analogia, & rationum ſimilitudine poſitũ eſt, vel
in emendatione, ſiue commutatione, & pro ea arithmeticum ſer
uat medium, ac ita ſemper medio vtitur congruo, quo in opti-
47 mum dirigit finem. In finem certè, † quia ſi omnis agens agit
propter finem: tùm maximè legiſlator velut eximius inter agen
tes. Plato de legi. dial. vlt. oſtendit decere leges, vt vnum ha-
beant præcipuum, ad quod cætera dirigantur; id vnum certè fi-
48 nis eſt: † eſt autem finis legis, finis optimus, vt reſpõdeat agẽ
ti, quem optimum eſſe oportet.l. & ideò. hoc. tit. optimum au-
tem in rebus agibilibus eſt bonum publicum, ſimpliciter autem
eſt, ſummum bonum, ſed ſummum bonũ eſt finis gratia cuius,
at bonum publicum finis cui poterit appellari. Poſtremò ſubij
cit illa verba. *Pœnam transgredientibus*. &c. vtrumq; decer-
49 nit lex finis adipiſcendi gratia. † Pœna vtitur, vt eius odio à
malo malos auertat, pręmio vt bonos ad bonũ inflãmet. Vtroq;
capite Iuſtitia continetur diſtributiua, An ergo iuſtitia com-

mu-

mutatiua legem non habebit, & ad eam hęc diffinitio nullo mo-
50 do reſpiciet? non vtiq; . † Optima gubernandi ratio, quæ pacta, quę conuentiones tuetur. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de cōſt. pec. l. contractus. ff. de reg. iur. l. in conuentionalibus. ff. de ver. obl. & magiſtratus decernit qui ius reddant inter priuatos. l. 1. ff. quo. leg. neq; patiatur quemquam ius dicere ſibi ipſi . l. vni. c. ne quis in ſua ca. iud. videtur lex iuſtitiam complecti vniuerſam. † Rur-
51 ſus hæc optima gubernandi ratio duas habet poſitiones publici: & priuati. l. 1. §. 1. ff. de iuſt. & iur. §. vlt. inſt. eod. Primum ad diſtributiuam, ſecundum ad commutatiuam pertinet iuſtitiam, ac ita iuſtitiam complectitur vniuerſam.

De cauſa legis efficiente, & legislatoris officio, tùm de ijs qui habent legis condendę poteſtatem, ac potiſſimum de Iuriſconſultis. Cap. III.

1 *Legis initia & ſemina à Deo.*
2 *Semina ſapientiæ, & prudentiæ in legem nat. & ciuilem effunduntur.*
3 *Sola ciuilis diſciplina legis effectiua.*
4 *Prudentia ciuili ſubijcitur diſciplinæ.*
5 *Lex ciuilis ciuitatibus conditis, orta.*
6 *Lex cùm ſit totius Reipublicæ ſpōſio, in ſingulas Perſonas non conſtituitur.*
7 *Legis condendæ poteſtas olim penes Populum.*
8 *Legis eſt in commune bonum dirigere.*
9 *Lex paucorum, eorumq; prudentum conſtitutione ordinata populi comprobatur authoritate.*
10 *Populus quomodo ſuæ legis dicitur lator.*
11 *Lex perficitur ſapientia & prudentia.*
12 *Prudens legislator, & ſapiens tria ſpectat.*
14 *Legislator ad iniuriam, & nocumentum reſpicit ex Platone.*

15 *Nouas leges Principibus ſuggerentes à recta uia deflectunt.*
16 *Optimus legiſlator ſemper ad bonum animum intendit.*
17 *Leges alio intuitu quam communis ſalutis gratia condere à munere legiſlatoris ab eſt.*
18 *Princeps in alterius quam publici commodum legem ferri pati non debet.*
19 *Habitus ciuilis diſciplinę in legiſlatore deſideratur.*
20 *Eſt autem cum prudentia idem.*
21 *Prudentia vniuerſæ reſpondet diſciplinæ.*
22 *Prudentia prior eſt lege.*
23 *Rectum à Deo diuini luminis communicatione deriuatur.*
24 *Legts quò faciliores ſunt facilius obſeruantur.*
25 *Legiſlator non tantùm rei, ſed verborum debet habere rationē ne lex ſuperuacanea ſit.*
26 *Poteſtatem legis vbi explicat Iuſtinianus.*
27 *Populus & Princeps legem condere poſſunt.*
28 *Plebiſcita an lex ſint.*
29 *Plebiſcita quando ab omnibus ſeruari cæperunt.*
30 *Plebs an legem condere poſſet.*
31 *Dignitas tribunorum quæ eſſet.*
32 *Vexilliferonum dignitas Senis quæ.*
33. *Prætor an haberet poteſtatem legis.*
34 *Non habuiſſe oſtendit Author.*
35 *Prætor non vt iura conderet, ſed redderet creabatur.*
36 *Prætor hæredem facere non potuit.*
37 *Prætor quomodo legem corrigeret.*
38 *Lex ſcripta, ſcripto, non voce, loquens vox mortua eſt.*
39 *Magiſtratus dicitur lex loquens.*
40 *Prætor non tam ius, quàm eius ſcripturam emendabat.*
41 *Sub ſcientia iuris ſæpe erratur.*
42 *Prætor quando ius ciuile confirmabat.*
43 *Tùm quando corrigebat.*
44 *Ius ciuile, & prætorium quando in vnam conſonantiam redactum.*
45 *Prætoris edicta etiam ante Iulianum perpetua.*
46 *Quę edicta legis obtineant authoritatem.*
47 *Ius honorarium cùm dictum.*

48 *Declaratur Iuſtin. in.§.prætorum.*
49 *Iuriſprudentes an legis haberent poteſtatem.*
50 *Non habuiſſe Author oſtendit.*
51 *Sententiæ & opiniones prudentum non leges ſed reſponſa exiſtimabantur.*
52 *Lex æquo tolli non poteſt nec induci.*
53 *Reſponſa prudentum pars iuris ſcripti.*
54 *Reſponſa ex tacito conſenſu robur accipiebant.*
55 *Reſponſa quando legis obtinent authoritatem.*
56 *Declaratur.§.reſponſa.inſt. de iur. nat. gent.*
57 *Iuriſconſulti partibus non iudicibus reſpondebant.*
58 *Iudex quando non dicebatur recedere à reſponſis.*
59 *Iudex quando faciat litem ſuam.*
60 *Verſus (quorum omnium) in.§.reſponſa ad quos referatur.*
61 *Tullij locus declaratur.*
62 *Scribere formulas non eſt leges condere.*
63 *Interpretari quid.*
64 *Interpretatio nouum non inducit ius.*
65 *Declaratur.l. nulla.c.de procur.*
66 *Galli formula ius non induxit.*
67 *Verbum (inducere) quid ſignificet.*

VT autem nihil omittatur quò rei, de qua tractatur quantum fieri poteſt, perfectam quiſq; notionem conſequi valeat ſigillatim eiuſdem legis cauſsas explicare conſtitui, ac primum dicẽdum eſt de cauſsa efficienti, cuius inquiſitio ad varia poteſt referri, ad initia, ac quaſi ſemina ipſius, ad diſciplinam,
1 ad tempus, ad ipſum deniq; legislatorem. Itaq; † ſi primò initia, vel quaſi ſemina requirantur, ea ſunt à Deo Opt. Max. in quem lex omnis referenda eſt tanquam inuentio, & donum ipſius.l.2. vbi dicetur.hoc.tit. ſunt enim quædam ceu principes legis facultates, ſapientia, prudentia, voluntas, & potentia, quę in Deo eminentiſsime copulata ſunt. Piccol. Grad. x. c. 27.&
2 ex ijs pendet ipſa lex ęterna. † Eius autem ſemina primùm in legem naturalem, poſteà in hanc ciuilem effunduntur. Si ad di-
3 ſciplinam quęſtio referatur † ſola ciuilis diſciplina, quam Vlp. in.l.1.ff. de iuſt. & iur. veram appellat Philoſophiam, legis eſt effectiua,

4 effectiua, & ad eam legis ferendæ ratio pertinet, & † prudentia vnde lex prodit, & quæ rectam ſuggerit rationem in legibus cõdendis deſideratam, huic ſubijcitur diſciplinę. Temporis autem conſideratio eſt, vt quemadmodum lex illa ſumma & pręcipua Dei, eſt ipſi Deo coæterna, lex verò Naturæ ipſis homi-
5 nibus contemperanea. §. pen. iuſt. de iur. nat. gent. & ciui. ita † ciuilem hanc legem ortam eſſe credamus, cùm primùm humanis neceſsitatibus ita exigentibus ciuitates condi, & magiſtratus creari ceperunt. l. ex hoc. iure. ff. de iuſt. & iur. Si verò nõ ius hoc ciuile politicum, ſed ciuiles leges, vt iuris legitimi partes ſpectare velimus tempora legumlatorum ſpectãda forent, vt in. l. aquilia. Aelia ſentia, Cornelia, Flauia, & ſimilibus poſſet animaduerti. Sed vt proximam cauſſam legis exponamus ipſum legislatorem talem eſſe ſtatuendum eſt, vt cuiuſq; operis ſuus eſt artifex. Neceſſe eſt enim homines cùm de lege ciuili ferenda cogitarunt, cogitaſſe etiam non rationem cuiuslibet eſſe legis effectiuam, vt probat Sot. lib. 1. q. 1. art. 3. & q. 2. art. 1. Quod ſupra relatę facultates inſinuant; Nec verò omnium ea eſt ſapientia & prudentia pollere, quę ad legem ferendam ſint ſatis. In ſingulis voluntas facilè poterit reperiri, ſed & potentiam ipſam
6 non decet penes ſingulos eſſe, ſed penes omnes. † Eſt enim lex totius Ciuitatis, aut Reipublicę ſpõſio. l. 1. hoc tit. ac ideò vt in ſingulas perſonas non conſtituitur. l. iura. hoc. tit, ſed in vniuerſos, quos conſiderat vt vnum corpus, vt ex lege naturæ homo ſibi lex eſt, ita ciues vniuerſi quaſi vnum corpus ſibi legem ſta-
7 tuere debent; & ideò iuſtiſsimè: † legis condendæ poteſtas olim fuit penes Populum Romanum. §. lex. inſt. de iur. nat. gent. & ciui. & ea ratione dicitur in. §. ius autem ciuile. inſt. eod. ibi. *nam quod quiſq; populus ipſe ſibi ius conſtituit id ipſius proprium ciuitatis eſt, vocaturq; ius ciuile*. Populus enim conſideratur, vt corpus quoddam. Et quidem ſi verũ amamus nulli magis proprie cõuenit poteſtas legis condendę, quàm populo vniuerſo. Ita enim cauſſa efficiens habet proportionem quãdam ad fina-
8 lẽ, quã habere debet; † legis enim eſt in comune bonum dirigere; & illud eſt proximus Reipublicæ finis, ergo totius Reipublicę erit condere leges, vt ad finem ſuũ perducatur. In cęteris omnibus legis condendę poteſtas non ſolùm eſt, vt à populo

translata

tranſlata.l.1.ff.de conſt. prin.§.conſtat. inſt.de iur. nat. gent.& ciui. ſed in eo negocio vicẽ totius populi gerunt. Id tamen totũ
9 ad potentiam pertinet: Verùm † paucorum, eorumq; prudentum conſultatione lex ordinatur, ſed populi authoritate cõprobatur,& promulgatur. An verò integrum populum ſolummodò legumlatorem dicemus, vel eos quorum prudentia populus vtitur in legibus ferendis. Hęc res referri poteſt ad varia. nam ſi prudentiam,ac ſapientiam ſpectemus, & quibus lex conſequitur quod ſibi intrinſecus competit,eos paucos dicemus legumla
10 tores. Sed † populus eorum prudentia & ſapientia vtens tùm propria voluntate,& potentia poterit abſolutè ſuę legiſlator exiſtimari; & quidem ſi ad ius ciuile politicum (vt in præcedentibus) ſequens referatur ſermo, & vnius,ac paucorum, multitudiniſq; regimen ſpectandum erit, & ſecundùm hęc penes vnum, paucos,vel plures dicendum eſt poteſtatem eſſe legis condendę
11 Quoniam verò † ex ſapientia & prudentia potiſsimum lex perfici videtur, & id conſequi quod ei intrinſecùs competit,harum intuitu, quę principes facultates ſunt,quędam de officio legiſlatoris,ſubijcere neceſsarium eſt, quę omnia, vel circa legem, vel
12 circa legis verba verſari videntur; & quidem † ſapiens, prudenſq; legiſlator ad tria (vt Platoni placet.3.de legi.) reſpicere debet, vt ciuitas,quę legibus inſtituitur libera ſit, vt ſibi ipſi amica, vt mentem habeat. Neq; verò liberam deſiderat ciuitatem, quaſi iuſtiſsimo Principi ſubiecta eſſe non debeat, ſed liberam optat, quaſi non impijs exactionibus exhauſtam, non pœnarũ atrocitate perterritam, non ſęua dominica poteſtate,ſed paterna beneuolentia adminiſtratam, Idem Plato.9.de legi. ſui ip-
14 ſius optimus interpres dixit. † *Ad hæc duo legiſlatori reſpiciendum erit ad iniuriam dico,& ad nocumentum, ita vt ad indemnẽ, integrumq; ſtatum,quæq; perducat, amiſſumq; reſtituatur, quod decidit rurſus conſurgat, occiſum vulneratumq; reparetur, ac ſemper conandum vt diſcordiæ nocumentis ſuſcitatæ per leges in amicitiam reducantur.* Quo loco apertè oſtendit quibus in rebus ciuitatis libertas fœliciter conſeruetur, & ex hoc ipſo argu
15 mẽto cõmodiſsime deducitur † eos,q̨ principibus leges nouas, tanq̃ ipſorũ ſenatores, aut cõſiliarij ſuggerũt, à recta via deflectere, impieq; agere, cũ leges altò dirigũt q̃ eſt à malo ciues auertãt

At

16 At optimus legumlator, velut ſagittarius illuc animum ſemper
intendit, vnde aliquid ſequatur eorum, quę bona ſunt, cętera
verò (vt idem Plato eſt Author.4.de legi.) relinquit ſiue diui-
17 tias, ſiue huiuſmodi aliud, quod à virtutibus ſit ſeparatum. † Er
go ab optimi legiſlatoris officio declinat qui alio intuitu quàm
ſocietatis hominum conſeruandę gratia leges condere, cùm in
publicam ſalutem, & bonum intendere debeat. alias non ego le
ges appello, ſed iniquiſsima decreta. Cùm enim ſcrutari de-
beat legiſlator, vt maximum conferat ciuitati bonum (vt docet
Plato.2.de legi.) nihil magis aduerſarium videtur quàm leges
condere, quę tùm ab ęquitate & benignitate declinent, tùm ad
ſeuitiam & auaritiam accedant.l.reſpiciendum.ff. de pœn. Ne-
18 que † Princeps permittere deberet alterius quam publici com-
modi cauſsa leges ferri; id enim eſt cōtra.l.iura.hoc.tit.vbi di-
cam, ſed mente in publicum bonum directa eo contentus eſſe
quod ex omnium pace & tranquillitate ad idem per conſequen-
tias redit, & quemadmodum ſarcire damnum ciuitati ex lege
iniqua, & impia ſuggeſtione illatum difficile eſt, ita ob eam cau-
19 ſam ęternæ ſalutis iacturam facere facillimum eſſe reor; † Hinc
maximè deſiderādus eſt in legiſlatore habitus ciuilis diſciplinæ
quò recta ratio à natura inſita, & ad leges ferendas idonea ſum-
20 mopere excolatur. † Eſt autem hic habitus ferè idem cum pru-
dentia à qua leges prodeunt (vt ſupra oſtenſum eſt): nam vt Iu
ſtinianus ait in.l.2.§.ſed cum.c.de vet. iur. enucl. *ad portandā
tantam ſapientiæ molem non ſunt idonei homines rudes*. Non ta
men hoc genere prudentię iuriſconſultos dicimus prudentes;
21 † hæc enim prudentia non interpretando, conſulendo, & iudi-
cando duntaxat, ſed vniuerſę diſciplinę reſpondet.l.1 hoc. tit.
22 † & prior eſt lege, cùm Iuriſconſultorum prudentia ſit lege po-
ſterior. Prius enim ius eſſe neceſſe eſt, poſt verò aliquos illius
iuris effici prudentes; rectam autem & facilem legem ferre de
23 bet. † Rectum illud à Deo Opt. Max. deriuatur per diuini lu-
minis communicationem; facilitatem verò ipſa natura nobis in-
24 ſinuat, nam † quò faciles ſunt, facilius perſuadentur leges, & li-
bentius obſeruantur; & ideo Plato.7.de legi. ad legiſlatorem
pertinere dixit medio illo vti, quod eſt inter admonitionem &
leges: ſic etiam Ficinus.3.de legi. ex Platonis ſententia legiſla-
tores

tores monet, vt nec arduas, nec violentas ferãt leges, ſed leues
quo ad fieri poteſt, & ſuaues. Nam (vt Plato 4. de legi.) ſicut
pueri medicum orant, vt modo quàm facillimo eos curent, ita
25 populi legiſlatorem. Tandem † non tantum rei (vt ſupradi-
ctum eſt) ſed & verborum legiſlator rationem habere debet ne
ocioſa ne ſuperuacanea ſint, qua ratione aliquando ſuperflui vi-
tium Gallo Aquilio obiectum eſt in.l. Gallus. §. & quidam. ff.
de lib. & poſt. ſed iniuria quidem, vt ibi eruditiones omnes accu-
ratius docuerunt Aemilius. Per. Duarenus, Cõnanus, Cuiaccus,
& ex Antiquioribus, Caſtrenſis, Cumanus, & Imola. Porrò hoc
nomine Iuſtinianus, aut potius Tribonianus damnãdus eſt quã
do in eius Conſtitutionibus, & potiſsimum in Nouellis quadã
inornata verborum copia ſaturitatem exordio pariat, nec ad le-
gendum inuitet. Sed de his plenius infra cõmodiori loco age-
tur, cùm de iis quę legi repugnant, dicemus. Hæc quę dicta ſunt
à ſapientia, & prudentia legiſlatoris maximè pendent. De po
teſtate autem non vniuerſaliter tractabo, ſed ſecundùm ius ciui
le Romanorum, quia illam ex eo non ex politico iure cenſe-
26 mus; † eam uerò Iuſtinianus ſatis explicat in. §. conſtat. inſt. de
iur. nat. gent. & ciui. dicens, *ſcriptum autem ius eſt lex, plebiſci-*
ta, ſenatuſconſulta, Principum placita, Magiſtratuum edicta, re
27 *ſponſa prudentum.* † Et de populo & de principe indubitati
iuris eſt legem eum facere potuiſſe iure ſuo, principem lege re-
gia lata l. 1. ff. de conſt. prin. §. lex. &. §. ſed & quod inſt. eod. de
28 cæteris maximè dubitatur, † & primùm de plebiſcitis, *Plebiſci*
tum eſt quod Plebs plebeo magiſtratu interrogante veluti Tribu-
no conſtituebat. & ab initio quidem patritij nobileſq; Romani
29 plebiſcitis nòn tenebantur † ſed Quinctus Hortenſius Dicta-
tor legem tulit, vt eo iure quod plebs ſciuiſſet, Quirites omnes
30 tenerentur; & † uidetur plebs aliquo tempore interrogante
tribuno legis condendę authoritatem habuiſſe; exemplo eſt ip
ſa lex Aquilia de qua Vlp. ſcribit in.l. 1. ff. eod. ibi. *Lex Aqui-*
lia omnibus legibus, quæ ante ſe de damno & iniuria loquutæ ſunt
derogauit. neque aliter derogare potuit, quàm ſi legis authori-
tatem haberet; tùm verò Pompon. in.l. 2. §. deinde. ff. de orig.
iur. ait. *& ita factum eſt, vt inter plebiſcita, & leges ſpecies con*
ſtituendi intereſſet, poteſtas eadem eſſet. Quare per belle Atteius

I Capito

Capito vt lib.x.c.xx. Gell.retulit, hoc inſpecto dixit, legẽ eſſe generale iuſſum populi, aut plebis magiſtratu rogante, & refert
31 Petrus Tholos. Synt.iur.iniu. lib.47.c.34.nu.7.in tantũ † creuiſſe tribunorum dignitatem, vt quamuis curiam ſenatus tribunis plebis ingredi non liceret, tamen ante ualuas eius poſitis ſubſellijs decreta patruum examinabant, vt ſi qua ex ijs improbaſſent, rata eſſe non ſinerent; & ideò veteribus ſenatusconſultis. T. littera ſubſcribi ſolebat qua ſignificaretur Tribunos quoq;
32 cenſuiſſe. Ad eorum ſimilitudinem † vexilliferi in vno quoque Terzerio ciuitatis Senarum ſemper habiti ſunt; ſed etiam eorum poteſtas translata tandem in Principes, qui & ſuſceperũt curam plebis defendẽdę, vt deducitur ex Cornelio Tacito.lib. 1.& tradit Petr.d.c.34.n.10.de Senatu, an talem habuerit pote
33 ſtatem dicam in.l. non ambigitur.hoc.tit. † De prętore dubitari poteſt, an legem condere potuerit. Primùm ex.l. ius autẽ. ff.de iuſt.& iur.cùm dicat ibi Papin. *Ius prætorium eſt quod Prætores introduxerunt adiuuandi, uel ſupplendi, uel corrigendi iuris ciuilis gratia propter publicam utilitatem*. accedit ſecundò §.ſed cùm paullatim inſt.de teſt. ord.ibi. *Cæpit in unam conſonontiam ius ciuile, & prętorium iungi*. ea verba videntur ius prętorium iuri ciuili comparare: tùm tertiò induci poſſet.§.prętorum inſt. de iur.nat.gent.& ciui.quatenus prætorum edicta iuri ſcripto adnumerantur & comparantur. Prętores populo Romano & Principibus, & pręſertim cũ dicatur magiſtratus huic iuri authoritatẽ dediſſe, vt nõ videatur req̃ri ſup̃ioris cõprobatio, ſed ſola prętoris ſufficiat, vt Dec.in rub.c.qui adm.n.19. inducit ſed tamẽ contrariũ cõmuniter decipitur, vt teſtatur idẽ ind.rub. nu.3.& ita ſentiũt Rayn.Cors.lib.3.Indag.Iur.c.4.Niccol.Bel
34 lo.lib.1.ſupput.c.8. † quod mihi verius videtur primũ ſatis probari videtur ex Cicerone in Verr.orat.3 dum ait. *Qui plurimum tribuebant edicto Prætoris non niſi legem annuam eſſe fatebã*
35 *tur, cui finem afferebant calendæ Ianuariæ*. † Proponebatur.n. vt iura redderent, non vt conderent, & vt ſcirent ciues quod ius de quaque re quiſq; dicturus eſſet, eaq; pręmuniret, edicta proponebant, quę ius honorarium conſtituerunt.l.2 §. deinde ff.de
36 orig.iur. tùm ab effectu idem comprobatur † quia neq; heredem facere potuit.§.quos autem.inſt.de bon.poſſ. per legem. n.

tantùm

tantùm, vel ſimilem iuris conſtitutionem fiunt, velut per ſena-
tusconſulta, & conſtitutiones principales, vt ibi Iuſtin. ait. at ſi
poſſet condere legem, per legem, quam conderet, faceret ipſo iu-
re hęredem: adeò autem verùm eſt, vt facere non poſsit, vt ne
que poſt petitionem, agnitionemq; bonorũ poſſeſſor conſeque-
retur nomen hęredis, licèt conſequeretur effectum; nec obſtat
quod prętores adiuuauerint, correxerint ius ciuile, vt doctum
37 eſt † non enim tanquam lex legem corrigere, vel abrogare ſo
lent, ſed omnia hęc tanquam viua vox iuris ciuilis conſequeban
tur, ſic enim appellatum eſt ius honorarium. l. nam & ipſum. ff.
38 de iuſt. & iur. nam † lex ſcripta vox mortua eſt, quia ſcripto,
non voce, loquitur. erat verò ius prętorium ius ciuile loquens, &
39 ſicut Cicceo. 2. de legi. † magiſtratum ait eſſe legem loquentẽ;
legem autẽ mutum eſſe magiſtratum, ita per iuris honorarij in-
terpretationem ueram legis ciuilis ſententiã acciperemus. Prę-
tori enim in iure dicendo uidetur data legitimi iuris correctio,
non tamen, vt emendaret, corrigeret, ſuppleret lege; ſed voce,
non ſcripto, ſed pronunciatione, vt ſi quando ius ciuile vide-
retur, aut iniquum, aut ſubtile nimis, aut durum non protinus
ſoret contraria lege abrogandum, ſed ex alicuius ius dicentis
Imperio poſſet accipere moderationem. Neq; iuri ciuili aduer
ſari putabatur, ſed quaſi ius ciuile loquẽs id exprimere, quod ipſe
legiſlator, ſi adeſſet, etiã sẽtiret, ac ita interpretatur Rain. uerſus
40 vbi ſupra: † Prętor .n. non tam ius ipſum, quàm iuris ſcripturã
emendare, ſupplere iuuare ſolebat. Ius enim ipſum per ſe abſo-
lutũ eſt, atq; perfectum iuxta legis definitionẽ ſupra traditã, &
illius ſtudium rectè ars boni & ęqui dicitur in. l. 1. ff. de iuſt. &
iur. at ius ſcriptũ illud erat, quòd ſæpè prętoris moderationẽ deſi
derare debuit; & optima quidẽ ratione introduxerũt, ne ius ſcri
ptũ ita teneret iudicẽ, vt ęquitatẽ deſerere cogeretur, ſed eã etiã
aduerſus id, qđ ſcriptũ eſſet, ſequi poſſet arg. l. placuit. C. de iud. l.
41 in omnibus. ff. de reg. iur. quia † ſub iuris ſciẽtia poterit ſæpe er
rare. l. ſi ſeruũ. §. ſeqtur. ff. de ver. obl. Hinc ꝑtorũ edicta ab ęqta
te plurimũ pẽdẽt. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de cõſt. pec. l. 1. ff. đ minor.
42 cũ ſim. † cõfirmat qdẽ ius ciuile cũ ſcriptis hęred. tribuit bono
rũ poſſeſsionẽ ſecũdũ tabulas. §. 1. inſt. đ bon. poſſ. ſupplet cũ a-
ctionẽ tribuit in factũ vbi dari ęquũ ẽ, & tamẽ iure ciui. deficit. l.

iuriſgentium. vbi gl. ver. à Prętore. ff. de pact. l. quia actionum. ff.
43 de præſcr. verb. ibi. *ſupplet Prætor in eo quod legi deeſt*. † Interdum corrigit & emendat, vti cùm filios emancipatos vocat ad bonorum poſſeſsionem contra tab. §. emancipati. inſt. de hęr. quę ab int. def. tùm etiam cum Poſthumum alienum, cuius inſtitutio iure ciuili non valebat tanquã incogniti bonorum poſſeſſorem efficiebat d. §. 1. Minus obſtat. §. ſed cũ paullatim. inſt. de
44 teſta. † quia non ante ius prætorium in vnam conſonantiam cum iure ciuili coniunctum eſt quàm Saluius Iulianus Adriano Imperante idem collegerit, ac velut in artẽ redegerit. l. 2. §. ſed quid. C. de vet. iur. enu. Coras in d. l. nam & ipſum in fine. Prætorum ambitio fecit, cùm gratia, vel odio ius reddere cępiſſent, vt Cornelius Sylla Trib. Pleb. legem ferret, qua à nouis edictis abſtinerent, & ex edictis ſuis perpetuis ius dicerent, vt ex Bud. &
45 Alc. tradit Bello. d. lib. ſupp. c. 9. † Ea verò prætoris edicta, quę lege Cornelia perpetua eſſe cęperũt, ſunt Saluio Iuliano collęcta, ſed ante eum perpetua erant. tùm verò (ac ita tertium diluitur obiectum) authoritatem iuris habere cęperunt, & ab ip-
46 ſo Iuſtiniano inter ius ſcriptum annumerata ſunt. Itaq; † non omnia prętorum edicta eam obtinet authoritatem, ſed quæ lege Corn. perpetua cùm ſint etiam in corpus iuris ciuilis redacta. Nullo itaq; tempore potuerunt Prętores legem condere, ſed tantum edicta proponere, ſecundum quę ius redderent, & quod Iuſtin. inquit authoritatem huic iuri dederunt, non ſatis arridet
47 Corraſio in. d. l. ius autem. † Is enim ibi notat honorarium dici ad honorem Prætoris nuncupatum, quaſi in honorem Prętorum receptum ſit, quod vim legis haberet. Sed neq; Iuſtin. contrariũ dixiſſe videtur, vel aliquid longè diuerſum; non enim authoritatem Magiſtratus iuri honoratio dedit, vt ius eſſet pro authoritate Magiſtratus, ſed propter Magiſtratus authoritatẽ pro
48 lege receptum eſt. Itaq; † authoritatem Iuſtin. non vſurpat pro poteſtatem legis condendę, ſed pro exiſtimatione quadam; & quod ante dixit non modicam obtinent iuris authoritatẽ qua ſi non omnem nos mouere non debet. Sentio. n. edicta, de quibus loquitur Iuſtin. in vim legis valere, nam & iuris ſcripti pars ſunt; ait enim, non modicam, quia non eam omnem à Pretoribus vnde profecta ſunt, habent vti lex à Populo, conſtitutio à

Principe;

Principe; ab eo enim profecta ſunt, qui cùm legem condere nō
poſſet, non tanquam legiſlator, ſed tanquam vis dicturus propo
nebat; & cùm poſteà ſeruata pro lege ſunt, ſeruata ſic ſunt,qua-
ſi neq; lex eſſent. Ius enim prætorium neq; coniunctum iuri ci
uili, bonorum poſſeſſorem facit hęredem: nam authoritate iu
ris ciuilis confirmatum eſt in vim legis, ſed tamen tanquam
profectum à non habente authoritatem legis condendę. Qua-
re etiam ſi conſidero bonorum poſſeſsionis iura ſeruari pro legi
bus, intelligo tamen quibuſdam effectibus carere, quod verè le
ges ab initio non fuerint, ac ita interpretor. §.prætorum quoq;
40 & hactenus de poteſtate prętorum. † An iuris prudentes legis
condendę habuerint poteſtatem longè magis apud noſtros con-
trouertitur in.l. Gallus.ff.de lib.& po. frequentius ibi in ver.in-
duxit.notant Gallum Aquiluem nouum ius induxiſſe, cui con-
41 ſequens eſt iuriſconſultos potuiſſe condere legem. † Mihi ta-
men Salamonius, Duarenus, Connanus, & Cuiaccus ibi con
trarium verius affirmaſſe videntur, & quia diſtingui ſolet ante,
vel poſt Cęſares,de vtroq; argumenta ſuppeditabo. Et quidem
ante Cęſares id probat Pōp. in.l.2.§.& vt obiter.ff.de orig.iur.
ibi. *& ut obiter ſciamus ante tempora Auguſti publice reſpondē
di ius non à Principibus dabatur.ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuo-
rum habebant, conſulentibus reſpondebant neq; reſponſa vtiq; ſi-
gnata dabant, ſed plerumq; iudicibus ipſis ſcribebant, aut teſta-
bantur, qui ipſos conſulebant.* Profectò ſi ex propria fiducia re-
ſpondebant,ineptum eſt contendere vnumquemq; pro ſui fidu-
cia iura condere potuiſſe: neq; enim cuiuſlibet ratio poteſt eſſe
legis effectiua. Nam cùm legis uirtus ſit imperare, vetare, permit
tere, punire.l.legis virtus.hoc tit.inde. lex dicitur coercitio in.l.
1. hoc eod.tit. non poteſt vis hæc eſſe niſi penes populum, vel
principem qui eum repreſentet, quia ſicut totius animalis eſt
membra mouere, ita totius Reipublicę legem efficere. Sed etiā
poſt tempora Cęſaris hoc idem probatur ex Iuſtiniano in de-
claratione Digeſtorum. ibi. *neq; verò hoc dictum à nobis ita eſt
ſed iam pridem Iulianum verùm doctiſſimum, & iuriſconſultum
celeberrimum hoc ipſum palam vſurpaſſe conſtat, & Imperatoris
auxilium imploraſſe, vt controuerſijs, quæ exoriebantur, ſatisfa
ceret. Prætereà fœlicis memoriæ Adrianus cùm breui quodam*

ſcripto

ſcripto ea complexus eſſet, quæ annuo imperio Prætores edixerant
conuocato ad id Iuliano viro fortiſsimo in ea oratione, quam in ſe-
natu Romæ veteris habuiſſe traditur hoc ipſum dixit. Nempè ſi
quid aliquando præterquam quod legibus diffinitum eſt accederit,
æquum eſt eos, qui imperim tenuerit, diffinire. Ad idem perti-
net.l.1.C.de legi.l.& ideo.hoc tit.& hinc etiam eſt quod aliquã
do legamus obtinuiſſe Galli ſẽtẽtiã.l. pen.ff.d' leg.1.& Iuliani ſẽ
52 tẽtiã receptam eſſe.d.l. Gallus. §. vlt. † ſententiæ.n. opinio-
nes non leges prudentum reſponſa exiſtimabantur: Notiſsimæ
etiam ſunt iure conſultorum ſectæ à Proculo, Sabino, Caſsio,
Nerua originem ducentes.l.2.§.vlt.ff. de orig.iur. dicebant er-
go duntaxat ſententiam ſuam vtriuſq; tẽporis iureconſulti non
legem cõdebant. In legibus condendis, vt Iulianus Adriani Im-
peratoris auxilium implorabat, ſic cæteris accidit iureconſultis.
Vlp. legem quę ſibi dura uiſa eſt in l.proſpexit.ff.qui & à qui ſi
potuiſſet vtiq; temperaſſet. Ita ambages Pegaſiani, & ſi Papinia
no diſplicuiſſent, authoritate tamen Iuſtiniani ceſſare opus fuit.
53 §.ſed quia, inſt. de fid.hær. † cuius ergo authoritate lex tolli nõ
poterat nec etiam induci potuit.l. nihil tam naturale. ff. de reg.
iur. Secundò hoc idem de vtroq; tempore promiſcue probatur
ex.d.l.2.§. his legibus, ff. de orig.iur. ibi *his legibus latis cæ-*
pit, vt naturaliter euenire ſolet, vt interpretatio deſideraret pru
dentum authoritatem, neceßariamq; diſputationem fori. Hæc di-
ſputatio, & hoc ius quod ſine ſcripto venit compoſitum à pruden-
tibus propria parte aliqua non appellatur, vt cæteræ partes iuris
ſuis nominibus deſignantur, ſed communi nomine appellatur ius ci
54 *uile*. † cùm itaq; reſponſa prudentum ſint pars iuris nõ ſcripti
conſtat ius fuiſſe, non quia prudentes ita reſpondiſſent, ſed quia
tacito populi conſenſu eſſet comprobatũ. § ex non ſcripto.
inſt. de iur. nat. gent. & ciui. l. de quibus hoc tit. & eorum
ſententię plurimum obtinebant, ac recipiebantur, quæ ab ip-
ſis prodirent iureconſultis, quæ maiori in exiſtimatione habe-
rentur. Quod aliquando accidit Papiniano.l.1.§. cùmq; hęc
C. de uet. iur. enu. vbi refert Iuſtin. *Pauli Vlpiani, & Mar-*
celli notas nullam antea habuiſſe authoritatem propter ipſius
Papiniani ſplendorem, cùm tamen omnes de iure reſponderẽt,
55 † nam ex tacito populi conſenſu vim & robur accipiebant

pro

pro vt alter altero dignior haberetur. Tertiò quòd hic ſubij-
ciendum eſt, extat.in eod. Theod. conſtitutio eiuſdem Theo
doſij, vt referunt Duar. in.d.l. Gallus. Albert. d.tract.c.34.nu.
7. cuius verba ſunt ſub.l. vni. c. de reſp. prud. *Papiniani, Ca*
ij; Vlpiani, atq; Modeſtini ſcripta vniuerſa firmamus, ita vt
Caium, atque Paulum, Vlpianum, & cæteros comitetur au-
thoritas lectionis, quæ ex omni opere citatur. eorum quoque
ſcientiam, quorum ſententias in operibus ſuis miſcuerunt ratam
eſſe cenſemus, vt Scæuolæ, Sabini, Iuliani, atq; Marcelli om-
56 *niumq;, quos illi celebrarunt.* † Interpretationes ergo, ac re-
ſponſa iuriſconſultorum ita demum legis generalis authorita-
tem obtinebant, ſi vel expreſsim ab Imperatoribus confirmata
fuiſſent, vel permittentibus ipſis in iudiciorum mores, & con
ſuetudinem eſſent introducta. Qua ratione factum eſt, vt tam
57 inter non ſcripti, quàm ſcripti iuris partes adnumerata ſint † ne
que huic ſententiæ obſtat. §. reſponſa. inſt. de iur. nat. gent. &
ciui. quo paſsim in contrarium allegatur, quia Nerica lectio
quam ibi Aeguonarius, Baro, & Myſingerius ſummę eruditionis
viri probant, omnem facit ceſſare difficultatem, legunt enim.
quibus permiſſum erat de iure reſpondere, non vt vulgata le-
ctio ſe habet. Quibus permiſſum erat iura condere. illa verò
lectio verior videtur, & ex verbis ſequentibus benè probatur.
ibi. *Quibus à Cæſare ius reſpondendi datum eſt.* ergo dedit re
ſpondere de iure, non iura condere; à qua lectione, ſi rece-
damus, vix ab ea difficultate non educere poterimus. Hunc. §.
autem accipiendum opinor non de omnibus prudentibus, ſed
de ijs tantùm, qui in relata Theodoſij conſtitutione con-
tinentur à quorum reſponſis recedere non licuit iudicibus:
neque verò mihi ſuaderi poteſt accipi debere (vt Viros do-
ctiſsimos opinatos eſſe legi) de prudentum ſingulorum ſen-
tentijs & reſponſis, quę ad particulares iudicum interroga-
tiones proferebantur, quod ſæpe ad ſapientis (vt nunc di-
cimus) conſilium ſe referrent, vt hoc caſu non liceret iudi-
cibus ab eorum recedere reſponſis, arg. eorumquę notantur in
tit. C. de relat. quaſi eiuſmodi conſilium aptiſsime reſponſum
diceretur per relationem ad interrogationem. Primùm ab
hac ſententia recedo quòd iſte. §. non ſe referat ad hoc genus
con-

conſilij, ſed generaliter ad omnes iuriſprudentes quibus poſt
58 Cęſarem ius reſpondendi datum eſt; † nã & ſępiſsime reſpon
debant partibus ipſis, non iudicibus in.l.is qui.ff.de rei vend.in.
l.ſi quando.§.1.ff. ſi ſer. vend. & alibi. Neq; ſatis compertum
habeo id quod aſſeritur in vſu fuiſſe. Quinimo non modicum
refragatur.l.an manumittere.ff.de man. vind. vbi Iulianus ſcribit
ſe exẽplũ Iaboleni pręceptoris ſecutũ & in p̃tura & in cõſula
tu ſuo quoſdã ex ſeruis ſuis vindicta liberaſſe mox ait. *Et quibuſdam prætoribus conſulentibus me idem ſuaſi.* nam re uera ei, qui
me conſulit, perſuadendum eſt, non percipiendum; & quod
59 ait † Iudici non licuiſſe recedere, non reſtringit ad iudicem interrogantem, neq; eſt ex interrogatione, ſed ex conſtitutione
principis ne liceret recedere. Theoph.ibi.quem intelligo de cõ
ſtitutione Theodoſij approbante. Reſponſa iam edicta, nõ in
futurum edenda, poſt cuius conſtitutionem vim legis habere
cęperunt ſcripta eorum, cui conſequens fuit non licuiſſe iudicibus recedere, & ius hoc eorum ſcriptis diſperſum appellatũ eſt
reſponſa. Quo fit, vt Salamonio conſentire non poſsim, quem
ibi Myſing. refert, vt quod ibi dicitur. (Quorum omnium) collectiue dicatur. Quaſi cùm aliquid vel omnibus, vel pleriſq;,
qui pro omnibus habentur.l.quod maior.ff.ad municip. l. aliud
§.refertur. ff. de reg. iur. ita placuiſſet, communem ſententiam
conſtituebant, à qua neq; noſtris hiſce temporibus iudicibus re
60 cedere licèt, † & ſi recedant, videntur facere litem ſuam. Bart.
in.l. 2. nu. 5.C. de pœn.Iud. qui mal.iud. poſt.gl.in.l.ſi quis in
conſcribendo.C.de pact.& ſequitur Ang.in.§.illud.auth.de ap-
p. Quoniam etiam ſi ſimiliter eo tempore receptarum ſententiarum ratio haberetur, quarum varios libros Paulus ſcripſit,
qui hodie per manus verſantur, & eſt text. in l. inſubſtitutione.
ff.de vulg. & pup. ibi.nam prudentes hoc ita interpretati ſunt;
non enim vnius interpretatio tantùm poterat, ſed quando com
muniter interpretabantur, & huc pertinet.l.minimè hoc tit. d.
61 l.ſi quando.§.vlt.& d.l. pen.ff. de leg.1. † reſtringi tamen videtur ille.§.ad comprehenſos in Theodoſij conſtitutione. De cęteris verò ità ſentio, vt qua ratione etiam ſi iudicantes, vt plurimum ex Accurſij, Bartoli, Baldi, & aliorum authoritate controuerſias diffiniant, non tamen reſponſa eorum leges ſunt, verùm

ſententiæ

ſententię & opiniones, & ius non ſcriptum conſtituunt. Ita Antiquorũ reſponſa non per ſe iuri ſcripto adnumerata ſint; ideòq; d.§. reſponſa. ad ea dũtaxat referendum, quę primùm conſtitutione Theodoſij, pòſt verò Iuſtiniani authoritate confirma-
62 ta ſunt. Neq; rẹfragatur † Tullij locus qui dixit ius eſſe, quod in legibus, ſenatuſconſultis, rebus iudicatis, iuriſprudentum authoritate conſiſtit; nam aliud eſt ius eſſe, aliud ius conſiſtere; nam & ijs temporibus iuriſprudentum authoritate eorum opiniones & ſententię in mores facile tranſeunt. Neq; etiam obeſſe videtur quod Gallus Aquil. (vt refert Tull. 3. de nat. Deo)
63 de dolo malo formulas, ac iudicium introduxerit; nam † ſcribere formulas non eſt leges condere.. Propriũ enim & illo, & hoc tempore noſtro iuriſconſultorum munus ſemper fuit ſcribere formulas ſicut ex noſtris Roffredus fecit, cautiones, vt Veronenſis, & Ferratius; reſpondere de iure, & iura interpretari, vt publici profeſſores quotidie faciunt. Et formulæ quidem
64 iuris interpretatione continent; † interpretari autem eſt ſenſum alioquin latentem, & verbis non expreſſum ex ratione lę-
65 gis depromere; † non ergo nouum ius inducit interpretatio, ſed legis ſemel conſtitutę ſententiam, cùm opus eſt aperit atque defendit. Sic Bart. Bald. & cęteri deinceps, interpretes dicti ſunt. Itaq; iuriſconſulti omni tempore duntaxat iuris interpretes fuerunt, & licèt vno loco iuriſconditores dicti
66 ſunt † .l. nulla. C. de prouo. hoc tamen vel ad nudam originem referendum eſt, vel honoris cauſſa dictum eſt. tùm qua ratione lex eſt prudentum uirorum conſultum ipſi legum conditores nuncupandi ſunt, ſed hoc non pertinet ad poteſtatem, de qua quęrimus, verùm ad formam magis accedit. Ex ijs
67 infertur † Gallij formulam de inſtitutione nepotum non ius induxiſſe, ſed cautionem adinueniſſe teſtamentorum gratia, ne aliquando rumperetur. Quod rectè inſinuat dictio (ſic) quia non induxit inſtitui, quod fuiſſet ius inducere, ſed (ſic) inſtitui, quod fuit ſolùm inducere cautionem; & modum neque tamen placet Connani argumentum eo loci quod nemo latine dixerit legem inducere. Induci enim in mores, aut in Ciuitatem, aut in Rempublicam Ciceroni dicitur. Quoniã, et-
68 ſi non ita dicatur nihil tamen prohibet † verbum hoc ad id re-

ferri quod in legem tranſeat, vt Inſt. de hær. inſt. in prin. & in. §. cæterum. inſt. de leg. agn. ſucc. ibi. *præfatam differentiam inducebat*. quæ differentia inducta lex erat. Tandem, vt ſummatim omnia colligam, opinor exceptis ijs, quę Theodoſij conſtitutione continentur, vnam, & eandem, & illo, & hoc noſtro tempore, fuiſſe iuriſconſultorum authoritatem, vt aliquando Romę in publica eius legis interpretatione defendi. latior hęc diſputatio fuit quàm inſtituti mei ratio patiatur. Quia tamen fructuoſam indagationem continet, iniucundam minimè futuram cenſui.

De cauſſa legis materiali. Cap. IIII.

1 *Voluntas legiſlatoris an legis materia ſit quæritur.*
2 *Declaratur. §. ſed, & quod. inſt. de iur. nat. & nu. XI.*
3 *Legis materia proxima eſt legiſlatoris prçceptum.*
4 *Præceptum commune eſt lex, particulare iuſſus.*
5 *Præceptum duobus modis vſurpatur.*
6 *Declaratur. l. legis virtus. ff. de legi.*
7 *Nuda uoluntas ſecernitur à præcepto, & ex progreſſu nomen ſumit.*
8 *Conſenſum materiam communem contractuum dicere poſſumus.*
9 *Contractuum genera ſubalterna quomodo reſpectu inferiorum conſiderentur.*
10 *Voluntas cùm determinatur ad legem, dicitur materia proxima.*
12 *Contractus & obligationes rei appellatione continentur.*
13 *Humanæ actiones, ut in ijs iuſtum, ne legitimum refulgere poteſt, ſunt ſubiectum ciuilis diſciplinæ.*

EX ordine propoſito quærendum eſt, quę nam ſit legum materia quę, vt omnis innoteſcat, non tantùm ea declarā da eſt, ex qua lex ipſa confici videtur, ſed etiam ea, in qua veluti in proprio ſubiecto aſsidue verſatur; & quod attinet ad pri-
1 mam dubitari poſſet † an ipſa voluntas legiſlatoris uicem materiæ gerat. Cùm etenim obſeruare poſsimus in teſtamentis, quæ legum inſtar habent. §. diſponat auth. de nupt. volun- nupt. voluntatem ipſius teſtatoris materiā eſſe, vt docet Bald. in.l.1.ff. de teſtam. In ipſis item contractibus materiam ex conſenſu conſtitui.l.1.§.adeo.ff. de pact.l. ſicut.C. de act. & obl. & latiſsime diſſerui in.l.1.ff. de verb. obl. ſimiliter in legibus concludendum videbatur non aliam earum materiam eſſe, quàm legiſlatoris voluntatem. Id ipſum in lege ā principe la-
2 ta apertius conſtat; † ſcriptum eſt, enim. *Quod Principi placet legis habet uigorem*. §. ſed & quod.inſt.de iur.nat.gent. & ciui. non tamen ſi principi placeat deābulare, venari, ludere, hęc placita vigorem habent legum, ſed tantùm ea, quæ ipſi pro legibus placent, atq; ita regula illa intelligitur. Ex quo perſuaderi videtur principis placitum quaſi materiam quādam legis formam accipere. Et opinor quidem hanc voluntatem ea ratione, qua explicatum eſt, officio materię fungi; ſed vereor ne non hæc pro-
3 xima ſit, de qua nobis quærendum ſit. † Exiſtimo igitur Papiniano addictus in.l.1.inf. hoc tit. pręceptum ipſum legis materiam eſſe, tū quia in ęius definitione pro genere uſurpatū materiam repręſentet; tùm quia ſi attente conſideremus ordinem in mente legiſlatoris nudam voluntatem in voluntatem imperandi conuertit, & illa pręcipiendi cogitatio in legem tranſit. Itaqne nuda voluntas eſt materia remota, ſed voluntas pręcipiendi ea eſt quæ proximè diſponitur in legem, neq; ſimpliciter de eo
4 quòd vult, ſed de eo quod vult pręcipere legem facit. † Pręterea, aut aliquid pręcipit communiter, & lex eſt.d.l.1. aut particulariter, & eſt iuſſus quidam. Sed dubitari poteſt, quia lex aliquando vetat, punitq; interdum.l legis virtus.inf. eod. nec ſem-
6 per præcipit, ne hiſce caſibus alia ſit materia legum. † Reſpondeo pręceptum duobus modis vſurpari, generaliter, & hoc modo pręcipit in omnibus quia nunquam ſine ui imperandi eſt lex (quia nec lex eſſet) tùm particulariter accipitur ad eorū actuū

differentiam, in quibus etiam ſi vis pręcipiendi reperiatur, aliquid tamen magis ſpeciale adnotamus à quo omiſſa ratione præ-
6 cipiendi actus denominantur, † & ita procedit. d. l. legis. Ex ipſa itaque pręceptorum quaſi congerie deſumit legiſlator, quod tanquam legem communiter præcipiendum cenſet. Quod ſi quis obijciat non aliam eſſe legiſlatoris voluntatem, aliud præceptum, vti nec voluntas teſtantis erit, ſi aliquem proponamus contrahendi aninum habere, vel e conuerſo, ac ideò eam idem
7 eſſe cum præcepto: reſponderi poterit † intellectu quidem nudam eam voluntatem à præcepto optimè ſecerni, nec re ipſa tam differre, quam modo conſiderandi, quò eandem voluntatem, dum legis formam aſſumit, dicimus pręcipiendi voluntatem, quam paullò ante in ipſo ferè ortu nudam intelligebamus eſſe voluntatem. Mutat igitur nomen ex progreſſu, ſicut de militibus accidit, qui primùm tyrones, mox veterani vocantur, licèt ijdem ſint milites. Qua ratione in contractibus pleriq; erraſſe videntur, eorum materiam conſenſum eſſe affirmā
8 tes; † Materiam enim quandam eſſe communem non nego, ſed ſingulę ſpecies materiam magis propriam, ſimulatque proximam habent. Contrahimus namq; re, verbis, litteris, conſenſu, l. 1. ff. de act. & obl. & ſi has quaſi contractuum ſpecies
9 conſideremus, ex prędictis profectò informantur: † ſed quia ſunt etiam quaſi genera ſubalterna, qua ratione reſpectu inferiorum conſiderantur depoſiti, mutui, commodati, pignoris materia proprie res eſt, cuius interuentu contrahuntur, aut conſenſus circa rem determinatus. Mutui formam aſſumit, dum rem de mea fieri tuam conſentimus. l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pet. depoſiti eum penes te eſſe cuſtodiæ cauſſa. l. 1. ff. depo. & ſic de cęteris, eaq; ratione verborum obligatio à verbis, non à conſenſu eſt denominata, quod Caſtr. Alex. & Alij non ſatis uidentur intellexiſſe in. l. 1. ff. de ver. obl. quòd ex verbis materiam proximam, ex conſenſu remotam conſequatur, vt
10 ibi aduerſus aliorum ſeutentiam fuſiùs diſputaui. † Quare cùm voluntas legiſlatoris in lege condenda ad pręceptum determinetur, hoc materiam legis proximam eſſe opinor. Ex quò ſatis intelligitur quomodo ſe habeat pronunciatum illud. *Quod principi placet &c.* vt non de omni placito, ſed de imperatiuo intelliga-

intelligatur, & quod communiter, non particulariter pręcipiat.
Quòd verò ad ſecundam materię pertinet conſiderationem,
quàm etiam legis ſubiectum eſſe dicimus, prima fronte uideri po
teſt, quemadmodum ius ciuile Romanorum vniuerſum vel ad
perſonas, vel ad res, vel ad actiones pertinet. §. vlt. inſt. de iur.
12 nat. gent. & ciui. † & contractus, ac obligationes omnes rei
continentur appellatione. l. nominis. ff. de uer. ſig. exceptiones
verò, ſatisdationes, & iudicia ad actiones referuntur, vt pro-
batur inſt. de act. ex eo titulo vſq; in fine libri à ratione ordinis,
vt in d. §. vlt. adnotauit Aeguin. Baro. vt ſimiliter in ijs omni-
bus integrum legis ſubiectum conſiſtat. Neq; diſsimili ratio-
ne conſeruare, acquirere, & ammittere ſubiectum quoddam le
gis erit. l. vlt. inf. hoc tit. Verùm cùm leges ipſę ad ciuilem refe
rantur diſciplinam, & ab ea pendeant, ac promanen, uideamus
an qua ratione Franciſcus Piccolomineus. c. 4. Introd. ſta-
tuit humanas actiones ex hominis libertate prodeuntes, vt in
13 ijs honeſtum quodque, decet refulgere poteſt, † ſubiectum
eſſe ciuilis diſciplinæ, ita humanas actiones, pro vt in ijs
quòd iuſtum, ac legitimum eſt refulgere poterit, affirmare
poſsimns legum eſſe ſubiectum, & quidem id mihi re-
ctius dici videtur, atque huc maximè pertinet re-
cta gubernandi ratio, de qua in legis diffini-
tione, vt ita omnium actiones inſtituan-
tur, vt nihil à iuſto declinent, quo
nil vtilius contendi poteſt ad
finem legiſlatoris celeri-
ter conſequendum:
neq; tam prior
ſenten-
tia
ex toto reijci debet; ſubiectum enim eo modo remo
tius conſideratur. Hoc verò quod ponimus
& primum, & proprie, & imme-
diate ſubijcitur.

De

De cauſſa legis formali.
Cap. V.

1 *Rationem eſſe animam legis dicitur per analogiam.*
2 *Regere, & dirigere rationis eſt munus.*
3 *Vis, & poteſtas legis eſt in ratione.*
4 *Ratio ad cauſam efficientem, & formalem redigi poteſt.*
5 *Ratio ſcriptæ legis Idea dici poteſt.*
6 *Dictum ratione quomodo reſtringatur, & producatur.*
7 *Ratio, ut anima ſcripturam, ut corpus mouet.*
8 *Ratio eſt uoluntas, & ſententia legis.*
9 *Forma non adimpletur per æquipollens.*
10 *Teſtamentum ſine hærede non ualet.*
11 *Stipulatio ſine uerbis nutu facta non ualet.*
12 *Formæ pactis priuatorum lædi non poſſunt.*
13 *Lex eſt totius Reipublicæ & actus, & ſponſio eſt.*
14 *Ratio legis vnica eſſe debet: impulſiuæ plures. nu. 17.*
15 *Ratio finalis dicitur forma legis.*
16 *A ratione legis vnica etiam non expreſſa licet argumentari.*
18 *Declaratur. §. affinitatis. inſt. de nupt.*
19 *In legibus plures interdum rationes concurrunt, & quæ ſit finali exemplo oſtenditur.*
20 *Finis legis non eſt priuatio mali, ſed aſſecutio boni.*

OMNIVM autem conſenſu receptum eſſe videtur rationem legis animam eſſe, ac ideo formam ipſius: quòd. n.
1 paſsim circumfertur † rationem eſſe animam legis, vt not. per Dyn. in. c. vlt. de reg. iur. in 6. Bart. in. l. cùm mulier per eũ text. ff. ſol. ma. in. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. per analogiã ita dicitur, vt quemadmodum anima in homine ipſius eſt forma, ita in lege, & quidem non minus vera, quam recepta eſt eiuſmodi ſententia, quia tamen quomodo id ſe habeat nõ ſatis omnes intelligunt, licèt hoc dictum paſsim allegent, putaui non nullis

argu-

argumentis hanc ipſam veritatem non tam probare, quam ape-
rire. Primùm itaq; deſumitur idipſum ab Iſidoro in, c. con-
ſuetudo. 1. diſt. ibi. *nec differt an ſcriptura an ratione conſiſtat,*
quoniam legem ratio commendat. Porrò ſi rationem lex conſiſtat,
lex erit, omne iam quod ratione conſtiterit duntaxat, quod reli-
gioni conueniat, quod diſciplinæ congruat, quod ſaluti proficiat.
Nimirum cùm ratione lex conſiſtit, ſi eadem ſit forma legis; nã
& ſi res quælibet conſiſtat ex materia, & forma, quia tamen for-
ma dat eſſe rei. l. Iulianus. §. Si quis. ff. ad exhib. magis videtur cõ
ſiſtere ex forma, vt pote quæ rei potior eſt pars; quod etiam à tra
dita diffinitione confirmatur, quia quatenus eſt ordo, humanas
2 actiones in finem optimum dirigens, † regere & dirigere rectæ
rationis eſt munus: Vnde Martianus in. l. 2. inf. hoc tit. regulam
eſſe dixit. Secundò huc maximè pertinet. l. ſcire leges. inf. hoc
3 tit. †. uis enim & poteſtas legis tota in ratione poſita eſt, & in
ſententia legis, vt ibi dicemus. Tertiò accedit ſententia Ariſt.
lib. 3. polit. c. 2. vbi dicens legem mentem eſſe ſine appetitu, ni-
hil magis quàm rectam rationem, quę forma legis eſt, nobis ex-
preſſit: vt tamen id ipſum clarius innoteſcat, quomodo ſe ha-
4 beat, ſciendum eſt † rationem ipſam, vt in cęteris artibus Pic-
col. docet Grad, 5. c. 47. & ad cauſam efficientem, & ad formã
redigi poſſe. Ad efficientem referri poſſet, ſi modum, quo ab
initio ad ipſam legem ferendam concurrit, ſpectemus: hac ete-
nim ipſa conſideratione videtur legiſlator ex ratione legem effi
cere; ſi verò per ſe ipſam conſideretur eſt forma legis ab initio
in legiſlatoris mente concepta cum quadam rerum notitia ad id,
5 quod exprimitur, vt plurimum conſpirantium, & † quaſi ſcri-
ptę legis Idea dici poteſt, & quę in ſe conſiderata forma eſt; ſi
verò ad ea referatur, quę ab opifice per eam efficiuntur, inſtar
6 efficientis habet. Ex his colligi poteſt quamobrẽ fiat, † dictũ
ex ratione reſtringi. d. l. adigere. §. quamuis, tùm etiam produ-
catur. l. regula, §. ſi quis. ff. de iur. & fact. ign. ac denique conſtrin
gatur, vt contra ſe ipſum rationem admittat. l. ſcire oportet. §.
7 ſed & ſi. ff. de exc. tut. † ratio enim tanquam anima ſcripturam
ipſam quaſi corpus vndequaq; mouet, & tanquam idea ſemper
contendit opus illud extrinſecum ſibi vndequaq; reſpondere.
8 † eſt autem ratio nihil aliud quàm voluntas, ac ſententia legis. l.

non

non dubium.C. de legi.nõ nuda quidem, quia ſicut nudum præ
ceptum teſtatoris ſpernitur.l.Filius familiàs.§.Diui.ff. de leg.3.
ita legis voluntas niſi rationabilis eſſet,attendenda nõ eſſet,quia
nec eius eſſet voluntas; tandiu verò talis erit, quandiu in finem
diriget. Quod ſi retineamus (pro vt conſtanter retinendum
eſt) rationem eſſe animam legis,conſequitur legem ſine ratio-
ne, legem mortuam eſſe; tùm quod maxime refert in lege con
denda non procedere, quod vulgo circumfertur, ſufficit pro
9 ratione voluutas, † forma enim non poteſt adimpleri per æqui
pollẽs.l. Mœuius.ff.de cond. & dem. ideoq; nuda voluntas non
poteſt vice rationis haberi in adimplenda forma, ac ex ipſo iu-
10 re ciuili Romanorum optimè probatur. † Sancitum namq;
eſt non valere teſtamentum quod hęredem non habet. l. proxi-
me.ff. de his.quę in teſt. del. ſine precio non conſiſtere vendi-
11 tionem.§.præcium inſt:de empt.& vend. † ſine verbis ſolo nu-
tu ſtipulationem factam inutilem eſſe.l. 1.§.ſi quis ita.ff.de ver.
12 obl.& † actuum legitimorum formas pactis priuatorum lędi nõ
poſſe.l. 3.ff. de teſta. quod ſi priuatorum actus non aliàs legiti-
mi ſunt, ſi quid deeſſe conſtet, quod ad eorum ſubſtantiam per
13 tineat, quò argumento in ipſa lege † quę totius Reipublicæ
actus, & ſponſio eſt, defectum formę patiemur. Non erit ſi ra-
tione careat virorum prudentum conſultum non ſapientum de
cretum, non inuentio, non donum Dei, ergo neq; lex erit. l. 1.
& 2.inf. eod. Quid ampliùs, ſi poſſet lex ſine ratione conſiſtere
ſolo Imperantium placito, ius aliquando eſſet latrocinari, ius
14 adulterari, ius falſa ſupponere teſtamenta. † Hinc conſequen-
ter deduci videtur rationem legis vnicam eſſe debere, quia for-
ma vnica ſit. Ideoq; quod dicimus rationem eſſe legis formam
15 † ad rationem finalem, eſt referendum: quo argumento vel re-
probari debet traditio Saly.in.l.ſi ſerui veſtri. C. de nox. act.
quod legislatores non vnica ratione, ſed pluribus moti pręſu-
mantur, quem ſequitur Iaſ.in.l.1.n.4. C. de ſuc.ed. quia ſicut
forma, ita ratio vnica eſt, tùm etiam alia longe, quidem verior,
ac receptior ſententia euerteretur, vel eluſoria redderetur, qua
16 DD.conſentiunt, † à ratione legis vnica etiam non expreſſa li-
cere argumentari.gl.& DD.in.l.quamuis. C.de fideic. Rom.
conſ.32.n.5. & ibi Add.Alex.in.l.ſi conſtante.n.5.ff.ſol.ma. &
alibi

alibi ſępe, quia ſemper vnicam adducens rationem iuris præſumptionem haberet contra ſe, quæ releuat ab onere probandi. c. vlt. de pręſu. Aut certè moderanda eſt eadem Salyceti concluſio,
17 vt de ratione impulſiua intelligatur, † quia plures eſſę poſſunt impulſiuę rationes. Nec me latet alios intelligere, vt. ſ. non aliter plures pręſumantur rationes, niſi quando vnà cum ipſa pręſumptione, etiam rationes allegentur, ac ita planè intelligit. Alex. in d. l. ſi conſtante. n. 5. & ibi ſequitur Claud. Aq. vt refert Soc. iun. in rub. ff. ſol. ma. nu. 78. & ipſe etiam ſequitur. Sed mihi quotlibet adducantur rationes, vnam tantùm perſuaderi poteſt finalem eſſe, ſi enim ratio legis idem eſt quod mens legis, vt tradit Bart. in d. l. cùm mulier, & bene probatur in d. l. ſcire. §. ſed etſi; mens vna eſt ita, & ratio vna. Plurium rationum allegatio id efficiet, vt ſi incertum ſit, quę nam earum ſit finalis non rectè ducatur argumentum. Hoc ipſo nomine damnan-
18 dus eſt Ang. † in. §. affinitatis inſt. de nupt. dum ibi cenſuit, vtramq; eius textus rationem eſſe finalem; nam in ea quæ, verè mea priuigna ſit, ne poſsim ducere in vxorem, diſpoſitio prohibitiua non habet duas rationes finales, quia (& in hoc cum cęteris labitur Ang. qui contrarium ſentiunt) diſpoſitio non eſt vna, ſed duplex ex duplici ratione; nam affinitatis veneratio non in ea quæ nupta eſt conſideratur, ſed ea quę fuerit iam priuigna tua, nũc verò non ſit. Rectius colligunt legẽ intelligi in caſu magis dubitabili, ſi lex, & ratio legis: Ineptũ eſt in priore caſu afferre eam uenerationis rationẽ, quia nec eo caſu diſponit, vnde falsò colligũt vnã diſpoſitionẽ duas habere cauſſas finales. Ac
19 cidit aliquãdo † pluriũ rationũ concurſus in aliqua lege cõdẽda exẽplo eſt prohibitio donationis inter virum & vxorem: eam. n. rationem habet, vt moribus reciperetur ne coniuges mutuo amore ſe inuicem ſpoliarent donationibus nõ temperantes, ſed profuſa erga ſe facilitate vtentes. l. 1. ff. de don. int. iur. Adijcit aliam Paul. ne eſſet eis ſtudium liberos educendi Sext. Cęcilius aliam, quia ſępe futurum eſſet, vt diſcuterentur matrimonio, ſi non donaret is qui poſſet, ac ea ratione euenturum, vt venalia eſſent. l. 2. & 3. ff. eod. Quęrò poſteà an omnes finales ſint, & nulla quidem finalis eſt, niſi ſola vtilitas in matrimonijs conſeruandis, ad quàm vnam cæterę diriguntur omnes

quia ſumuntur ab effectibus euitandis, non à fine adipiſcendo:
20 † non enim finis legis eſt priuatio mali, ſed aſſecutio boni, alioquin non eſſet finis optimus, ſed imperfectus: Quare & illud Horatij. *Virtus eſt vitium fugere, ſapientia prima Stultitia caruiſſe*. Ad virtutis initium non ad totam integramq; virtutem referendum eſt. Quare ratio legis non qua parte malum vitat, finalis eſt, quia pluribus malis obuia eſſe poteſt, ſed qua parte in bonum dirigit. & ita dignoſci poterit ratio finalis non à malo, à quo deterreatur, ſed à bono, ad quod quaſi finem peruenire contendat, & hæc ipſa legis forma exiſtimanda eſt. Plurimū tamen obeſſe videtur. l. non omnium. inf. eod. nam ſi ratio legis magis ſpectari debet, quàm verba. d. l. non dubium, tantumq; valet quantum proximè dictum eſt: vnde fit, vt non omnium, quę à Maioribus conſtituta ſunt, ratio non ſit inquirenda. Sed hac de re dicetur ibi. Nunc de cauſſa finali dicendum eſt.

De cauſſa legis finali, ac eiuſdem legis effectu. Cap. VI.

1 *Legis finis ex Platone qui ſit.*
2 *Legis finis ex iuriſconſultis eſt comune bonum.*
3 *Reſpublica, vt corpus, princeps, vt caput, magiſtratus, vt membra nobiliora habentur.*
4 *Lex ad commune bonum ordinatur.*
5 *Lex æterna cuncta in Deum ordinat.*
6 *Commune bonum in iure appellatur vtilitas, & exemplo oſtenditur.*
7 *Conſtituto Prætor cur det actionem.*
8 *Vtilitatem pro eo quod intereſt ſignificarunt iuriſconſulti.*
9 *Vtilitate metimur id quod intereſt.*
10 *Fines plures ad vltimum finem dirigi oſtenditur.*
11 *Reipublicæ intereſt ciues locupletes habere.*
12 *Iuris commune bonum, ſummum eſt legis bonum.*
13 *Ius duobus modis accipitur, & dum conditur, & dum dicitur*

tur

tur, ac obſeruatur.

14 *Ius dum conditur omnium, dum obſeruatur priuatam vtilitatem ſpectat.*

15 *Lex preſertim cives efficere bonos contendit.*

16 *In vſu virtutum poſita eſt fœlicitas.*

17 *Bonis ciuibus exiſtentibus tranquillus eſt Reipublicæ ſtatus.*

18 *Quilibet homo dicitur pars ciuitatis.*

19 *Effectus cuiuſq; legis eſt facere, ciues bonos reſpectu finis, in quem dirigitur.*

20 *Lex non ad fortitudinem; ſed fortitudo ad legem flectitur.*

21 *Ciues quomodo formidine pœnę boni efficiantur.*

22 *Ciuis bonus dicitur ex habitu, & optimus ex habitu bonus.*

23 *Lex à malo deterrens etiam ad bonum inuitat.*

SI omnis agens agit propter finem, legiſlator quidem nobiliſſimus inter agentes non poterit in eum finem non intendere, qui ſibi nobilitate reſpondeat. Quare rectiſsime Plato in dialogo vltimo de legi. dixit vnum præcipuum leges habere debere, ad quod cętera dirigantur. Id vnum varijs in locis expreſsit; 1 † nam in legum appendice, vel Philoſopho legum finem eſſe decernit, vt Dei cultu, ac puritate morum, optimum, & pulcherrimum vitę exitum conſequamur, & legum ſuarũ conſilium eſt (vt ibi Ficinus animaduertit) animos ciuium ita componere, vt expeditam adepti tranquillitatem, diuinorum operum rationes, & cauſſas perſcrutentur, atq; in ijs quaſi ſpeculis authorem Deum ſpeculentur, & colant. Qua ratione idem Plato de legibus diſputaturus ſe paulatim ad Iouis templum proficiſcentem conſtituit, vt in Deum tanquam in finem verùm omnem legumlationem referendam eſſe ſignificaret: tunc autem leges rectè poſuęerunt, cùm beatos facient illis vtentes. Sed hęc omnia ad finem pertinent, cuius gratia leges conduntur. At finis cui proxime diriguntur ex prædictis non ſatis colligitur. Clarius ex noſtris iureconſultis eluſceſcere poterit, tùm maximè ex Vlp. in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de Iuſt. & iur. ibi. *Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones publicum, & priuatum. Publicum ius eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat, Priuatum quod ad ſingu-*

lorum vtilitatem. Quibus verbis publici iuriſpublicum bonũ, priuati ſimiliter bonum priuatum finem eſſe decernit: ex quo cõ ſequitur bonum illud, quod iuri tam publico, quàm priuato re-
2 ſpondet vniuerſi iuris finem eſſe. † Id autem non aliud eſt quàm commune bonum quòd vtrumq; & publicum & priuatum com prehendat; quod Iſid. in.c.erit.diſt.4. aperte confirmat dicens erit autem lex.&c. nullo priuato commodo, ſed pro communi vtilitate conſcripta: ad idem lib.4.de leg. Plato reſpexiſſe videtur ſtatuens, tunc maxime legiſlatores ſuum aſſequi finem, cum communiter totius ciuitatis gratia leges condunt, & ſeditioſos eos dicit, cùm aliquam duntaxat partem reſpiciunt, quod ſibi Iuſtin. adſcripſit in auth. de hær.& fal. ſic exordiens. *Occupatis nobis circa totius reipublicæ curas &c.* & quidem reipublicę partem amplecti, partem deſerere, ac relinquere eſt aliquomodo facere indiuidui partem, quod nihil eſt. l. furioſum. C.
3 qui teſt.fac.poſſ.l.ſi is.ff.de teſta. † Habet enim reſpublica, vel ciuitas cuiuſdam corporis inſtar, in quo princeps quaſi caput habetur. Magiſtratus velut membra pręcipua, & nobiliora cẽſenda ſunt, cæteri omnes, qui ſubditi ſunt, membra quædam craſſiora; neq; corporis ſaluti commode proſpiciet, qui eius partẽ
4 infirmam eſſe patiatur: † eſt autem huiuſmodi commune bonum, ad quod lex ordinari debet fœlicitas illa, quam hoc ſeculo adipiſcimur, quæ in quieto tranquillo, ac pacifico ſtatu reipublicæ poſita eſſe videtur, Et quidem, vt pars omnis ad ſuum totũ naturali ordine dirigitur vti imperfectum ad perfectum, cum ciues partes ciuitatis ſint, lex etiam eoſdem in commune totius ciuitatis bonum inſtituere debet. Hinc Cic.2.de legi, *conſtat (inquit) profectò ad ſalutem ciuium, ciuitatumq; incolumitatem, vitamq; omnium quietam, & beatam, conditas eſſe leges*. tùm cũ lex ſit regula noſtrarum actionum.l.2.inf.hoc.tit.non poteſt nõ in ſupremum finem, quod eſt commune bonum, regulata dirigere, & cùm vniuerſalis ſit.l 1.ff. de conſt. prin. ideoq; omnibus
5 poſita non aliam magis, quàm omnium quærere vtilitatẽ. † Tãdẽ ſicut lex ęterna, quę fons & origo & cęterarum legũ & lex, eſt diuinę mentis, cuncta in Deum ipſum ordinat, & refert, ſic lex ciuilis, quę totius populi ſponſio eſt omnia in vniuerſi popu li

li ſalutem ordinare, ac referre debet, & quatenus ab ęterna lege regulam accipit, & menſuram, eò magis commune bonũ quęrit, quò illud ad ſummum bonum magis accedit, ſic enim aſſequitur quod & Platonem minimè latuit .i. de legi. vt ipſa lex ciuilis ad eam æternam referatur, conſtat ex ijs legem in commu-
6 ne bonum, vt in finem ſuum ordinatam eſſe † Id ipſum autem comune bonum ſæpè in iure noſtro vtilitas appellatur: ratio eſſe poteſt, quia ſi priuatum ius priuatorum vtilitatem, publicum verò publicam reſpicit vtilitatē. d. §. huius: &. §. vlt. inſt. de iuſt. & iur. totius iuris finis erit communis omnium vtilitas, quę & publicam & priuatam comprehendet. Idem verò ſemper in iure noſtro vtile exiſtimabitur quod bonum iuſta Stoicorum ſententiam, vt probat Coras. in. d. §. huius, ac ita vtilitatis nomen varijs in locis vſurpatur in .l. ius pluribus. ff. de iuſt. & iur. in .l. nam, vt ait, & .l. ius ſingulare in f. eod. ſemper enim ius ſiue vniuerſale, ſiue ſingulare ob aliquam introducitur vtilitatem: quod rectè animaduerſum varias iuris eximeret difficultates, tùm eam pręcipuę, quę DD. turbat in rub. ff. de
7 verb. obl. † qua ratione prętor conſtituto tribuerit actionem; ex pacti enim geminatione motus eſt, ſed quia res illa vtilitatem habet, quod Paul. in .l. 3. ff. de conſt. pec. ante omnium oculos ponit. dicens. *adijcit Labeo propter has potiſsimum pecunias, quæ nondum peti poſſunt conſtituta inducta, quam ſententiam non inuitus probarim; habet enim vtilitatem, vt ex die obligatus conſtituendo ſe eadem die ſoluturum teneatur*. Ita ex pacto pignoris, quę iure honorario actio prodita eſt .l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pact. non aliam habet rationem quàm vtilitatis propter frequentiam pacti. tùm etiam Vlpianus in .l. ſi remunerandi. §. vlt. ff. mand. ei qui de quota litis pactus non erat, ſed tantùm pecunia accepta fideiuſſerat mandati vtilem competere actionem cum Marcello conſentiens ait. *quæ ſententia vtilitati rerum conſentanea eſt*. Vt nobis oſtenderet omnia in iure ciuili ad vtilitatem eſſe referenda. Caius etiam in .l. ſeruum. ff. rem. pup. ſal. fo. ait. propter vtilitatem receptum eſſe recte ſtipulari pupillum ſi fari poſsit, licèt non intelligat quid agat. Quare vere paul. in. d. l. ius pluribus diffinit ius ciuile eſſe, quod omnibus, aut

pluribus

8 pluribus in quaque ciuitate vtile eſt. † Hanc vtilitatem per id, quòd intereſt, ſæpè etiam iuris authores ſignificarunt; veluti cùm dixerunt Reipublicę intereſſe dotes mulieribus conſeruari l. 1. ff. ſol. mat. ne quis re ſua male vteretur. §. vlt. inſt. de his qui. ſunt ſui, vel. al. iur. ſuprema hominum iudicia exitum habere l. vel negare. ff. quem. teſt. ap. delicta non remanere impunita. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aquil. & his ſimilia. eſt autem reipublicę

9 intereſſe in re. i. in vtilitate illius eſſe, † nam id quod intereſt vtilitate metitur ſiue ex lucri, & damni ratione. Finis itaq; legum illud bonum, illa vtilitas eſt, quę ex publici boni, ac priuati con-

10 iunctione reſultat † ſunt tamen quidam fines ad eum velut vltimum finem. Delictorum coercitio finis quidam eſt legis. l. 1. inf. hoc tit. non tamen vltimus finis: Sic dum Plato. 9. de legi. dixit legum optimarum officium eſſe ſic animos hominum inſtituere, vt oderit iniuſtitiam, neque tamen in eo quieſcit niſi etiam iuſtitiam ament. ſed non hoc tantùm lex vniuerſalis contendit, verùm etiam totius populi ſalutem inquirit, pacẽ, & tranquillitatem introducit. Prętereà legibus particularibus ſuus etiam particularis eſt finis, cuius adeptione conquieſcunt: at ille rurſus ab vniuerſali lege in finem vltimum dirigitur, vt poteſt hoc exemplo exploratum eſſe. Statuta, quę per vniuerſam Italiam, ſtantibus maſculis fœminas excludunt, hanc, vt agnatio ni faueant, rationem habent, vt de communi teſtatur Brun. in tract. Quod ſtant. maſc. art. 3. & tradunt DD. in rub. ff. de acq. poſſ. hic tamen particularis finis in eum vniuerſalem ita dirigitur. Familię in paupertate ſordeſcunt. l. quisquis. C. ad. l. iul.

11 ma. † Reipublicę autem intereſt ciues locupletes habere, non pauperes ac ſordidos. §. cogitatio. auth. vt iud. ſin. quoq. ſuff. dũ ergo proſpicitur, vt bona in familia conſeruẽtur, iam & hoc agitur quod ciues locupletes ſiant, quod totius Reipublicę intereſt, ac ita finis in finem dirigitur. Bonum itaq; publicum publici

12 iuris eſt finis, priuatum priuati iuris. † Iuris autem commune bonum, quod ſummum bonum legis eſt. Sed hic poteſt dubitari propter vſucapionem, quę cùm priuati iuris ſit. §. vlt. inſt. de iuſt. & iur. vincto tit. de vſuc. bono tamen publico inductam dicit. l. 1. ff. de vſuc. ergo ius etiam priuatum publici boni finem habet, & multa quidem inter priuatos publicam ob vtilitatem

ſunt

ſunt introducta. Nam ſub priuati iuris poſitione libertates, do
tes, tutę'ę, teſtamenta reponuntur, quę omnia publicę vtilitatis
inſignibus fulgent. igitur quomodo ait Vlp. priuatum ius ad ſin
13 gulorum pertinere vtilitatem? † Poteſt (vt opinor) ius priua-
tum dupliciter conſiderari dum conditur, & introducitur, tùm
14 etiam dum conditum, dicitur, redditur, obſeruatur. † Primo
modo omnium vtilitatem ſpectat. l. iura. inf. hoc tit. & omniū,
non ſingulorum gratia conditur. d. c. erit. d. 4. & ideo conſide-
ratur publicum bonum in priuato iure quatenus introducitur, d.
l. 1. ff. de vſuc. ibi *bono publico introducta eſt vſucapio,* quatenus
recipitur. l. ſeruum ff. rem pup. ſal. fo. & quatenus vniuerſaliter
pręcipitur. l. 1. hoc tit. Secundo modo quatenus inter priuatos
redditur per fori diſputationem, & iudicio introducto dicitur,
decerniter, & obſeruatur inter eoſdem, ad ſingulorum pertinet
vtilitatem: & ſecundum hanc diſtinctionem omnis lex introdu
citur communis vtilitatis gratia, & in commune bonum diri-
gitur. Ex quibus omnibus colligi poteſt quicquid lex efficit
15 propter hunc finem verum eſſe legis effectum, † pręcipuè au-
tem contedit ciues bonos efficere, vt docet Vlp. in. l. 1. ff. de iuſt.
& iur. ibi. *bonos non ſolùm metu pœnarum, ſed etiam præmiorū*
exhortatione efficere cupientes. effectùm enim quaſi pręcipuum
eſſe legis explicat bonos ciues efficere. Hinc autem effectus in
finem expoſitum ordinatur, vt docet Sot. art. 1. q. 2 quia cùm fi-
nis legum ſit commune bonum, in quo ciuilis fœlicitas conſiſtit,
16 eum nemo niſi per exercitium virtutum aſſequitur: † in vſu. n.
virtutum poſita eſt fœlicitas; contendit ergo lex propter finem
bonos efficere ciues; nam ex ſingulorum probitate illuc com-
17 mune bonum conſurgit, † cùm ciuibus bonis exiſtentibus non
poſsit vniuerſus Reipublicæ ſtatus non eſſe tranquillus. Vt. n.
18 dicit D. Thom. in. 1. 2. q. 92. † cùm quilibet homo ſit pars ci-
uitatis, impoſsibile eſt quòd aliquis homo ſit bonus, niſi bene ſit
proportionatus bono communi, nec poteſt totum bene exiſte-
re niſi ex partibus ſibi proportionatis. Iſtius concluſionis veri-
tatem alia etiam ratione probat in. d. q. non tantum procedere
in ea, quę vere lex eſt, quia iuſte poſita, ſed etiam inniuſta, quæ
legis nomen non meretur: ſic enim arguit. ſi intentio legiſlato-
ris feratur in bonum verum, quòd eſt bonum commune, con-

tendit

contendit ciues efficere verè, & ſimpliciter bonus. ſi uerò fera-
tur in id, quod non eſt uere bonum, contendit efficere bonos in
ordine ad eum finem, ac ita ſi lex eſſet latrocinandi bonos la-
trones efficeret. Facit ideò tales, aut ſimpliciter, aut ſecundùm
19 quid; † ac ea uidetur D. Thomę ſententia, ut effectus cuiuſq;
legis ſit facere homines bonos reſpectu finis illius, in quem lex
dirigitur, & cùm les de omni uirtutum genere pręcipiat, ut do-
cet Ariſt. 5. Ethy. c. 1. & dicam inf. in l. 1. uidetur ſentire quod
lex fortitudinis ciues fortes, lex temperantię temperatos, lex iu-
ſtitę iuſtos efficiat, & bonos in ordine faciat ad ſuum finem par-
ticularem, & ita Sot. interpretatur, eamq; exiſtimo fuiſſe. D.
Thomę ſententiam, ut ex fine quęſtionis intelligitur. Verùm
de ea maxime dubito. nam cum finis legum ſit commune bo-
num (ut idem fatetur) lex omnis etiam particularis in hunc di
rigi debet finem. d. l. 1. & l. iur. & d. c. erit lex fortitudinis non ef
ficit fortes propter fortitudinem, ſed commune bonum; præci-
pit enim lex, ut de omni uirtutum genere, non ut ad genus illud
uirtutis ordinet, ſed ut ad commune bonum omnes uirtutum
20 referat actiones, & aliud eſt fortitudo, aliud lex fortitudinis, † ne
que lex ad fortitudinem, ſed fortitudo flectitur ad legem quia
lex de ea præcipit propter finem ſui ipſius, non propter fortitu-
dinis finem. Sed ut ad effectum legis pręcipuum redeam, dubi-
21 tatur † quomodo formidine pœnę ciues bonos efficere conten-
dat, at nemo niſi ſua ſponte efficitur bonus, docet Ariſt. 10. ethy.
c. 9. alios natura, alios conſuetudine, alios diſciplina fieri bo-
nos, ſed nulla magis quàm iuris diſciplina boni fiunt, quę licèt
metu pœnæ primùm auuertat à malo, efficit aliquando, vt uir-
tutis amore boni etiam ſponte ſua eſſe velint: nam mores immu-
tat, & legum terror incuſſus, dum à malo deterret, etiam virtu-
tis amorem inſinuat. Vel ſecundo reſponderi poteſt eum, qui
tu pœnę bonus eſt, etiam ſpe depoſita, ne quandoq; ſua ſponte
bonus efficiatur, eſt bonus in ordine ad commune bonum, qua
tenus in alios iuſtus eſt, & ſtatutum reipublicę tranquillum eſ
ſe patitur; & cùm ſibi ſit malus, eſt tamen aliqua ratione ciuita-
ti bonus. ſed verius eſt legis intentionem eſſe eum efficere ſim-
pliciter bonum, nec id ſola formidine pœnę aſſequitur, ſed vir-
tutis amore, & quod Vlp. inquit reſpectu pœnę non effectum
con-

conſumatum, ſed principium efficiendi ſpectat; & ideo rectè Ariſt. 2. Ethy. c. 1. dicit. legiſlatores enim ciues aſſueſciendo bonos reddunt, hęcq; eſt vnius cuiuſq; legiſlatoris voluntas; nam oſtendit id longo tempore fieri; nec enim poſſunt homines
22 niſi longitudine temporis aſſueſcere, † quod etiam probat Vlpiani locum accipi debere de ciuibus bonis ex habitu, & hic eſt effectus legis conſumatus. Platoni etiam legumlatori ſapiẽtiſsimo lib. 4. de legi. id videtur eſſe legibus contendendum, vt quamdiu homines ſint, optimi quoq; ſint, nec verò optimi
23 ſunt, niſi ex habitu boni ſint. † Lex verò dum à malo deterret etiam ad bonum inuitat, & efficit aliquando, vt non tantum mali eſſe deſinant, ſed etiam virtutum habitu exornentur. Itaq; proprius, ac pręcipuus legis effectus eſt omnibus conſentientibus ciues bonos efficere, vt ex omnium bonitate commune bonum, & vtilitatem veluti finem conſequatur.

De ijs, quæ legis cognata, ſiue affinia ſunt. Cap. VII.

1 *Quę ſint quæ cum lege retinent cognationem.*
2 *Simplicitas pluribus modis accipitur.*
3 *Simplicitas prudentiæ coniuncta ueritatis eſt amica.*
4 *Simplicitas dicitur quaſi ſine plica.*
5 *Fides ueritatis uerborum adminicula non quærit.*
6 *Statuto, ut procedatur ſola facti ueritate inſpecta, an beneficium excuſsionis tollatur.*
7 *Excuſsionem de Apicibus iuris non eſſe Author ſentit: & num. 12.*
8 *A ui contractus ob meram iuris ſubtilitatem non recedemus.*
9 *Inductio excuſsionis eſt ſecundum æquitatem.*
10 *Emendatio omnis nititur æquitate.*
11 *Fideiuſſor adhibetur, ut creditori magis conſulatur.*
13 *Opinio Authoris in quæſtione excuſsionis.*
14 *Paucitas eſt legum comes ut diu uiuant, ne mutantur.*
15 *Legum multitudo magis illa queat, quàm deuincit.*

16 Breuitate leges ſcribi Iuſtin. præcepit.
17 Poſsibilitas in legibus deſideratur.
18 Impoſsibilis conditio habetur pro non ſcripta.
19 Impoſsibile multiplex eſt.
20 Nimis arduum impoſsibile reputatur.
21 Legum ſæuitia benignitatis vtitur temperamento.
22 Duo notantur in l. reſpiciendum .ff. de pœn.
23 Benigna interpretatio tanquam iuſta & tuta legi eſt coniuncta.
24 Leges in obſcuris ſequuntur quod eſt minimum.
25 Hæc regula in ſubſidium locum habet; & quando.
26 Hæc regula geometricam, & arithmeticam admittit proportionem.
27 In ciuilibus, & criminalibus reo magis fauemus quàm actori.

PRAETER hęc, quæ hactenus expoſita ſunt, ac legum eſſentiam reſpiciunt, alia quædam ſępe numero legi adijciũtur, quę plurimùm conducit non ignorare. Ex ijs enim facile poterimus intelligere, num lex duratura ſit, vel ne; nam ſicut corporis valetudo licèt eius ſubſtantiam non ingrediatur, illud tamen, aut diu uiuere facit, aut citò interire cogit, pro vt bona, vel mala adiungitur; ſic quędam ſunt quæ adiũcta legi velut ipſi amica plurimùm ad eam conferunt, quędam prorſus oppugnant, & ad nihilum ſæpę redigunt. Ab ijs itaq; exordiar, quę cognà-
1 tionem quandam retinent cũ lege. † Sunt autem eiuſmodi ſimplicitas, paucitas, breuitas, poſsibilitas, benigna interpretatio,
2 minimum. Et quidem ante omnia † ſimplicitas plurimum legibus amica exiſtimatur. §. cęterum inſt. de leg. agn. ſuc. vbi ponitur tanquam ſubtilitati contraria, de qua paullò poſt dicetur: interdum vſurpatur, vt contraria, dolo. c. ſi cupis. 26. q. 1 vbi dicitur. *Habeto ſimplicitatem columbæ, ne cuiq; machineris dolos, & ſerpentis aſtutiam ne aliorum ſupplanteris inſidijs non enim multum diſtat in uitio decipere poſſe uel decipi.* Quo nomine damnatur quædam ſimplicitas fatua, & diſcretioni contraria, vt ibi in gl. & gl. in c. innocens. 22. q. 4. eiuſmodi eſt nimia in credendo facilitas. c. ſi quid. diſt. 86. nimia ignorantia. c. paſtoralis. de
3 iud. † commendatur autem ſimplicitas prudentię admixta tan-

quam

quã veritatis amica. C. veritatis. de iure iur. & fallaciæ ac mẽdacij inimica. d. c. ſi cupis. Accipitur etiam ſimplicitas tanquam obſcuritati contraria, & à verborũ inuſitata tela deflectens, vt not. gl. in. c. 1. verſ. ſimpliciter. de ſum. trin. vbi dicit legem ſimplicẽ eſſe debere, quę inutiles verborum, litiumq; circuitus effugiat,
4 † dicitur enim ſimplicitas quaſi ſine plica, & inuolutione gl. in
5 clem. ſępe. de ver. ſig. † nam fides veritatis verborum adminicula non requirit. l. 1. C. ſi min. ab hęr. ſe abſt. gl. in d. c. veritatis. nec requirit lex, quę (vt Socrates in Minoe tradit) veritatis inuentio eſt. Qua ratione factũ eſt, vt non tantũ antiqui iuris formulę ſublatę ſint. l. 1. c. de form. ſubl. differentię rerum mancipi, nec mancipi, receptię & conſtitutę pecunię, pegaſiani ambages & alia eiuſmodi, ſed vbiq; leges municipales introductę, vt procedatur ſola facti veritate inſpecta: ſic enim ab omni ſubtilitate, ac machinatione receditur, & ſimplicitas ipſa legibus amica cuſtoditur. Nã iſtius municipalis cẽſurę ea uis eſſe creditur, vt omnes iuris apices uideantur remiſsi, omniſq; iuris poſitiui ſolemnitas, vt concludit Soc. conſ. 24. n. 48. vol. 1. poſt not. in. d. clem.
6 ſæpe. & alios quos allegat. Ex quo plurimũ vereor † ne non rectè inferatur eiuſmodi Statuto tolli beneficium excuſsionis, licet ita ſentiat Aret. conſ. 127. nu. 3. Alex. conſ. 114. n. 8. vol. 6. Soc. d. conſ. nouiſsime Rol. a Val. conſ. 69. nu. 25. vol. 1. vbi re-
7 ceptã ſententiã affirmat: † Falsũ. n. mihi videtur iſtius concluſionis aſsũptũ quod excuſsio ſit de apicibus iuris, & falsò huius ſententię allegatur gl. in l. ſi mancipium. ff. de euict. neq; hoc ibi notat Bal. de exceptione excuſsionis, ſed de exceptione ordinis; vnde collectio vera eſt de exceptione ordinis habẽtis cauſã à ſubtilitate iuris, nõ de exceptione ordinis ab ęquitate deriuãtis, & ideo aliter, & rectius eã gl. intelligit Cor. cõſ. 55. n. 28. vol. 5. vt procedat in exceptione, quę ſolũ ordinẽ, ſolãq; pręposterationẽ reſpiciat, ſequitur Natt. cõſ. 521. n. 5. vol. 3. & licet Rom. cõſ. 416. nu. 1. contrarium conſuluerit, tamen in. l. ſi conſtante. ff. ſol. ma. fatetur ſe male conſuluiſſe, & conſ. 211. fatetur eſſe iuſtam, non friuolã exceptionem, & vt opinor rectè probatur ex auth. de fideiuſs. in prin. ibi. *neq; negligens Debitoris interceſſoribus moleſtus ſit*; & ibi. *Quid enim ei in extraneis erit à debitore completo?* non enim ordinem, ſed eius rationem

ſpectare debemus arg.l.verum.ff. de furt. & in hac quæſt. tradit Aym. conſ.263 nu.1.ver.ſed præmiſſa ac exiſtimare an ea ſubtilitate iuris nitatur, vel æquitate, & tantum abeſt, vt ſit de apicibus iuris quod iure digeſtorum nulla æquitate ſubſiſtente ſecũdum iuris apices daretur electio.l.iure noſtro. C.de fideiuſſ.l.2. C.eod.nititur enim quia vterq; in ſolidum eſt obligatus, & eſt
8 ex ui contractus † à qua propter meram iuris ſubtilitatem rece
9 di eſt inauditum, cum eadem ſubtilitate conſiſtat; & † ideo inductio excuſsionis non eſt ſecundùm iuris apices, ſed ſecundũ meram æquitatem. eſt enim legitimi iuris emendatio nam hoc remedium adhibet Iuſtin. non quaſi ſubtilitatem, ſed quaſi ſtri-
10 cti iuris emendationẽ: † Omnis namq; emendatio nititur æquitate, vt apud Ariſt. 5. Ethy.c.x.id quod Iuſtin. inſinuat quaſi æquum ſit ſine damno creditoris debitorem ipſum prius excuti
11 † Adhibetur quidem fideiuſſor, quo magis ei conſultum ſit.l. 5 §. ſatis acceptio.ff. de ver.obl. & in tuto creditum ſuum conſtituat.l.1. & 2.ff. q.ſat.cog. at debitore exiſtente ſoluendo iã in tuto creditum eſt, & quaſi abundans cautela videtur adhibita fideiuſsio. Itaq; in tantum nõ eſt inuentum à Iuſtiniano beneficium excuſsionis ſecundùm apices iuris, vt maximè ſubtilitatem iuris emendet, ac eoſdem apices ex bono, & æquo retundat, & licèt uideatur exceptio ordinis, ratio tamen ſubtili iure non nititur, & ideo falsò affirmant ſupra relati ex eo ſolùm quod ſit exceptio ordinis eſſe de apicibus iuris. Quare qui in contraria ſententia ſunt mihi quidem rectius ſentire videtur vti Corn.d.cõſ.55.n 28.vol.3.Natt. de conſ.521.n.17.vbi huius ſententiæ citat Claud. Aq. in.l. decem. ff. de ver. obl. Georg. Nattam in clem.ſæpe.de ver.ſig vbi ita dicit ſe obtinuiſſe. Plu
13 res refert Aym.d.conſ.263.n.3.verſ. eandẽ; † ſed tamen videtur mihi præter varias conciliationes, quæ apud hos habentur ita poſſe inter has opiniones de iure diſtingui. Quod vel fideiuſſor adhibitus eſt propter facilitatem conueniendi, vt pote quia debitori competeret exceptio fori declinatoria, & eo caſu exceptionem non factæ diſcuſsionis prorſus reijciendam cenſeo: exẽplo ſit, ſi laicus contrahat cum clerico, & exigat fideiuſſorem laicum, poterit vtiq; fideiuſſorem coram iudice ſeculari conuenire, ſpec.de comp.iud. adit.§.generaliter.nu 26. Bal.in.l.5.nu.

x.c.de

2. C.de priu. dot.an poterit fideiuſſor opponere exceptionem di ſcuſsionis? minime quia interceſsit ad facilitatem conueniendi, & ſi opponere poſſet, afferret prǽiudicium creditori, cùm tamen excuſsio eam ęquitatis rationem habeat, vt in eo quod tibi non nocet, & mihi prodeſt, gratificari debeas arg. §. religioſú. inſt. de re. di. Hęc verò ratio tùm militat cùm eadem eſt. in conueniendo, ac in exigendo facilitas; tunc enim creditori rectè obijcitur, exigas à principali; quia ſine ullo incommodo tuo mihi commodum facies; quæ ratio tota in æquitate, non ſubtilitate fundatur, & in hac ſpecie iniquum eſt, eiuſmodi reijcere exceptionem, ſed admiſſa quidem debet ſummatim tractari, ac de ea cognoſci arg. eorũ quæ tradit Bart. in. l. 1. ver. non obſtat. ff. iud. ſol. & ita procedit ſententia D. Molignati quam refert Aym. d. conſ. 263. nu. 2. nempè ex ſuppoſitione. quod exceptio admittatur, alioquin iure ab eodem Aymonio reprehenditur, & hanc diſtinctionem æquiſsimam puto, nam rem omnem ad eam ſimplicitatem, quam legibus amicam eſſe prędixi, redigit; quę ſimplicitas quaſi quædam bonitas eſt, nulli nocens nullique ſine cauſa moleſtiam inferens. Ad eandem ſimplicitatem pertinet, vt
14 quam fieri poſsit pauciores leges condantur: † iſthæc enim quaſi quędam paucitas eſt optima legum comes, vt diu uiuant, non facile mutentur, non contemnantur. Qui leges infinitas
15 condit id agit, vt quis aliquam earum facilè offendat. † Multitudo legum illaqueat potius quàm legitimè deuinciat, quia non facile omnes obſeruare poſsimus, eaq; res inconſtantiam illam parit, qua leges ſępe mutantur, vel in diſſuetudinem abeunt. Porrò legum authoritas, ſiue maieſtas in contemptum ſæpe vertitur, quod inconſultò condantur ab ijs quo neq; legum eſſentiam intelligunt, nec circumſtantias aduertunt, & vt non ſano
16 conſilio ſuadentur; ſic velut infirmę facile cadunt. † ſimili ratione breuitas in verbis deſideratur, & rectiſsimè Iuſtin. breui ſermone leges ſcribi pręcipit. l. 1 §. quibus. C. de nou. eod. fa. non tamen ea eſſe debet, quę obſcuritatem afferat; nam vitioſa foret, vt monet Quinct. lib. 8. c. 13. nam inde multitudo interpretationem prodit, quę fons, & origo, eſt litium, ac controuerſiarum. At breuitas quæ iam dilucida legibus eſt amica, à qua Iuſtin. in nouellis conſtitutionibus deflectens velut ſuę viſionis

nis immemor, in impolitas, ac prolixas receſsit narrationes. Neque breuis legiſlator eſſe poterit, niſi vim verborũ nouerit, & dicẽdi artẽ optimè callueri t. Quartò adiungitur legi, vt ſit poſsibilis. c. erit. diſt. 4. & licèt dicat ibi Iſid. erit autem lex honeſta, iuſta, poſsibilis ſecundum naturam. &c. honeſtum & iuſtum ſunt quid intrinſecum legis non adiunctùm. Solon (vt ſcribit Plut. in eius vita) ita dicebat. *Decet in ferendis legibus poſſibilitatis, & facultatis rationem habere, ſiquis malit vtiliter*
17 *in paucos, quàm ſine vtilitate in multos animaduertere*. † Et quidem poſsibilitas in lege meritò deſideratur. Primùm, vt remoueamus impoſsibilitatem, nam ſicut ab actibus legitimis reijci-
18 tur, ab ipſa lege multò magis reijciatur: † conditiones enim impoſsibiles pro non adiectis habentur. l. obtinuit. ff. de cond.
19 & dem. † eſt autem multiplex impoſsibile, veluti ſecundum naturam, vt digito cęlum attingere. d. l. obtinuit, ſecundum factũ, vt illud infectum reddere. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſt. reu. ſecundum bonos mores, vt ſpurios, ad ſucceſsionem generaliter admittere, quod inuitaret ad adulteria, & futuri doli remiſsionem contineret. arg. l. ſtipulatiò hoc modo. ff. de ver. obl. Impoſsibile de iure, vt ſi quid contra ius, vel vtilitatem publicam reſcribatur. l. vlt. c. ſi contr. ius. vel uti. impoſsibile contra dictionis, vt vbi ſit aliqua repugnantia. l. vbi repugnantia ff. de reg. iur. l. ius noſtrum. ff. eod. tùm impoſsibile propter perplexitatem, quę nos in alteram partem abire nõ patitur. l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tut. Hæc genera impoſsibilium declarat Bal. in l. eam quam. C. de fideic. nu. 32. Verùm non tantùm hoc exigitur ad impoſsibile remouendum, ſed etiàm, vt ab omni difficul
20 tate declinemus; nam † quod nimis arduum eſt, ac difficile ſolet quaſi impoſsibile reputari. § fere. vbi gl. inſt. de re. di. tùm docet Plato lib 4. de legi. tales leges eſſe debere, quas multitudo, & populus libenter ſuſcipiant: nec ardua, aut violenta lex ferri debet, ſed quoad fieri poteſt, lenis, ac ſuauis. Nam ſicut in arte medica ille cæteris habetur peritior, qui nullo dolore, vel certe cum minori corpora ſanitati reſtituit, ita legiſlator ille cęteris ſemper erit præferendus, quo legum farmaco publicam ſalutem cæteris ſuauius aſſequitur. Id tamen perpetuum non eſt: vti enim in morbis acutis medicamen-

ta

ta, quę dolorem afferunt, tutiora ſunt; ſic vbi aliquando ho-
minum malitia creſcere viſa fuerit, legum ſæuitia vtendum
21 erit, † ſed nec quidem abſolutè, verùm cum benignitatis
temperamento. l. reſpiciendum. ff. de pœn qui locus ſum-
22 mopere eſt conſiderandus: † duò enim ex eo inferuntur;
alterum quod ſola nudaque ſæuitia etiam in atrociſsimis ad
iniuſtitiam deſcendit, quia homo ſæuit in hominem, nec
iuſtitia eſt ab altero, ita humanitatem omnem diuellere, vt
alterum obliuiſcatur hominem eſſe. Alterum, quod nemo
tam impius haberi poteſt, quem, ſi vel legem fomitis parum-
per conſideras omni, dum viuit, miſeratione indignum iudi-
ces, & vltima ſupplicia benignitatis mixturam admittunt,
& meritúris quędam ſolatia deneganda non ſunt. Quare quod
dixi poſsibilem legem eſſe debere, facilitatem, ac benigni-
23 tatem quandam conſequitur. † Quinctò itaque loco beni-
gna interpretatio legi videri poterit coniunctiſsima, & ſicut
actus agentium ex benigna interpretatione ſępenumero ſu-
ſtinentur. l. quoties de reb dub. l. ex hac ſcriptura. ff. de
don. ſic ipſęmet leges benigna interpretatione ſępe adiuuan-
tur. l. benignius. in f. eod. & ad iuſtitiam, non tantùm ad
tutelam pertinet begnigna interpretatio, quod Marcellus do-
cuit in. l. proxime. ff. de his. quæ in te. del. dicens. *In re du-
bia benigniorem interpretationem ſequi non minus eſſe iuſtum,
quàm tutum.* Quare amica legi eſt, tanquam iuſta, & tan-
quam tuta, & ideò qui ad duriorem intepretationem acci-
dunt non tam à pietate, quàm à iuſtitia ipſa recedunt, nam
exaſperandę interpretatione non ſunt leges. l. interpretatio-
ne. ff. de poen. Sexto & ultimo loco ſimili ratione mi-
nimum, vel exiguum coniunctionem quandam retinet cum
lege, de quo late ſcribit Tiraq. tract. de iud. in rub. exig.
24 † In obſcuris enim leges ſequuntur quod eſt minimum. l. ſem
per in obſcuris. ff. de reg. iur. Nemo autem id ſequitur, quod
25 odio habet. † Sed hęc regula non obtinet abſolute, ſed in ſub
ſidium, vt tradit gl. in. c. in obſcuris. de reg. iur. in 6. Dec. in. d.
l. ſemper, & probatur in. l. ſemper inſtipulationibus, ff. eod.
Nam primò inſpicimus quid actū eſt, ſecūdò quid vero ſimilius
tertiò quid fieri ſolitū, poſtremò quid minimum, quę regula in

legatis, in pœnis, in contractibus ſibi vendicat locum, vt ibi proſequitur Dec. quod minus, ad rem noſtram petinet. De ratione quęrendū eſt reſpectu legis. Gloſſator ait, quia in maiori ſumma ſemper ineſt minor l. 1. §. ſi ſtipulanti ff. de ver. obl. Dec. ibi nu 2. opponit quod ratio hęc non ſit generalis, ſed ſummas duntaxat reſpiciat. Sed etſi diuerſa ſit cauſſa quantitatis, & ſpeciei,
16 † regula tamen geometricam admittit proportionem, non arithmeticam tantùm, ſecundum quam ſemper verum erit in maiori ineſſe quod eſt minus, & ideò cui licet quod eſt plus licet etiam quod eſt minus. vt not. in auth. multo magis. C. de ſacr. eccl. Dec. ſpeciales affert rationes in contractibus, in legatis, in pœnis: ſed mihi videtur generalis inquirenda. Ea ex præcedentibus ita deſumitur. Benigna interpretatio eſt, amica legi, ſed benigna interpretatio ſequitur minimum, ita minimum, ex beni
17 gnā interpretatione, cum lege connectitur; † ſiue enim in ciuilibus, ſiue in criminalibus de alicuius condennatione, vel abſolutione quęratur reo magis quàm actori eſt fauendum. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. Nam benignitas in condemnando nulla eſt, niſi quatenus remittitur de rigore iuris, & ita tota conſiſtit in abſoluendo, vel ſimplicet, vel ſecundum quid. modò qua ratione in dubio reus debet abſolui, non condemnari. l. qui accuſare. C. de ede. l. vlt. c. de prob. l. non puto. ff. de üir. fis. ita in dubio ſi quęratur de maiori, vel minori pœna, vel ſumma ad minorem declinare debemus. l. interpretatione. ff. de pœn. l. Arrianus ff. de verb. obl. d. l. ſemper in ſtipulationibus, & de quolibet ita præſumimus, vel ne deliq̄rit. l. merito. ff. pro Soc. vel ſi deliquit, vt minus deliquiſſe videatur. Aret. conſ. 80. n. 6. ſic & in ciuilibus dicimus aliquē nō eſſe obligatū, vel in minori ſumma, ac ita minima legibus ex benigna interpretatione conciliāntur. quia nō poſſunt leges benignā ſequi interpretationē quin etiam in re obſcura, per eam perducantur ad id, quod eſt minimum. Non deſunt alia legū affinia, atq; coniuncta. ſed vbi de ijs, quę legi repugnant, tractatum erit, ex oppoſitorū ratione eorundē plenam cognitionem aſſequimur arg. inſt. de ijs. qui ſunt ſui, vel al. iur. Itaq; de repugnantibus dicam: nihil enim odio proſequimur. quin eius contrarium amęmus, quoniam illud ſemper erit optimum, cuius contrarium erit peſſimum.

De

De iis, quæ legi repugnant, ac primum de iis quæ formæ ipſius aduerſantur. Cap. VIII.

1 Quædam legi repugnant, à fine non nulla auertunt aliqua in teritum afferunt, vel inanem reddunt.
2 Iniuriam facere eſt ſua ſponte noſcere contra legem.
3 Melius eſt iniuriam pati, quàm inferre.
4 Vnde iura naſcuntur iniuriarum occaſio naſci non debet.
5 Principium conceſſiones ſine alicuius iniuria factas interpretamur.
6 Iniquitas inæqualitas eſt dupliciter delinquens.
7 Plus & minus quattuor modis dicitur:
8 Arbitramenti iniquitas à iudice bonæ fidei corrigitur.
9 Obtinens ſententiam iniuſtam poteſt denunciare Eccleſię.
10 Ius ſuum cuique tribuere non ſolùm in definitione eſt iuſtitiæ ſed inter præcepta iuris.
11 Sententiam contra ius litigatoris latam publicæ vtilitatis habet rationem, vt valeat: & ius conſtituit. nu. 13.
12 Iuris diſciplina demonſtratione carens in probabili rerum poſita eſt diſceptatione.
14 Iudici, vt ius cuiq; tribuit, duplici uia conſulitur.
15 Legibus non exemplis eſt iudicandum.
16 Sententia contra caſum legis, vel conſtitutionis non valet.
17 Notoria iniquitas reddit ſententiam nullam.
18 Sacerdos iuris quando quis dicatur:
19 Frauus & ratione doli & fraudis legi aduerſatur:
20 Inhumanitas legi aduerſatur, ac eam vitioſam reddit.

VIDETVR autem generaliter diffiniri poſſe ea omnia repugnare legi, quę ſi in lege reperiantur eam uitioſam cōſtituunt, & quaſi ad non legem redigunt: nullum enim uitium
1 in recta ratione eſſe debet. † Sed ea, vel maxime legi repugnāt, quę formę ipſius aduerſantur, cuiusmodi ſunt ea omnia, quibus

lex ad iniuſtitiam flectitur, adeò, vt corrumpatur, & lex eſſe deſinat. Iniuria, iniquitas, fraus, inhumanitas in hoc genere collocanda ſunt: Quædam verò à fine leges auertunt; veluti incertũ ambiguum, infinitum, ſubtilis diſputandi ratio, cauillatio inutile; Quædam eidem interitum afferunt, vt deſuetudo, contraria lex, abrogatio; Quędam ſauciant; vt correctio, derogatio, eluſio; Quædam inornatam reddunt, vt ſuperfluum. Videamus de ſingulis diligentius ac primùm de ijs, quæ formę ſeſe opponunt. Iniuria quidem adeò contra legem eſt, vt rectè dixerit
2 Ariſt. 1. rhetor. † *iniuriam facere nihil aliud eſſe quàm nocere ſua ſponte contra legem:* Et Plato. 3. de legi. Iniuriam elationis laſciuię filiam dixit, & iuſtitiam è contra ſine temperãtia ortum
3 habere non poſſe. † Et ſapienter dictũ eſſe *melius iniuriam pati, quàm inferre,* quia inferentes praui, iniuſti, & indigni honore reddũtur: patiẽtes uerò lędũtur quidẽ, non autẽ indigni, vel improbi fiunt. Vt ergo iniuria procul eſt à iuſtitia, ita à legibus abeſt. Quare mexime cauendum eſt ne lex iniuriam contineat, quoniam aliquid ſibi maximè repugnans contineret; &
4 ideò rectè dictum eſt † vnde iura naſcuntur, iniuriarum occaſionẽ naſci non debere. l. non debet. l. meminerint. c. vnd. ui. Hinc
5 eſt, † vt conceſsiones principum ſine alicuius iniuria factas ſemper interpretari debeamus l. nec Auus. C. de emanc. lib. l. 1. ff. de fund. dot. l. cùm filiusfamiliàs. ff. de mil. te. Quod ſi ius tertij, vel modicum lædant pręſumendum erit ad partis importunitatem emanaſſe, ac ita intelligo Rom. conſ. 436. n. 19. Dec. conſ. 576. n. 12. Gram. decis. 65. n. 31, & alios omnes, qui aſſerunt, quod reſcriptum emanans ad poſtulationem partis ob eiuſdem importunitatem emanaſſe credatur, vt verum ſit, ſi alicuius cõtineat iniuriam. Hinc deſcendit illud iuris pręceptum. *Alterum non lædere.* §. 1. inſt. de iuſt. & iur. hinc emendandę iniurię cauſſa iudicium, ſiue actio prodit; nihil enim aliud eſt iniuriã facere, quàm facere contra legem, ideoq; lex iniuriam veluti quid ſibi contrarium inſequitur toto tit. ff. & inſt. de iniur. & pręſertim in. §. pœna autem: Atq; ideò legem ferre, quæ concontineat iniuriam eſt non ferre legem, ſed decretum iniuſtum. Secundò loco iniquitas etiam legi repugnat, nam ſi dicimus ius eſſe artem boni, & æqui, ideſt iuris ſtudium, non poterit ius ipſum

ſum, ſiue, lex eſſe niſi quatenus bona, & ęqua arg. l. 1. ff. de
6 iuſt. & iur. † Eſt autem iniquitas quędam inæqualitas, quæ dupliciter delinquet plus, vel minus tribuendo; qui ſuum tribuit, ille ęqualiter tribuit, ac ideò iuſtus eſt, cùm iuſtitia tribuat cuiq;
7 ius ſuum inſt. de ius. & iur. in prin. † Plus autem, & minus dicitur quatuor modis, re, loco tempore, cauſſa. §. plus autem. inſt. de actien. Sed videtur ne non iniquum iuri aduerſetur; nam. & ius eſt, vt iniquę ſententiæ pareamus. l. ius pluribus. ff. de iuſt. & iur, tùm & ſententię Arbitri. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de re-
8 cep. arb. licèt ſecus ſit in arbitramento, † cùm ipſius manifeſta iniquitas per iudicem bonęfidei corrigatur. l. inde ſi Neruæ. ff. pro Soc. & reductio petitur ad arbitrium boni viri, vt per Bart. in. l. ſocietatem. §. arbitriorum. ff. pro ſoc. Quid autem dicemus de ſtatutis prohibentibus lauda redargui de iniquitate, aut reductionem peti ad arbitrium boni uiri? Si legi repugnat iniquitas quomodo hanc patitur iniquitatem? Qua etiam ratione fit, vt ſententia iniqua, etiam vbi opponatur de iniquitate, & ea detegatur, nihilominus executioni mandatur, vt plene habetur
9 apud Affl. decis. 28. per totam, † cùm tamen ille, qui obtinuit ſententiam iniuſtam, poſsit Eccleſię denunciari. Abb. in. c. nouit. de iud. & in foro conſcientię non facit ius, vt tradit Inno. in c. quia pleriq;. de immu. Eccl. & tradunt canon. in. c. inter cętera. de reiud. & Affl. d. dec. 28. Sed extat caſus legis clarus, in. quo ſententia contra ius litigatoris valet. l. 1. ff. q. ſent. ſin. app. res. Maximam res iſta habet dubitationem. Vrget litigator, cui non tribuitur ius ſuum, ſed de iure ſuo detrahitur, id quod iniuſtum eſt; at quomodo lex ſententiam iniuſtam perduci patitur ad effectum. Auget dubitationem quà ſi ſententia contra caſum legis, vel conſtitutionis non tenet. d. l. 1. ſimiliter, & contra regulas Iuris. Dec. conſ. 8. num. 1. Ruin. conſ. 41. nu.
10 16. vol. 1. † ius ſuum cuiq; tribui non tantùm eſt in diffinitione iuſtitię, ſed inter iuris pręcepta, quaſi principium quoddam non tantùm tanquã regula relatũ. Opinor in hac re quãdã publicę, & priuatæ vtilitatis contentionem verſari, ſicut in vſucapione demonſtraui, lites finiri publicam continet vtilitatem, de iure liti-
11 gatoris; detrahi priuatã. Itaq; † ſentẽtiã cõtra ius litigatoris latã valere, rationem publicę vtilitatis habet. l. 1. ff. de vſuc. l. 1. ff. de

re iud. Quod ſi eo prętextu ſententię reſcinderentur, magna
12 litigandi prębèretur occaſio. Adde quod † cùm hęc noſtra di-
ſciplina demonſtrationibus careat, vt monet Ariſt. 1. Ethy. c.3.
tāquam in probabili rerum diſceptatione poſita ſit, iuſtum illud
abſolutum in particularibus controuerſijs conſtituere plurimū
13 difficile eſt, ſed † quia valde neceſſarium eſt finem controuer-
ſiarum facere, iuſtum fuit ſententiam, etiā iniquam ius conſti-
tuere inter partes, quia honeſtius fuit aliquem priuatum in gra
tiam publicæ quietis de iure ſuo remittere, quàm vnius cauſsa
vniuerſam Rempublicam litibus inquietari, quod iam cum tot
ſententię quot pœnè capita ſint hoc diffiniri vllo tempore poſ-
ſit. Et in propoſita ſpecie non tàm ab ipſo litigatore ius ſuum
aufertur, quàm quod ipſe ciuitati debitum ius tribuere cogatur
in quo nō aliqua iniquitas, ſed ſumma ſpectatur iuſtitia. Quod
14 ne deterius producatur † duplici uia in iure noſtro occurritur:
15 Altera eſt ne † quis exemplis iudicet, ſed legibus. l. nemo iu-
dex. C. de ſent. & inter. quia ſecundùm leges iuſtum iudicium
feret, etſi alij aliter iudicent, ipſorū nō noceat exemplū. & licèt
etiam rerum iudicatarum magna ſit authoritas. l. nam Impera-
tor, inf. hoc tit. illud tamen in dubijs queſtionibus obtinet, non
vbi earum detegitur iniuſtitia. Altera etiam occurritur via,
16 † ne valeat ſententia contra caſum legis, vel conſtitutionis d. l.
1. quia alioquin leges eluderentur, & contra conſilium Ariſt. 1.
Rhet. omnia iudicantium arbitrio commiſſa uiderentur, neq;
17 leges magiſtratibus, ſed ipſi legibus præeſſent. † Notoria itaq;
iniquitas reddit ſententiam nullam, vt plene not. in d. c. inter. in
l. 1. C. de err. calc. Ita ſit expreſſum errorem facti contineat per
relationem ad acta Alex. conſ. 223. n. 7. vol. 1. vbi de communi
idem conſ. 77. nu. 16. uol. 3. Soc. conſ. 99. n. 13. vol. 3. ut pote iu
dex ex tali ſententia agentem repellere ex officio. Rom. conſ.
42. nu. 4. quia intelligit ſe reijcere id, quod plurimùm legibus ad
18 uerſatur: & ideo † tunc verè ſacerdos iuris erit, cùm ius ipſum
ad iniquitatem declinare, vel iniuſtitiæ labe contaminari non
19 patietur. Tertiò loco † fraus etiā legi aduerſatur non tantùm
ratione doli, qui in priuatis negotijs ſępe committitur ad tit. ff.
de dol. ſed ratione fraudis, quę aduerſus legem ipſam excogita-
tur, de qua in. l. non dubium. C. eod. & infra dicemus in. l. con-

20 tra.&.l.fraus.hoc tit. † Inhumanitas etiã aduerſatur legi, eamque vitioſam reddit, quo nomine notatur velut inuida lex furia caninia. Inſt. de l.fur.can. tol. nam quatenus etiam in ſumma ſæuitia temperamentum deſiderat benignitatis.l. reſpiciendum. ff. de pœn;eatenus ab omni inhumanitate abhorret. Quid verò magis contradicit, quàm leges humanas inhumanas eſſe; nã ad humanam conditionem reparandam, quę vitijs labitur, nihil quod vitioſum ſit, erit accomodatum, ſed ipſa lex tanquam recta ratio hærens mediocritati, & nulla ex parte ad extrema declinans ſola eiuſdem ſaluti proſpiciet.

De iis, quæ legem à fine auertunt, ac primùm de incerto, de ambiguo, de infinito. Cap. IX.

1 *Fine adempto, ordo quo cuncta ordinantur, deletur.*
2 *Ius incertum nec finem controuerſijs facit, nec ius tribuit:*
3 *Incerti vitium iudicis, & arbitri reddit ſententiam nullam.*
4 *De omni incerto non eſt idem ferendum iudicium.*
5 *Pater dotem promittens propriam agnoſcit obligationem.*
6 *Declaratur.l.1.C.de dot.prom.*
7 *Non omne incertum ex diſpoſitione iuris reddit actũ nullum.*
8 *Perpetuam habens ingratitudinis cauſſam legem vitiat.*
9 *Incertitudo, uel vitium, vel periculum legi affert.*
10 *In lege incerta lata nullæ ſunt iudicis partes.*
11 *Lex non ex verbis, ſed ſententia conſiſtit.*
12 *Declaratur l.1.C.de uſur.*
13 *Incertum in quo differat ab ambiguo.*
14 *Declaratur.l.in ambigua.ff.de legi.*
15 *Lex in finem ſuum tendens infinitum debet abhorrere*
16 *Infinitum quibus in caſibus toleretur.*
17 *Probatis extremis præſumuntur media habilia.*
18 *Aduerſus dolo poſsidentem datur iuramentum in infinitum: ſed à iudice taxatur. nu.27.*

19 *Infinitum aliud ſecundum perfectionem, aliud per contrariũ.*
20 *Quod infinitum ex Ariſt. naturæ contradicat.*
21 *De infinito, vel in lege, vel conuentione quæri poteſt.*
22 *Infinitum legis auocans à fine, non ad eum perducens, euitatur, & num. 29.*
23 *Statutum, vt cauſſæ inter coniunctos perpetuò compromittantur valet, & quàm habeat rationem.*
24 *Statuto ſi Arbitro detur prorogandi poteſtas, poterit quoties opus erit, prorogare.*
25 *Vſus fructus cur certis finiatur modis.*
26 *Actio redhibitoria, & ſtipulatio damni infecti cur ex conuentione producantur.*
28 *Intereſſe cùm in facto conſiſtat, nec eodem modo ſe habeat, vniuerſaliter non poteſt definiri.*
30 *Ex infinito euitando quæ inferantur.*
31 *An promittens quem toties quoties repræſentare, teneatur in infinitum.*
32 *Opinio Authoris refertur.*
33 *Declaratur. l. ſi ita. ff. de fideiuſſ.*
34 *Legatum perpetuum an Teſtator relinquere poſsit.*
35 *Legatum perpetuum non durat vltra centum annos.*
36 *Pactum, vt nullo tempore diuiſio fiat, non valet.*
37 *Conuentio contra communem vtilitatem non valet.*
38 *Quæſtio omnis de infinito à legis fine determinatur.*

QVAEDAM deinde ſunt, quę legem ad finem ſuum peruenire non ſinunt, quem cùm lex appetat, ab eo diſtor-
1 quendo quaſi iniuria quadã auertitur. † Fine autem adempto deletur ordo, quo cuncta diriguntur, & ordinantur in eum. Quare lex, quę eſt ordo quidam quatenus auerſa à fine, ad non legem redire videtur: nam fruſtra poſita erit. Primùm autem vitium videtur incerti, cũ enim ius certũ eſſe debeat. l. 2. ff. de iur. & fact.
2 ign. vt † finem controuerſijs faciat. l 1. ff. de re iud: & cuiq; tribuat quod ſuum eſt, neutrum facere poterit, ſi erit incertũ, quia cùm incerta legis ſententia eſt, nulla controuerſia, nullaq; diffiniri quęſtio poteſt, & princeps adeundus eſt. l. & ideo. inf. hoc. tit. & ita propter incertitudinem à ſuo auocatur fine, quia publi

cam

eam non conſequitur vtilitatem. Adeò autem incertitudine lex
3 vitiatur, vt actus etiam legitimi vitientur: † nam incerti vitium reddit ſententiam nullam tùm iudicis, tùm arbitri. l. 3. & 4. C. de ſent. quę ſin. cert. quan. l. quid tamē. §. Pōponius. ff. de recep. arb. Quod ſi omnimodo iudex curare debet, vt certā ſentētiā ferat. §. curare. inſt. de act. qui ius dicit inter duos, quò magis enitendū hoc erit legiſlatori, qui ius ſtatuit inter omnes. Sed tamen
4 ſciendum eſt † non de omni incerto idem ferendum eſſe iudiciū, & in ijs, quæ ad priuatos pertinent quoddam eſt vitium incerti, quod arbitrio boni viri poteſt facile reparari, vt ſi dos à patre promiſſa ſit certa quantitate non adiecta. l. cum poſt. §. gener.
5 ff. de iur. dot. aliud eſt ſi ipſa mulier promittat: † Cùm promittit pater propriam videtur agnoſcere obligationem, quia iudicis officio ad dotandū poteſt compelli. l. qui liberos. ff. de rit. nup. l. ſi pater. C. de dot. prom. & mulieris intereſt patris promiſſionem redigi ad effectum, quem ſi non vrgeas ex promiſsione, compelles ex officio. At cùm ipſa mulier dotem promiſit, quia matrimonium ſine dote eſſe poteſt, imputet ſibi vir, qui quantitatem, vel ſpeciem exprimi non curauit, neq; enim hic damnum mulieris aliquod imminet, ſed commodiſsimum ſit ex inutili
6 dotis promiſsione collocari in matrimonium, ac † ita planè intelligi debet. l. 1. C. de dot prom. quod & Accur. cōſiderauit licèt non fixerit pedes, & falſum cenſendum eſt quod ex ea lege
7 inferatur non dari duorum ſpecialium concurſum. Rurſus † incertum omne, quod ex iuris diſpoſitione, vel ex aliquo veriſimili poſsit certudinarie declarari, non reddit actū inutilem, vt latè probat Aym. conſ. 162. per totum: ex quibus infertur de eo, quod eſt abſolute incertum, quod prędixi, accipiendū fore, quod argumēto poſſeſsionis cōfirmatur: nam res incerta ratione loci, vel quotæ dūtaxat poteſt poſsideri, vtroq; modo incerta nō itē, quia iam eſt abſolutè incerta. l. locus vbi not. ff. de acq. poſſ. &
8 Bal. in. l. liberti. nu. 9. C. de op. lib. docuit † quædam habere cauſam incertitudinis perpetuam, quędam verò temperalem, & priori modo ſemper vitiare, poſteriori non ita, ſed ſi non declaretur congruo loco, & tempore. Hæc vt ad propoſitum noſtrū trāſferamus conſtituendum eſt legiſlatorem quantum fieri poſsit le-
9 gem certam ferre debere † cùm incertitudo aut vitium, aut

ſaltem

ſaltem periculum legis ſit allatura, vt ſi non ſit vitium in lege, ſit ſemper in legiſlatore, vt eo nomine redargui poſsit: quando qui dem vel iudici offeretur occaſio pro arbitrio interpretandi, vel iureconſulto ſuper ea re venalia reſponſa reddendi, & vtrumq; eſt periculoſum, aut lege quaſi inutiliter poſita Princeps erit adeundus. Sed ius dicentes monendi ſunt, ne ſuum arbitrium interponant, vbi ſententia legis non eſt certa l. non poſſunt, vbi dicam
10 infr. eod † quia nullę ſunt iudicis partes incerta lege lata, quoniam ea pro non lege habetur; quod tùm verùm eſt, cùm incer-
11 ta ſententia legis eſt, † cum lex non ex verbis, ſed ſententia cõſiſtat l. ſcire. inf. eo d. atq; ideò eo caſu ſit abſolute incerta, & qui optimam legẽ ferre deſiderat, certam ferat, quęq; expeditum habeat intellectum; nam ius quo certum, & ſine controuerſia eſt, optimum ius appellatur; ſic Antonius vſuras per ſtipulationẽ
12 promiſſas *optimo iure deberi*: reſcripſit † in l. 1. C. de vſur. id eſt certo & expedito iure. ſic Vlp. in fragm tit. de legat: ius legato rum per damnationem optimum appellauit, quod certius eſſet,
13 & ſine controuerſia; Proximum huic eſt vitiũ ambigui † quod à ſuperiori differt, quia illud in re, hoc ſermone conſiſtit; eſt autem ambiguum verbum, quod ad plura poteſt referri, cùm tamen ad vnum ſit referendum, vt probat. Soc. in. l. in ambiguis. nu. 2. ff. de reb. dub. per. l. ſi ſeruitus. ff. de ſer. vrb. præd. vbi Põp. ambiguam ſcripturam dixit, qua cautum eſt ne luminibus officeretur; quia dubitatur vtrum cautum ſit, ne ijs luminibus officiatur, quę nunc ſunt, an etiam ijs, quę poſtea etiam fuerint, & ait *humanius eſſe verbo generali omne lumen ſignificari:* Ex quo loco notatur verbum quod quaſi genus ad plura refertur, ambiguum eſſe; eò tamen ambigua diſtant ab incertis, quod non ita
14 facile vitiant legẽ propter regulam Celſi † in. l. in ambigua inf. hoc tit. vbi conſtituit. *In ambigua voce legis eam potius accipiendam eſſe ſignificationem, quæ vitio caret, præſertim cùm voluntas legis ex hoc colligi poſsit*. apud quem de ambiguis latius dicam. Vitium ambigui legitur in. l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tut. reddit enim inutilem diſpoſitionem cum nulla coniectura declarari queat, & à fine auocat. Tertio loco ſeſe offert infinitum, quod ſimiliter vitandum eſt in. l. vni. C. de ſent quæ pro eo ubi not. omnes c. 2. de reſc. in 6. & ibi gl. l. omnes. l. ſicuti. c. de preſcr.

ſcr trig.vel.qua. an.tradit Bar.in l.qui bona.§.vlt.ff.de dam.inf.
15 & quidem † cùm lex in finem ſuum tendat neceſſe eſt infinitũ abhorrere : ſed tamen in iure ciuili Romanorum non ita ſem-
16 per ſe habere videtur, vt infinitum abhorreat : † exceptiones.n. ſine vlla temporis pręfinitione nobis competunt. l. pure. §. vlt. ff. de dol.mal.& met. excep.& dici ſolet quę ſunt annalia ad agẽdum perpetua eſſe ad excipiendum.l.licèt. vbi not. Bar. & Bal. C.de except. Tùm emphyteoſis in infinitum poteſt concedi, vt not.in.§. alienationis, &.§. Emphyteoſim.auth. de non alien. & feudum in infinitum maſculis conceditur. c. 1. §. pen. de his qui feud. da.poſ.in vſib. feud. tùm dominia ſunt perpetua, & in quoſcumq; ſucceſſores deſcendunt, præſertim ſuos hęredes.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth. ex quo infert Bal. in.d.l.vni. quod ſi probetur maiores meos mille annis iam elapſis poſſediſſe, & nõ probetur alium medio tẽpore poſſediſſe, ex hoc infertur quod ſum Dominus; quia dominium quod non aufertur, perpetuum eſt.l. nec vtilem.ff.ex qui.cau.ma.quod licet verum ſit, apud me ta-
17 men aliam habet rationem, videlicet † quia cum probatis extremis media præſumantur habilia; vt tradit Bart.in.l.Celſus.ff. de v ſuc.not.in.c. inter dilectos.de fid. inſtr. Alc.de preſump.reg. 2 pręſump.22. tùm etiam & qui olim poſſedit hodie poſsidere pręſumantur, vt not. in.l.ſiue poſsidetis.c.de prob. in. c. cum ad ſedem.de reſt.ſpol.late Alc.d.reg.2.præſump. 21. Tanti temporis poſſeſsio acquirit dominium, non quia ſola poſſeſsione, quæratur cùm debeat & titulus accedere.l.traditionibus.C.de pact. vbi gl. ſed quia iſthæc, quæ centum annorum ac ita memoriam hominum excedit, habet vim priuilegij. C. cum ſuper quibuſdã §.pręterea vbi gl. & Hoſt. not.de ver. ſig. l.hoc iure.§. ductus. ff.de aq.quot.æſti; nec requiritur tituli allegatio, vt not. gl.in. d.§.pręterea, & de communi teſtatur Aym.de ant.temp.part.4. ſect. abſolutis nu.9. Similiter (vt ad noſtram redeamus) ſeruitu-
18 tes ſui natura durant in infinitum.l.4.ff.de ſeruit.† Amplius aduerſus eum qui dolo deſijt poſsidere lex in infinitum actori iurare permittit.l.qui reſtituere.ff. de rei vend. Tùm conuentionem admittit, vt perpetuo ſit redhibitioni locus l.quod ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de ędi.edi:ſic etiam admittit damni infect ſtipulationem ſine pręfinitione diei.l.ſi finita, ff. de dam. inf atq;

ita in alijs ſpeciebus, quę conſulto omitto, in infinitum tolerari videtur. Quęres tùm Bart. in.l. qui bona §. vlt.nu.3. tùm Bal. in.d.l. vni.n.42.tùm alijs occaſionem prębuit, vt tam varie de infinito diſtinguerent, vt rem ipſam implicare magis, quàm explicare videantur. Quod ſi ius ipſum quod verè in hoc naturam imitatur ad eandem, qua decet comparatione, retuliſſent, totũ hoc negocium bipartita, ac perfecta diuiſione ſic poterant abſol
19 uere. † Quoddam eſt infinitum ſecundum perfectionẽ, quoddam verò per contrarium: atq; ita non omne infinitum contradicit naturæ; nam & Deo Opt. Max. contradiceret, qui priori
20 modo eſt quid infinitum. † Illud infinitum naturę contradicit quod eam finem ſuum aſſequi non ſinit, vt docet Ariſt. lib. 1.c. 1. de Gener.ani. vbi eam rationem aſsignat, quia infinitum fine caret, natura autem ſemper finem quęrit. Qua diſtinctione pręmiſſa, vt omnem de infinito quęſtionẽ abſoluamus † de eo quę-
21
22 ri poteſt in lege, aut in conuentione. † Et in lege quidem retinenda prorſus hęc diſtinctio eſt, vt renuat infinitum, quod auocat à fine, non infinitum, quod ad finem perducit. Ab hac ipſa diſtinctione deſcẽdit actiones certo tempore finiri, vt ſit aliquis litium finis.d.l.omnes, &.l. ſicuti. contra verò exceptiones perpetuo competere.d.l.pure.§. vlt. & . d.l. licèt; nam actiones ad excitandas lites exceptiones, ad eas finiendas competunt, ac ita ex ijs alterum legem ad finem producit ſuum, alterum auertit.
23 † Hinc valet ſtatutũ quod cauſę inter coniunctes ſint perpetuo compromittendę; habent enim rationem amicabilis cõcordię,
24 & compoſitionis, ac ideò † ſi eodem ſtatuto data erit poteſtas arbitro prorogandi, poterit quotlibuerit vicibus prorogare, ſi opus ſit, & non ludibrij cauſſa faciat: arg.l. oratione. ff. de fer. & bene probatur ex.l. velut.§. vlt.ff. de ede; nõ obſtat autẽ quod obijcit Dec. in d.l.uni.num. 3. vt non liceat tertiò prouocare, & quod not. in.c. ſua nobis de app. nam appellatio ad lites differen-
25 das, prorogatio ad lites terminandas inſeruit. † Hinc per contrarium deſcendit, vt certis modis vſusfructus finiatur, ne proprietas in perpetuum ſit inutilis. §. finitur inſt. de vſufr. ſeruitutes verò rerum quia dominij vtilitatem admittunt perpetuę ſunt d.l.4.ff. de ſeruit. Hinc reprobatur conditio, vel modus, per quem libertas infringitur.l. Titio centum.§. Titio cẽtum. el. 2.

ff. de

ff. de cond. & dem & tamen perpetui exilij, & carceris pœnæ re-
cipiuntur. l. relegati. ff. de pœn. hoc enim publica cõſequitur vti
litas, illud ab ea recedit. Similiter quę eò pertinent, vt ſemper
poſsideas, vel vt ſemper excipias non contradicunt fini: Sed
quę eò reſpiciunt, vt perpetuò agas, quia lites ſopiri non patiun
26 tur, habent à lege pręfinitũ temporis ſpacium: quò fit † vt actio
redhibitoria & ſtipulatio damni infecti, non producantur ex
27 conuentione vltra cęterarum actionum metas † Cùm verò lex
in infinitum iurare permittat, hoc non abſolutè permittit, quia
iudicis officio committit, ne in immenſum iurare patiatur, iſque
terminum ſtatuit. l. videamus. §. vlt. ff. de in lit iur. gl. & Bart. in
28 d. l. qui reſtituere. † Et cùm quanti cuiuſq; interſit non in iu-
re, ſed in facto conſiſtat. l. quatenus. ff. de reg. iur. facta autem in
certa ſint. l. vbi autem. §. qui id quod. ff. de ver. obl. & ideò diffi-
cile ſit diffinire vniuerſaliter illud quod numquam eodem mo-
do ſe habet arg. l. mora. ff. de vſur. eam ob rem quod cuiuſq; in-
tereſt à Iudice ſingulariter debuit diffiniri, quia à lege vniuerſa-
29 liter non potuit diffiniri. † Igitur infinitum omne vitãdum eſt
quod auertit à fine; nam dare obligationum progreſſum in in-
finitum eſt, nullum finem litium conſtituere, quod publico bo-
30 no repugnat. d. l. 1. ff. de vſuc. † Ex quo varia deriuantur notatu
digna. Primùm ſi alicui legatum ſit, & ſi perdiderit rurſus re-
lictum non amplius quàm ſemel poſtquam perdidiſſet, pręſtan-
dum eſt, *non enim* (vt reſpondet. Vlp. in l. fideicommiſſa. §. ſi
quis ff. de leg. 3) *onorandus eſt hęres, vt in infinitũ quoties per-
diderit, reſtituere ei tantumdem debeat*. Tùm cùm iudex ſuam
interlocutoriam reuocare poſsit l. quod iuſsit ff. de re iud. ait
ibi Bart. quod non poterit reuocare niſi bis, & rectè alioquin
daretur progreſſus in infinitum. Hinc oritur ne liceat tertio
reuocare l. liceat. C. ne lic. in vn. ead. ca. ter. prou. Sed videa-
mus in conuentionibus priuatorum an etiam ita ſe hbeat, vt in
31 lege; & primo quæri poteſt † an promittens iudici repręſenta-
re aliquem toties quoties teneatur in infinitum. Ang. in l. ora.
tione ff. de fer. in l. ſi finita ff. de dam. inf. Rom. conſ. 15. nu. 5
Fely. in d. c. licèt nu. 5. Soci. in d. l. vni. nu. 23. ſentiunt non tene
ri niſi bis, ſed in contrarium eſt communis opinio, vt teſtatur
Iaſ. in l. duobus. §. ſi eo. nu. 19. ff. de iureiur. & contrarium te-

nent Imo. & Alex. in d. l. ſi finita. Dec. in d. l. vni. nu. 2. quia hęc verba denotant infinitatē, & quia contrahentium verba ad infinitum ſunt apta, tunc toleratur ſecundum Bart. in d. l. qui bona. §. vlt. num. 3. ver. primo caſu per l. ſi ita ſtipulatus ff. de fideiuſ. l. in annalibus C. de legat: ſed pręter eos eſt l. 1. §. 1. ff. fam. erc. ibi. *hæc autem facultas Domino tribuitur toties quoties ignorante eo furtum factum ſit*. quæ verba in infinitum accipiuntur, vt ad id perpendit Alex. conſ. 145. num. 3. vol. 2.
32 vbi Angelum etiam reprehendit. † Ego quidem verbum toties quoties pro ſępius accipi reor non pro infinito, & opinor aduerſus Angelum non liberari ex bina præſentatione, ſed aliorum ſententiam temperandam cenſeo, nè liceat Iudici pro arbitrio hanc exigere pręſentationem, niſi etiam vere opus ſit ex euidenti, ac legitima cauſſa, quod bene probatur ex l. ueluti §. vlt. ff. de edc: & licèt dicatur (toties quoties d. Domino Iudici videbitur) idipſum videri debet ei tanquam Iudici, non tanquam priuato, ac ita non temere, ſed ex iuſta & legitima cauſſa. Qua ratione non dabitur progreſſus in infinitum, quia nec imaginari poſſumus accidere infinitas præſentandi cauſſas. Hoc temperamentum in alijs etiam ſpeciebus retinendum eſt,
33 vt in ea Pauli † in l. ſi ita ff. de fideiuſ. *Si ſtipulatus à Sempronio fuero quantam pecuniam Titio quandoq; credidero, & fideiuſſores accepero, & ſi ſæpius credidero in omnes ſummas tùm Seius, tùm Fideiuſſores tenebuntur*; dicit enim (ſæpius) non (in infinitum) ſed quid ſi hoc ageretur, vt circumuenerentur Fideiuſſores aliter dicendum eſt. Nam neque exiſtimandum eſt me omnem meam pecuniam crediturum, nec ſecùm in immenſum accepturum. Ex quo progreſſus tenderet ad infinitum eò ſuſpecta res eſſet, quia nunquam hoc agi videtur. Quęri etiam
34 poteſt † an poſsit teſtator annum legatum perpetuū relinquere, & poſſe videtur l. cum quidam, cum l. ſeq. ff. de an. leg. & erit legatum finitum, tempore autem infinitum: ſed forte ve
35 rius erit † debeatur vltra centum annos. Alex. conſ. 61. nu. 1. vol. 1. vbi de cōmuni: legis fini contradicit perpetuo aliquem obligatum manere, aut aliquam obligationem nullo vnquā tem
36 pore tolli poſſe; & ad idem pertinet † quod reprobatur pactū ne vllo vnquam tempore diuiſio fiat l. in hoc §. ſi conueniat ff. com.

ff. com. diu; quia non eam tantum rationem habeat ne diſcordiæ naſcatur occaſio; ſed ne talis conſtituatur obligatio, quę diſſolui nullo tempore queat. Aliud in ſeruitutibus, quia à re rei debentur. l. 4. ff. de ſer. & ſæpe cauſſam habent in natura perpetuam. Ex quibus infertur d. l. in annalibus, non producere ſuum infinitum vltra centum annos, aut politica ratione prorſus deficere. Quid verò dicendum erit in emphyteoſi, vel feudo perpetuis? nonne ſimilis erit ſuperiorem recognoſcendi obligatio? Nequaquam: quia caducitate ſe liberare queunt, quod non ita eſt in legato annuo: quoniam etſi hęreditatis repudiatio ne quis eam effugeret obligationem; honeſtius tamen eſt aliquã do finiri legatum, quàm ea ratione teſtatorem eſſe ſine hęrede tot. tit ff. ad. l. fal. Itaq; & leges & conuentiones de infinito, ſub
37 eadem poterunt determinatione comprehendi, † quia nec valere conuentio poteſt contra communem vtilitatem, & quę legũ fini contradicat l. nemo poteſt. ff. de leg. 3. cum ſim. Quare
38 † quęſtio omnis de infinito ab ipſo legis fine poterit determinari, vt infinitum illi contradicens ſit euitandum, ad eundem perducens ſummopere ſequendum; ſi verò neutrum operetur à lege abeſſe debet, in conuentionibus tamen poterit permitti, ex. l. in re mãdata. C. mand. quoniam hac ratione in communem dirigetur vtilitatem, quę in hoc etiam verſatur, vt quilibet in re ſua ſit moderator, & arbiter.

De ſubtili diſputandi ratione quatenus reijcienda ſit vel amplectenda, tùm de cauillatione & de inutili.

Cap. X.

1 *Subtilis diſputandi ratio quando fugienda ſit.*
2 *Prætor à nimia ſubtilitate recedit.*
3 *Scientiam iuris Celſus pro ſubtili diſputandi ratione vſurpauit.*

4 *Eaque nos ſæpè perducit ad errorem.*
5 *Differentiæ inter maſculos & fæminas inſuccedendo ſubtili tati adſcriptæ.*
6 *Diſcutitur locus Marcelli in l. ſi mulieri. §. ex aſſe ff. de iur. dot.*
7 *Semel hæres non poteſt detinere hæres eſſe.*
8 *Nimia ſubtilitas quo caſu laudanda.*
9 *Sententia Connani expenditur, ac reprobatur num. 10.*
11 *Intellectus ad l. ius noſtrum. ff. de reg. iur.*
12 *Teſtati, & inteſtati cauſſa opponitur inuicem per affirmatio nem & negationem.*
13 *Dominus Hieronymus Beneuolentus Authoris præcepto laudatur.*
14 *Qui verè ſunt Poſthumi, & qui Poſthumis ſimiles habeãtur.*
15 *Ius ciuile in teſtamentis quomodo ad naturam accedat, & re cedat ab ea.*
16 *Natura Duce errari non poteſt.*
17 *Subtilitas iuris ciuilis in adoptione quouſquè producatur.*
18 *Donatio perfecta non capit conditionis.*
19 *Actus non poteſt pro parte valere, pro parte non.*
20 *Indiuiduum per partes conſiſtere nequit.*
21 *Sententia quando pro parte valet.*
22 *Ius certum eſſe debet tùm certè iuris formæ.*
23 *Cur ad certum tempus hæres inſtitui non poſsit.*
24 *Tempus non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis.*
25 *Authoris concluſio circa ſubtilitatem.*
26 *Nimia ſubtilitas facile in cauillationem tranſit.*
27 *Quid ſit cauillatio, & quot modis committantur ex Alciati ſententia.*
28 *Senteutia Authoris circa idem ex Ariſtotele.*
29 *Quis cauillari dicatur.*
30 *L. 1. ff. de Reg. Cat. declaratur.*
31 *An liceat cauillari diſtinguitur ex Communi, concludit. con tra communem indiſtinctè reijciendo cauillationes,*
32 *Qua ratione defendi poſſit cauillatio tanquam licita.*
33 *Intellectus ad c. dominus 23. q. 2.*
34 *Inutile quamobrem diſplicecat legi.*

35 De

35 *De eo quod eſt ſubtile ſed non vtile minime curandum eſt.*
36 *Sententia Ariſt. quod de ſingulis dubitare non eſt, inutile declaratur.*

AN ſubtilitas legibus inimica ſit non ſatis exploratum eſſe
videtur, quòd eam non reijciant, nunc amplectantur.
1 † Videtur autē ſubtilis diſputandi ratio tunc maximè fugienda,
cùm à communi vtilitate recedit, àc ita legem auocat ab eo fi-
ne, ad quem ſemper properat, quod Iul. aperte teſtatur in l.
item vulneratus ff. ad l. Aq. his verbis, multo autem iure ciuili
contra rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta eſſe
innumerabilibus rebus probari poteſt. Oſtendit itaq; tunc ſub
tilitatem eſſe deferendam, cùm communi vtilitati repugnat. Sic
2 Prętor † nimiam iuris ſubtilitatem deſeruit dum teſtamentum
natiuitate Poſthumi ruptum eodem illico mortuo reſtituit l.
poſthumus ff. de iniuſto rup. & irr. teſtam. Huc pertinet quòd
circa morę purgationem ex bono & ęquo admittendam tradi-
dit Celſus in l. ſi ſeruum. §. ſequitur ff. de verb. oblig. Quo in-
genere plerumq; ſub authoritate iuris ſciētię pernicioſę inquit
3 erratur; Sci ntiam † Bal. in l. 2. num. 5. C. de bon. poſſ. cont.
tab. interpretatus eſt ſubtilem diſputandi rationem. Cauen-
dum eſt maximo, nè ſubtilitas nimia ſit, hęc namq; reprobatur
4 & vt docet Bal. ibi ſupra ſępe † nos perducit ad errorem. Sic
maximum quod vitium appellat differentiæ inter mares, & fœmi
5 nas olim conſtitutæ Iuſtinianus ſubtilitati adſcripſit l: † maxi-
6 mum vitium C. de lib. præt. ſed obſtat locus Marcelli † ſingu-
laris in l. ſi mulieri. §. ex aſſe. ff. de iur. dot. vbi nimiam ſubti-
litatem admiſit, cùm hęres rogatus eſſet mulieri hęreditatem re-
ſtituere, & eius iuſſu marito promiſiſſet, veritas eſt Marcellus ne
non viro reſtitui poſſet. Nàm ille inquit mulieri in hoc tenetur,
vt hereditatem reſtituendo transferat actiones, & quas habet,
& quib s eſt obſtrictus, quas transferre ad alium, quam cui de
bet fideicommiſſum, non poteſt. Dixerit aliquis incerti cum eo
agi poſſe, vt fideicommiſsi pręſtet æſtimationem, huic ego cō-
ſentire non poſſum; Nàm obligari mulieris debitorem ita ęquū
eſt ſi accipere id ipſum quod ei debetur vir poteſt, ſed ne indo-
tata mulier eſſe videatur dicendum eſt ipſi mulieri ex Trebellia

no reſtituendam eſſe partem hęreditatis, quę ei relicta eſt, vt ex ſuo marito pro dote eam ſolueret, quia & ad eam fideicommiſſum & onera eius pertinent delegatione propter nimiam ſubtilitatem, & caſus neceſsitatem minime obtinente. Sed hęc nimia ſubtilitas, nec auertit à fine, nec perducit ad errorem Tota.n. niti videtur authoritatem ſenatusconſulti Trebelliani, tranſlatio autem virium, quę fit per ſenatusconſultum nimia ſubtilitate ſubnixa non eſt ſumma ęquitate, vt commoda ſequantur eum, quem ſequuntur incommoda, quòd eſt ſecundùm naturã l. ſecundum ff de reg. iur. Quinimo ea tranſlatio videtur ad
7 uerſus eam iuris ſubtilitatẽ, quàm † ſemel hæres non poteſt deſinere, hæres eſſe. §. reſtituta: inſt. de fid. hęred. l. etſi ſine §. ſed quod Pap. ff. de inoff. teſt. In hac Marcelli ſpecie duo vrgebant. Trebellianum, quod non in alium iura tranferri ſinebat, quam cui fideicommiſſum deberetur. Alterum, mulieris delegatio. Melius eſt ceſſare delegationem propter ſenatuſconſultũ, quàm illud propter delegationem, nimia in eo ſubtilitas eſt quod is cui debetur fideicommiſſum non poſsit delegare. Caſus tamen neceſsitatem ad excludendam delegationem ſubtilitati adiunxit, vt vrgens ratio attendendæ ſubtilitatis accederet neceſsitas in eo vertitur, vt onera fideicommiſsi mulier ſubeat. Cùm itaq; nimia ſubtilitas pertineat ad conſeruandum ſenatusconſultum magis quàm partium conuentionem videtur in eo verſari, vt
8 publica vtilitas commodo priuato præferatur quo caſu † vel ſi nimia ſit, laudanda tamen eſt. contra uero, cùm periculum affert ſubuerſionis, vel erroris reicij debet. Sic teſtamentum alioquin ſecũdùm ſubtiles iuris regulas ruptũ humanitate ſuggerente defenditur in ſpecie. l. ſi ita ff. de lib. & poſthum. Cæterũ hic
9 † notãdus eſt qui Cõnani locus qui nulla diſtinctione poſita iuris ſubtilitates improbare videtur. Is lib. 10. c. 6. nu. 1. Com. ſuorũ ita inquit. Sed hę, vt ingenuè fatear iuris ſubtilitates plus habent artis & oſtentationis, quàm veritatis & ſolidę doctrinę Cur. n. ſub conditione hæres ſcribi queat in diem, vel ex die nõ queat? ſi quęramus, nihil dignum reponemus ijs, qui ſe iuris, & æqui magiſtros, & doctores profitentur. Ita fit in diſciplinis, quę verſantur in vſu hominum, quo plus artis adhibeas, tanto recedas magis à ſimplicitate naturę, quę tamen ipſa fons & origo

eſt omnis

eſtõnis veritatis, & iuſtitię. Hactenus ille, mihi autem cõtra.
10 † Videtur enim ſubtilitates, quas reprobat ad naturę vim, & bonitatem magis accedere, vt merito commendari debeant, nõ re
11 prehendi, Quod ex Pomponio † in l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. ſatis deduci videtur. Is inquit ius noſtrum non patitur eundem in paganis, & teſtato & inteſtato deceſsiſſe, earumq; rerum naturaliter interſe pugna eſt, vt teſtatus & inteſtatus quis ſit. Atqui teſtati vel inteſtati cauſſa ad naturam non pertinet. Quomodo ergo naturaliter pugna eſt, vel ſi ad naturam id pertinet, quomodo militibus remiſſum hoc eſt, cùm vis naturæ maneat immutabilem. §. pen. Inſt. de iur. nat. gent. & ciu. aut quomodo poterit ſtatuto tolli? illud tamẽ factum eſt à Traiano. l. 1. & 2. ff de milit. teſt. hoc autẽ fieri poſſe poſt. Ang. & Imol. Dec. probat in d. l. ius noſtrum nu. 12. ff. de reg. iur. Quid hæc tam variæ? ea pugna naturalis eſt ducta ratione ab ijs, quę ſunt ad ea quę intelliguntur. In ijs quę ſunt, quæ inuicem cõtrariantur, pugnam naturalem retinent. Natura eam legem dixit contrarijs, vt ſe inuicem expellant, & vt eodem ſubiecto vniri nõ queſant. Affirmatio, & negatio ſunt oppoſita, etſi vtrunq; ponat aliquid,
12 naturaliter pugnant inter ſe, qui † teſtatum dicit, & inteſtatum tàm affirmando quam negando ponit, & licèt teſtatus & inteſtatus non ſint (vt ſic dixerim) naturaliter extra pugna, tamẽ rerum naturalium ſimilitudinem naturalis eſt, quia verum eſt in ſimili ſpecie oppoſita per affirmationem naturaliter pugnare, atq;
13 ita aliquando diſcipulus † accepiſſe videor à D. Hieronimo Beneuolento, viro qui non tantum legibus ſtudium totius Philoſophię coniungens nihil eſt tam arduum & difficile, quod non aſſequatur intellectu, vt obſcuriora iureconſultorum reſponſa ferè omnia proprio ſplendori germana interpretatione reſtituerit, tum verò ſenis omnes ab huius ſeculi barbarie ad puriorem ac nitidiorem dicendi modum reuocauerit, ſed etiam morum probitate, ac religionis cultu ſummopere refulgent ac modeſtiæ laudem omni doctrinę præconio clariorem exiſtimat. Eſt itaque pugna naturalis ad principia naturæ per ſimilitudinem reuocata.
14 Sic † poſthumi vere ſunt poſt mortem nati l. 3. ff. de iniu. rup. & irri. teſt. Nati poſt teſtamentum ſunt ſimiles poſthumis. §. poſthumorum in fin. inſt. de ex hęred. lib: ſimilitudo tamen facit

P non-

nonnũquam poſthumos dici l. 3. §. nominatim l. poſthumus. ff.
15 eod. l. poſthuma. ff. de lib. & poſth. Cũ verò † ius ciuile ſit quod
neq; in totũ à naturali ratione recedit, neq; in totum ei ſeruit. l.
ius ciuile ſupra de iuſt. & iur. accedit ad eam in paganis oppoſi-
ta & pugnantia non admittens, recedit ex cauſa in militibus, &
recedere poſſet in totum, quantum ad hanc cauſam pertinet,
quia merè ciuilis eſt, adeo ex toto euerti poteſt, quia ciuilis ra-
tio ciuilia iura corrumpere poteſt, naturalia nõ vtiq; §. vlt. inſt.
de leg. agn. ſucceſ. Igitur ius hoc eſt ciuile quidem, ſed ad ſimi-
litudinem naturæ quis illud redarguat, ſi quo ad fieri poteſt na-
turam imitatur? Atticus ait apud Tullium 1. de legibus. Na-
16 tura † duce errari nullo pacto poteſt. Ne miror † natu ma-
17 iorem adoptare queat ſubtilitas quędam eſt, ſi iuris poteſtatem
pectes, cur & decernere non potuit id fieri poſſe? Probe fa-
ctum eſt ne monſtrum hoc videretur nõ per ſe quidem ſed ad ſi-
militudinem naturę legitima filiorũ ſuſceptione comparata. §.
minorem natu inſtit. de adopt. Neq; tamen ius ciuile huic ratio-
ni per omnia ſeruit. Nam quamuis filium quis non habuerit in
locum nepotis pronepotis & deinceps adoptare poterit. §. liceat
autem inſt. eod. cum tamen ſecundum naturam nepotes habeat
qui filios non habuerit, neq; plene pubertatis pręcedens tem-
pus ad nepotes gignendum potuerit ſufficere, cùm filiorum pu-
bertas adhuc expectanda foret; Omnes tamen filiorum loco
ſunt, & adoptans loco patris eſt. ideòq; rem magis ſpectamus,
& vim ipſam, quam nomina quę ſortiuntur. Igitur ſubtilitates
à natura ducuntur non ab eius ſimplicitate recedunt. Sic
18 † quòd donatio perfecta conditionis poſteà non capiat iux. l. 4.
C. de donat. quæ ſub modo ſubtilitas quędam eſt ſecundùm na-
turam ſecundùm quam rei perfectę, aut formę addi non poteſt
Bal. in l. contractus nu. 9. C. de fid. inſtr. Poſſet Connanus eo-
dẽ argumento illud etiã pręclare reprobare, quod ſcripſit Pap.
in l. actus legitimi. ff. de reg. iur. nempè actus legitimos, qui neq;
diem neq; conditionem recipiunt eius adiectione vitiari. Quini-
mo pleraſq; regulas euertet. Nam quoniã ſunt de vniuerſalibus
ſubtilitate iuris, vt plurimum nituntur quòd quam abſurde fie-
19 ret, nemo eſt qui non videat. Nè † actus quilibet pro parte va-
lere queat, pro parte non valere ſubtilitas quędam iuris eſt natu-

20 tali tatione ſubnixa ſecundùm quam indiuiduum † per partes
conſiſtere nequit l. furioſum. vbi not. C. qui teſt. fac. poſ. l. ſiquis
21 ff. de teſtam. Hinc ſententia † de re indiuidua non etiam poteſt
pro parte valere l. in hoc iud. ff. fam: herc. Bal. in l. 1. C. de err.
cal Idem in l. ſi plures nu. 17. C. de cond. inſer. ſi tamen mate
ria ſit diuidua, alia vtemur regula, videlicèt ne vtile vitietur per
inutile l. 1. §. ſed ſi mibi ff. de verb. oblig. c. vtile & ibi glo. de
reg. iur. in 6. Rom. conſ. 66. nu. 1. Horum omnium atq; ſimiliũ
vnica ratio eſt quia ius quo ad fieri poteſt, certum eſſe debet. l. &
ideo infi. hoc tit. l. 2. ff. de iur. & fact. ign: quo fit, vt formas tra
dat certas eaſq; ledi omnimodo prohibeat. l. 3. ff. de teſtam. Id
verò legumlator aſſequi nequit niſi naturæ exemplis & ratione
vtatur, nullaq; oſtentatio eſt, ſed ars ſummopere laudanda quæ
23 naturam imitetur, ideo † iure ciuili Romanorum in hæredum
inſtitutione reiecta dici adiectio eſt. l. hæreditas. ff. de hęred. in-
ſtit. quoniam quis hæres eſt ſecundùm naturam ſolo tempore nõ
poteſt detinere hęres eſſe, cùm tempus non ſit modus obliga-
tionis tollendæ, vel inducendę. l. obligationum ferè. §. placet. ff.
de verb. oblig. id quod etiam habet naturę rationem, ſecundũ
quam homo, canis, leo, arbor, aut quid vis eorum, quę ſunt à
natura tale eſt ad certam diem, neq; tempore, ſed morte deſi-
nit eſſe tale. Quo ſi hęc non recipiatur nulla erit ars aut ſcien
tię iuris. Sat erit legumlatori hæc ſubtilia remittere,, uel ne-
gligere, cùm communis utilitas id poſtulare uidebitur, tũc enim
auocant à fine, cùm vera ſubtilitas communi vtilitati non con-
tradicit, attendi debet iuris apices ac fori diſputationem fundi-
tus euertit, qui ſubtilitates omnes abſolutè reijciet; quod ſi oſtẽ
tationem artis duntaxat ea, quę Connanus conſiderat, contine-
ret legum municipalium cenſura, vbiq; ferè, vt alia multa iuriſ-
25 ciuilis emendata forent. Concludo itaq; † tunc legi inimicã
ſubtilitatem exiſtimandam eſſe atq; deſerendam, cùm prorſus
vtilitate caret, aliàs propter conſeruandam iuris cũ natura con-
ſonantiam, vel ad certas rerum formas conſtituendas, ſeruan-
da ſemper erit, nam erit amica legi. Non igitur quę ius, ſed ni-
mia ſubtilitas reijci debet, qua ſi nitantur leges, non ſatis formæ
erunt. l. lege. C. de leg. hæred. Sunt enim vtilitati magis quam
ſubtilitati commendandę. quęrito obuia fit ſubtilitati cauillatio

26 facile enim eſt, † vt nimia ſubtilitas in cauillationem tranſeat
27 Dec. in l. ea eſt nu. 1. ff. de reg. iur. eſt autem cauillatio † cum
ab euidenter veris per breuiſsimas mutationes diſputatio ad ea
producitur quę ſunt euidentur falſa. l. natura. ff. de verb. ſig. d.
l. ea eſt quod tribus modis fieri poſt Ariſtotelem Alc. docuit in
d. l. natura. Vel cùm arg. peccat in materia, vel cùm in forma,
vel cum in vtroq; in materia, ut ſi dicam, quę in nullius bonis
ſunt occupati, conceduntur. § ferè inſt. de rer. diuiſ. res ſacrę in
nullius bonis ſunt. §. nullius eod. tit. ergo occupati concedun-
tur. Nullius eſſe diuerſam habet rationem in maiori quam ha-
beat in minori propoſitione, & breuiſsima ideò mutatio eſt nul
lius eſſe, uel quia non poſſeſſum ab aliquo, uel quia exemptum
ab omnibus. In forma ſi dicamus omnis ſeruus in poteſtate eſt
§. 1. inſtit. de ijs qui ſunt ſui, uel alien. iur. filiusfamiliàs in po-
teſtate eſt, ergo ſeruus. In utroq; quilibet ſeruus pro mortuo
habetur l. quod attinet ff. de reg. iur. nemo alieni iuris eſt
qui ſeruus non ſit, qui igitur alieni iuris eſt pro mortuo
28 non habetur. Sed ad eiuſdem Ariſtotelis † mentem ſic res per
ſtringi poterit, vt omnis cauillatio, vel in verbis, vel in rebus la
teat. Deteguntur doli verborum, ſi perpendantur amphibolo
gica homonyma adiuncta ſeu compoſita diſtincta, accentus fal-
ſus & verus. ipſa orthographya orationis forma, & punctuatio;
Captio autem in rebus eſt, vel cùm accidens pro proprio vſur-
patur, cùm id quòd quodammodo eſt omnino aſſeritur cùm re
pręhenſionem ignoramus, cùm falſum conſequens inſinuatur,
cùm repetimus id quod ab initio dictū eſt, ſed alio modo cum
multa interrogata pro vno ponuntur, cùm cauſſa non vera aſſu-
mitur pro cauſſa, ſed ab eiuſmodi vitio cauillationis quo legi ad
uerſamur iureconſulti magis in coſulendo in interprętando, vt
abſtineant, admonendi ſunt. maximè verò iudices in iudicando,
non ipſi legum latores, quia vix immaginari poteſt, vt legibus ca
29 uillationes admiſceant. Secundumquę † cauillari etiam dicen
dum eſt, qui calumnioſè agit, quo breuiter; & falſo aduerſariū
ſermone captat, quod ſępè fit in poſitionibus niſi iusdicentes of
ficio captioſè reijciantur. Cauillantur, qui ſciens falſa prodit
vt ſuam ſcientiam tueatur, vt Alc. placèt vbi ſupra. Ingenuū
iureconſultum cauillari non decet. ſcit enim ſe legum religio-
nem

30 nem offendere, quod Celſus † regulam Catonianam expediẽs.
ſatis oſtendit in l. 1. ff. de reg. Cat. Ait ille, Catoniana regula, ſic
diffinit, quod ſi teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator in
vtile foret id legatum, quandocunq; deceſſerit non valere, quæ
diffinitio in quibuſdam falſa eſt. Quid. n. ſi quis ita legauerit,
ſi poſt calendas mortuus fuerit Titio data? an cauillamur? Nàm
hoc modo ſi ſtatim mortuus fuerit non eſſe datum legatum, ve-
rius eſt quàm inutiliter datum. Celſus ait contrarium dicere eſt
cauillari, vt verè quidem, quia eſt aſſumere id quod non eſt pro
eo quod eſt, ſed inutile: dico non eſſe, quia conditio nihil po-
nit in eſſe Bart. in l. 1. ff. de cond. & demonſtr. l. ex facto. ff. de
hered. inſt. Aliud eſt defectu conditionis nõ eſſe legatum, aliud
eſt quouis alio reſpectu eſſe legatum ſed inutiliter. Nàm actus
conditionalis longe diſtat ab inutili, itaq; tùm legiſlator tũ ma-
ximè iureconſultus cui magis id faciendi ſe offert occaſio à ca-
uillationibus abſtinere debet, nihil. n. bono, & ęquo magis aduer
ſari videtur, quamobrem animaduertant cauſſarum patroni ne
31 ijs vtantur. Nam etſi diſtingui † ſoleat an foueant cauſſam iu-
ſtam, vel nè, vt primo caſu promiſſum videatur iuxta glo. in. c.
dominus 23. q. 2. & ita frequentius recipitur, vt teſtatur, Alc.
in d. l. natura, ac Dec. ſequitur in d. l. & eſt nu. 3. idem tamen
Alc. ab hac ſententia recedit, & merito. ſcriptum eſt. n. in c.
eis autem 22. q. 2. verbis vti ad fallaciam non ad quod ſunt inſti
tuta peccatum eſt. Nec ideo illud mendacium putandum eſt,
non eſſe peccatum, quia poſſumus alicui prodeſſe mentiendo.
Hinc ergo deducitur ratione finis non honeſtari cauillationem,
quia quamquam abſit à dolo veniali culpa non carere, vt cætera
32 mendacia officioſa. Non eſt † punibilis in foro contentioſo,
& hoc eſt quod licere aiunt, quaſi fiat impune, & ita procedit
communis opinio, cæterum abſolutè licita non eſt, quoniam ſem-
per eſt peccatum. Multoq; minus licere debet ignaro iudici ar-
gumenta falſa ſuggere quo facilius ad errorem perduci poterit
lex omnis à fraude auertit. Cauillatio fraude certè non caret.
33 Neq; obſtat quod ſcribit. D. Aug. in d. c. Dominus † Cùm iu-
ſtum bellum quis ſuſceperit, vtrum apertè pugnet an ex inſidijs
nihil ad iuſtitiam intereſt. Quoniam inſidię militares menda-
cio carent, neq; fidem rumpunt, vt ibi not. glo. & ex militari

di-

diſciplina ſuggeſtæ videntur vincendi non fallendi cauſa, &
ideo ex parte vtentis cautiones potius ſunt, ex parte eius con-
tra quem vtimur; inſidię dicuntur, vt falſi nominis velamento il-
lius imprudentiam excuſetur, alterius autem mira ſagacitas adū
bretur, tandem ea cauillatio quatenus fraudem continet formæ
legis aduerſatur, quatenus à ſubtilitate prodit à fine legem auo-
34 cat, ſed ſemper legi contrariatur. Poſtremò † quicquid lex
contineat inutile quod nullam frugem afferat, & ocioſum vn-
diq; ſit finis aſſecutionem non tantū retardat ſed tollit, & euer
tit. lex ad finem ſuum properat ſemper; ipſius autem feſtinatio
cuiuſq; rei infructuoſa, vel conſtitutione, vel diſputatione re-
tardatur. Qua ratione Sceuola in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de lib. et po
ſthum. queſtionem excitatam, cū ſubtilem, & acutam animad
uerteret, ſed inutilem relinquit indeciſam. Apud quem Aemi
35 lius Perottus ac Duar. poſt eum ad notauit † non eſſe iurandū
id quod eſt ſubtile, ſed non vtile. Cuius rei manifeſta ratio ex
fine legis deſumitur, tum ex Paulo in l. ius pluribus ſupra de iuſt.
& iur. dum diffinit ius ciuile eſſe, quod omnibus, aut pluribus
in quaq; ciuitate vtile eſt. Ac ideo legiſlator legem ſine vtilita
te conſtituendo, nec legem conſtituit, quoniam inutilis eſſe nō
36 poteſt. Eſt tamen verū quod inquit Ariſtotiles † in Antepræd.
quod de ſingulis dubitare non eſt inutile, ſtat contra eum non
eſſe diſputandum de lana caprina, vt Ias. & alij not. in d. §. ſi eius
alia tamen eſt, vtilitas in addiſcendo conſiſtens, alia in agendo.
Prioris gratia verum eſt Ariſtotelis placitum; poſterioris cauſſa
obtinet vetus adagium ciuilis diſciplina in agendo conſiſtit.

De his quæ legi, aut mortem, aut vulnus, inferunt, ac de ſuperfluo quod inornatam reddit.

Cap. XI.

1 *Lex tollitur deſuetudine abrogatione, & longe contraria.*
2 *Magis errata quædam toleranda ſunt, quàm leges mutandę*
3 *Facile mutare leges eſt legis vim infirmam reddere.*

4 *Le-*

4 *Leges longa animi prouiſione fieri debent.*
5 *Solonis conſilium in legibus ferendis laudatur.*
6 *Quęnam ſit diſſuetudinis cauſſa.*
7 *Leges particulares omnia referunt in legem vniuerſam.*
8 *Legum correctio odioſa.*
9 *Nec debet induci per tacitos intellectus.*
10 *Error Accurſij, & Antiquorum detegitur circa correctionē.*
11 *Allegans l. correctam cum deciſione cauſarum inci dit in pœnam falſi.*
12 *Derogatio modicum d'ſtat à correctionē.*
13 *Et ſtricti iuris eſt.*
14 *Reſcripta aduerſus legem non valent non facta de eis derogatione ſpeciali mentione.*
15 *Eluſio verba legis fouet, & ſententiæ vulnus infert:*
16 *Lex laudatur inter homines.*
17 *Superfluum vitium eſt in uerbis.*
18 *Baldi diſtinctio circa ſuperfluum.*
19 *Nullum in lege verbum debet eſſe ſine virtute operandi.*
20 *Lex nō debet ad eū modū intelligi, quo incidamus inſuperfluū*
21 *Detegitur error Accurſij exiſtimantis Aduocatos verboſos eſſe plectendos.*
22 *Quid ſeruandum circa aduocatos verboſos.*
23 *Leges oratione perſuadendæ ſunt, & quare.*

QVÆDAM prǫterea ſuperſunt, quę non tàm legem op-
1 pugnant quàm prorſus tollant † veluti deſuetudo abro
gatio contraria lex. Non oppugnant quidam ſi tunc tollunt,
cùm legem illam interire magis, quàm diu viuere, vtile ſit ciui-
tati. Neq; enim leges ita ſcribi poſſunt, vt nullam mutationem
recipere debeant, ſed non facile mutandę ſunt, quinimo, vt do-
2 cet Ariſt. lib. 2. Polyt. c. 6. in fin. potius † errata quædam tollen
da ſunt, quam lex mutanda, non enim tantum proderit qui cor
rigere perget, vt is inquit quantum nocebit aſſuefactio ſuperio-
ribus non parendi, cùm enim lex nullam vim habeat niſi ex mo
re l. de quibus in fin. eod. vt ſibi pareat, mos autem ex longo tē
poris curſu iuducatur §. ex non ſcripto inſt. de iur. nat. gent. &
3 ciui. facile † mutare leges & nouas cōdere, nihil aliud eſt quàm

vim

vim legis infirmam reddere. Quare caueant qui leges ferunt, ne facile ferant, nam facile intereunt, cũ tamen ita ferendę ſint, vt ſemel latè diu viuant atq; ſeruentur rectè idem Ariſt. 1. Ro
4 tho. c. 2. longa † animi prouiſione legũ lationes fieri debere nos docuit, quoniam tunc facile aſſequemur, ne abeant in deſuetudinem, ne abrogentur, ne contrarijs tollantur legibus. Scite ad-
5 modum Solon. † leges ſuas, vt centũ annis ratę eſſent poſtulaſſe fertur, ęternas facere noluit, vt ſi quid in ijs iuſtum quidem, & rectum eſſet, ſed durum, & acerbum tanti temporis conſuetudinem leniretur, ſi quid pernicioſum & inutile foret poſt id temporis emendaretur. Quamobrem legem ſępe mutare eſt non tãtum legem quę mutatur, occidere, ſed ſubrogatam legem ob frequentem mutationem, id quod maximè repugnat legi infirmam, ac parum duraturam reddere, quod vitiũ omni tempore fuit, vt Iuſt. teſtatur in. §. ſed naturalia inſt. de iur. nat. gent. & ciui. ea enim is inquit, quę ſibi, quęq; ciuitas conſtituit, ſępe mutari ſolent, vel tacito conſenſu populi, vel alia lege lata. Deſue
6 uit † Populus ab obſeruantia legis plerunq; ob vitium ipſius legis, quod experientia doceat eam non eſſe loco tempori, & moribus vtentiũ accomodatam, & ita ab eodem Populo accipit interitum, à quo ſolo vitam accipit l. de quib. in fin. eod. Abrogatio ſimiliter legem tollit, ſic legi fuſiam caninam ædictum diui Adriani differentias rerum mancipi, nec mancipi latinam libertatem, vetereſq; actionum formulas abrogatas eſſe reperiemus, Abrogatur quidem lex contraria ſcriptura, quę legẽ ſolam tollit non aliam inducit, alia contraria tollitur lege. Accidit porrò, vt deſuetudo, abrogatio, contraria lex non tàm legi intereun
7 ti 7 quam vniuerſæ legumlationi interitum parant cum facile legem tollunt, nàm & facile tolluntur, & cùm leges particulares facile cadunt, tota legum latio debilitatur, ac quodam quaſi vulnere, pręmitur. Pręterea tum legem, tum legum lationem ipſam ſimiliter fauciant, correctio, derogatio, eluſio. Hoc argu
8 mento † legum correctio cenſetur odioſa, vt not. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. Eccl. & quantum fieri poteſt ſemper eſt euitanda, c. cum expediat de elect: in 6. Hinc rectè deducitur ne correctio inducatur per tacitos, & ſubauditos intellectus glo. in. c. cupientes. §. quod ſi pro uiginti in vno petere de elect. in 6.

in.6. tùm neq; per argumentum à contrario ſenſu Alex. conſ. 25. n. 13. vol. 5. neq; verò lex corrigi poteſt ſine aliquali legislatoris repręhenſione, quę maximè vitanda eſt arg. l. ſaluius Ariſt. ff. de leg. pręſt. Adeo, vt nec valeat argumentum à ſola ratione legis poſterius ędite, vt frequentius tradunt in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. ſuper 9. queſt. Bart. quod mihi ea ratione placet quoniam vtrumquodq; eo vinculo ſolui debet, quo colligatum eſt l. nihil tàm naturale. ff. de reg. iur. at ius ſcriptum, ſiue lex nõ ſola ratione talis eſt, ſi non ſcribatur, ius enim ſcriptum à non ſcripto ſola ſcriptura diſtinguitur. §. conſtat autem. inſt. de iur. nat. gent. & ciui. ergo ſi ſola ratio legem ſcriptam non conſtituit, neque etiam tollit. Itaq; nominatim & ſcripto corrigenda lex eſt

10 non argumentis inducenda correctio. Hinc † Accur. ac poſt eũ antiquiores omnes hoc nomine donandi ſunt, quod vbi aliquã legũ antinomíam inuenerint eaſuè conciliare nequiuerint, altera ab altera corrigi nõ modo falſo, ſed infeliciter affirmauerint. enitendum eſt. n. vt iura viribus concordentur d. c. cùm expediat de elect. in 6. quod plerunq; promptum & facile eſt l. 1. C. de in of. dot. & quidem delinquit in legem qui eam cùm verum non ſit, correctam aſſererat nam conſequitur eam amplius

11 non eſſe legem, adeo vt † qui eam allegaret ad deciſionem cauſ ſarum teneatur pena falſi, vt tradit Bart. in l. vlt. in fin. C. ad l. Corn. de falſ. Quamobrem concludendum eſt, nec legislatorẽ ad leges corrigendas facilem eſſe debere, nec iuriſconſultos, niſi liquido correctam eſſe cõſtet, debere correctionem per argumẽ

12 ta ſuppeditare. Non diſsimilis eſt derogatio. † modicum enim diſtat à correctione, vt quędam videatur potius diſpenſatio quã correctio legis. Non enim derogatę legis reprehenſionem continet, vel eam redarguit, ſed ceſſare facit nulla nota iniecta, & hoc à correctione diſtat. Debet itaque princeps raro, & non niſi ex magna cauſſa legibus derogare, quoniam id eſt facere legem minus generalem, contra id quod proprium eſt legis. l. 1. in fin.

13 de conſt. princ. ſtrictiq; iuris † merito cenſetur derogatio, vt non trahatur de caſu ad caſum, nec vim habet niſi ſit narratum in ſpecie in quo deſideretur Rom. conſ. 272. ſequitur Felyn. in c. ſuper litteris nu. 17. verſ. & ad ſecundum de reſcript. Hinc,

14 † vt non valeant reſcripta aduerſus legem impetrata nõn facta

de ea ſpeciali mentione l.reſcripta & ibi glo. C. de Pręc. Imp. Off. Anch.conſ.310.nu.4. in fin.Ruyn.conſ.109.nu.18. vol.4.

15 † Tandem ſupereſt eluſio,quę plerũq; verba legis fouet, & vulnus infert ſcientiæ.continet autem legis vilipendiũ, & ideo ſummopere fugienda, adeò vt etiam lata interpretatio admitti debeat, ne lex reddatur eluſoria c. ſi Ciuitas de ſentẽtia excom.in

16 6. Quid † vero eſt inter homines tàm piũ, tàm ſanctum, quod ſedulo magis cuſtodire ac venerari debeamus quàm legem? cũ ea ſit inuentio & donum Dei l.2. in fin.eod. iam Deum videtur eludere qui leges eludit, aut quomodo fidem præſtabit ſingulis, qui dum legem eludit eam vniuerſę, negat ciuitati, ad id ergo maximè reſpicere debet legiſlator ne lex facile poſsit eludi, & niſi ſemper plus ſcripto valeret ſcientia l.3.C. de lib.pręt.l.non dubium.C.de leg.facillimè eluderentur leges. Hactenus de ijs, quę rem ipſam afficiunt, & oppugnant. Supereſt, vt pauca de ſuperfluo dicamus, quod vitium eſt in verbis,& legem inornatã.

17 reddit.ſuperfluũ eſt † verbum omne,quod neq; intellectum,neque ornatum adiuerat. Quintil. lib.8.c.3.ſed vitium affert orationi, non diſpoſitioni. cautum ideò eſt ei, quæ abundant non

18 vitiare l. non ſolent ff. de reg. iur. Bald. tamen † in l. gallus. §. quidam rectè 3. opp.ff. de lib.& poſthum.putauit diſtinguendũ eſſe inter contractus leges, & regulas. In contractibus quidem ac etiam in legibus admiſit, ne verba ſuperflua vitiarent. In regulis verò,contra, quoniam hę ſunt quæ rem quę eſt,breuiter enarrant l.1.ff. de reg. iur.quod recipiendum cenſeo ſi,ita intelligatur, vt regula propter ſuperflui vitium amittat officium regulæ duntaxat,& retineat legis,itaut,non ex toto pereat. Durum etenim admodum eſſet ob ſolam verborum ſuperfluitatem actũ perire.quod enim agitur, magis re quàm verbis conſiſtit,& ideo cautum eſt plus valere, quod agitur, quàm quòd ſimulatè concipitur.C.plus.val.per totum, ſed quia decet tum legem tum re-

19 gulam in ſenſu, & verbiſ eſſe perfectam,nec minimũ † quidem verbum eſſe ſine virtute operandi ad glo.in l. 1.ff.quod met.cau.

20 Bal.in Rub.C. de contrh. empt.nec debet lex † ita intelligi,vt incidamus in ſuperfluitatem,vt poſt Caſtr.tradit Socc.iun.cõſ. 6.nu.5.lib. 1.ideo enitendum eſt legiſlatori, ut quantum fieri poſsit,abſtineat à ſuperflui vitio, ſic Caius à uerboſis Comentarijs.

tarijs abſtinendum putauit in ſ.1.ff.de orig.iur.& ſuperuacuo re ſecari Iuſt. præcepit in 1.conſt:Cod.§. quibus. Sed tamen ab
21 Accurſio cauendum eſt † in l.ex ea ff. de poſtul. qui verboſos aduocator hoc nomine ratus eſt ab officio poſſe repelli, nam & ſine lege loquens debuit erubeſcere l. illam. C. de collat. & ſcire debuit aduerſus nullam iuris præceptum peccare, ac ideo plectendum non eſſe; Quoniam vitium ſuperflui afficit orationem
22 non diſpoſitionē † quo fit, vt in l.quisquis C.de poſtul. (quod omnino deſtruit Accurſij ſententiā) quouſq; maluerint Imperatorum reſcripto orare permittantur, liceatq; iudici modum imponere, vel ſilentium, ubi ſatis dictum putat, non autem pœnam quaſi ſuperfluo dictum cuius reſcripti ſententiam aliter, & malè quidem Iaſon accepit. Igitur hęc omnia diligentiſsimè cuſtodienda ſunt legislatori, vt non legibus condendis à uitijs omnibus abſtineat, & quę ad legis perfectionem conducunt animaduertat, & cuncta ſecernens nihil adijciat, nihil prætermittat
23 quod poſsit afferre detrimentum; Quas † vero leges ſalutare exiſtimar, vtile erit prius oratione perſuadere; quod qui eas uera fabulis obnubentes in Mercurium retulerūt, ſatis indicaſſe uidentur. Poterit hac ratione amaritudinem quandam, quam ſepe leges prima fronte promittunt eloquentię mellibus temperare populo cū perſuaderi debeant, ille facile cedit arti, & iugum ſua ue exiſtimat, cuius durities uerborum ſuauitate lenitur. Totū hoc in eloquentia legiſlatoris repoſitum eſt, qua mulcere poteſt animos, & legibus obtemperantes reddere. Quod ſi nulla ars in perſuadendo pręceſſerit, uix erit ne non cuncti reclament, & à concordi legum ſponſione declinent, ita ut uel tardius recipiant, uel citius in deſuetudinem reuocent. At cum iugo ſuauiter poſito ſponte ab initio colla ſubmittunt, aſperitas omnis primum oratione uelatur, poſtea per conſuetudinem recedit incognita.

ALEXANDRI TVRAMINI I. V. C.

AD RVB. DE LEGIBVS.

LIBER TERTIVS.

Lex Ciuilis laudatur, & ſingulariter quædam de iure ciuili Romanorum ſubijciuntur. Cap. I.

1 *Legis ciuilis laus ex Cicerone pro Cluentio.*
2 *Patres pro filijs ſalutare conſilium capere ſolent.*
3 *Veræ, iuſtæq; legis argumenta.*
4 *Laudatur ius ciuile Romanorum.*
5 *Natura duce errari non poteſt.*

QVID ipſa lex ſit, & ad quam multa & uaria legiſlatorem reſpicere oporteat, hucuſq; traditũ eſt; quæ à me ocioſe cõgeſta fuiſſe nemo arbitrabitur, qui momentũ legũ in quacumq; ciuitate ferendarũ ſecũ rependere non grauabitur. Nã, ut Cicero pro Cluentio uberrime
1 teſtatus eſt †. *Mens, & animus, & conſiliũ, & ſentẽtia ciuitatis poſita eſt in legibus; Vt corpora noſtra ſine mente ſic ciuitas ſine lege ſuis partibus, ut neruis, ac ſanguine, & membris uti non poteſt; legum miniſtri Magiſtratus; legum interpretes iudices, legum denique idcirco omnes ſerui ſumus; ut liberi eſſe poſſimus.* & paulo infra. *Circumſpicite omnes reip. partes omnia legum imperio, & præſcripto fieri uidebitis.* Et quidem lex æmula diuinitatis eſt, Antiſtes religionis, fons diſciplinarum, artifex iu-

ris

ris, bonos mores inueniens, atque componens, gubernaculum ciuitatis, iuſtitię nuncia, magiſtra uitę, anima totius corporis popularis. Et aduerſus iniuſtitiam, petulantiam, & impiorum denique omnium iniquitatem tutiſsimum, ac ſolum cuiuſque ciuitatis propugnaculum. Hęc proſpicit ne tenuis uitę homines à potentioribus opprimantur; hæc illatas iniurias, inultas abire non ſinit; conſilium indigentibus, auxilium afflictis prębet, & quaſi pro patre, & tutore ſubditis omnibus præponitur,
2 Et ut Patres † conſilium capiunt pro liberis maximè ſalutare. l. nec in ea ff. ad l. Tul. de Adult. & in pietate potius, quã in atrocitate poteſtas eorum conſiſtit. l. Diuus. ad l. Pompo. de parric. ita ſolet lex ad errata ſubditorum ſemper cum benignitatis temperamento reſpicere l. reſpiciendum. ff. de Pœn. his uero, qui uẽdunt, emunt, conducunt, locant, contrahendiſq; negocijs implicantur; porrò quantum obuenit utilitatis ex legibus ſapienter cond tis? Quomodo, & ius ſuum conſequi poſſent, & alienum reſtituere cogerentur, & fidem conuentionum ubiq; ſeruare legibus, uel minime latis, uel iiſdem non prudentes uti decet, neq; ſapienter poſitis? & iuſtè quęſita pacificè poſsidere, & iniuſtè occupata recuperare quis poſſet legum auxilio deſtitutus? Quinimo etiam ſolitario homini, uel in agro, uel in repoſito thalamo uitam agenti quę ſupererit quies ad agrum, uel ingenium excolendum accomadata; niſi cęteri homines intra iuſtitiæ cancellos legibus contineantur, ac inter improbos nocendi libido refrænetur? Neque Diogenes cœleſtia contemplari, neq; Homerus excidiũ Troię, aut Vliſsis perregrinationes canere potuiſſet; neq; Plato nos ad ſuperos attollere, aut Ariſtoteles in ijs quæ notiora ſunt, ita egregie uerſari; niſi illud ocium leges ipſæ prudenter latę ſuppeditaſſent, quibus publicæ utilitati conſultum foret. Leges igitur ubiq; optimæ ferantur, & latę ſeruentur: hinc enim, & publica, & priuata ſalus pendere uidetur:
3 hinc omniũ ſuauiſsima libertas in rebus honeſtis agendis. † Hæ quidem ſi uerę leges ſint, à diuina mente ducuntur, diuinę prouidentię congruunt, naturę ordines æmulantur, & ad ſummum bonum dirigunt. Hæ legem illam naturę cordibus inſitam detegunt, exprimunt, & cuſtodiri, ac ſeruari faciunt. Et ut ea quidem naturę lex diuini luminis communicatio eſt; ita lex ciuilis

uilis ad eius ſimilitudinem introducta inuentio quædam & Dei donum exiſtimatur, quod ab eiuſdem luminis communicatione tola promanet, atq; dependat. Qua ratione mihi de lege ciuili omnium ciuitatum, non tam Romani imperij cauſſa hucuſq; differenti, & non ad hanc, vel illam; ſed ad commodũ cuiuſq; ciuitatis reſpicienti, ex iure ciuili Romanorum non quaſi illius profeſſore tam multa & varia argumenta deſumenda fuere, vt aſſertiones propoſitas comprobarem; Sed, vt id ipſum interim aſſequens eiuſdem iuris pręſtantiam (quod pręcipue intenderã) & quandam abſolutionem etiam oſtenderem. Quare vel hoc ipſo ſatis etiam intelligunt, qui patres illos eiuſdem imperij propagatores ad mentem reuocant, quantam habuerint prudentiã cũ ſapientia coniunctam, tùm maximè quot eodem imperio creſcente iureconſulti floruerint legibus condendis, non tantum interpretandis aptiſsimi. Legimus in hoc iure compilato Aquilios, Scęuolas, Tulianos, Marcellos, Paulos, Vlpianos, Papinianos, alioſq; permultos, quorum numquam ſatis laudata reſponſa præclaram fidem faciunt eos omnes acri ingenio, eloquẽtia non vulgari, tùm vero doctrina & prudentia admirabili prę ditos, non tam iuris conſultiſsimos, quam legumlatores optimos eſſe cenſendos. Et ſatis quidem ob ſuos authores eruditione, atq; virtute illuſtres ius ciuile Romanorum laudatum uideri poſſet; verum amplius idem vbiq; commendat, quod ciuitates lege municipali deficiente omnes quidem ad illud libentiſsime recurrant, quod ab ipſius correctione, eluſione, & abrogatione; quantum fieri poteſt, abſtineant. Quod quam iuſtiſsime fiat ijs omnibus exploratũ eſſe poterit, qui hęc, quæ poſui principia non ignorantes, idem ius ad naturę legẽ referre volent, & quã perbelle ab ea deriuetur, tũ naturã ipſam, qua Duce (ut Tullius ait) errari non poteſt, etiam imitetur, diligenter animaduertere. Quod eiuſdem iuris profeſſoribus gratum futurum ſcio quo ſe ſtudium, & artem vndequaq; perfectam, & numeris omnibus abſolutam profiteri intelligant; tum etiam, vt iſtius indagationis, quę iunioribus apprime vtilis futura ſit, aliquod pateat exẽplũ, ſequenti capite breuiter indicare conſtitui: pòſt ad id quod de ęquitate & conſuetudine dicendum ſupereſt, illico deſcendam.

Ius ciuile Romanorum à lege naturali ferè totum belliſsime fluere, & Naturæ imitatione ſummopere delectari.
Cap. II.

1 *Ius in Vlpiani diffinitione pro ſtudio iuris vſurpatur.*
2 *Idem in acquirendo conſeruando, aut minuendo conſiſtit.*
3 *Acquirendi ius ex naturæ lege eam accipit formam, ne cũ alterius iactura fiat.*
4 *Eadem naturæ lege omnis iniuſta acquiſitio prohibetur.*
5 *Actiones perſonales, aut ad dandum, aut ad faciendum competunt: reales vero rei perſecutionem continent.*
6 *Aequitas l. curabit. C. de act. empt. etiam vendicat ſibi locũ in contractibus innominatis correſpectiuis ex Cornei ſententia, quæ ab Authore comprobatur.*
7 *Actionum omnium ſcopus, vt iuſte acquiramus, & alios iniuſte acquirere, aut retinere non ſinamus.*
8 *Ex iure conſeruandi, & retinendi exceptiones prodeunt.*
9 *Interdictum retinendę mixturam actionis, & exceptionis continet.*
10 *Editum legis naturalis perpetuum eſt, quod tibi non vis fieri alteri ne feceris, & contra.*
11 *Pro rerum defenſione licet vim vi repellere.*
12 *Tum conuocare amicos ſtatim, ac quis deiectus ſit, vt poſſeſſionem recuperet.*
13 *An pro rerum defenſione liceat occidere, opinio legiſtarum affirmatiua.*
14 *Opinio Canoniſtarum negatiua de eadem re.*
15 *Diſtinctionem conciliantur.*
16 *Defenſio rerum coniuncta defenſioni perſonę iuſtificat homicidium.*
17 *Statutum permittens bannitum percuti, permitti etiam occidi, ex Baldo.*

18 De-

18 *Defendens res ſibi neſſarias, vitam defendere uidetur.*
19 *Indigna res eſt diuitias ſecundum dicere ſanguinem.*
20 *Res neceſſariæ ad vſum uitę rerum ex Stoicorum ſententia exiſtimandæ, & quomodo.*
21 *In contractibus quædam relatio conſideratur.*
22 *Rei ſuæ unuſque eſt moderator, & arbiter.*
23 *Minor tamen ob æs alienum, & cum decreto tantum alienare poteſt, & quare.*
24 *Iuris præcepta quæ ſint.*
25 *Princeps ob corruptos ſubditos, uel miniſtros utiliter agere poteſt.*
26 *Aliud argumentum laudandi iuris ciuilis, ex Authore.*
27 *Natura ſagax, iuſta artificioſa ex Hippocratis ſententia, omniumq; prouida dicta eſt.*
28 *Eadem ex bono prodit, & in bonum dirigens ſeruat characterem boni.*
29 *Vſucapio bono publico introducta, tum in dotibus, in teſtamentis, in pœnis ratio ſummi boni elucet.*
30 *Bonum quod magis commune eſt, ad ſummi boni conditionem magis accedit.*
31 *Natura nihil fruſtra eſſe patitur.*
32 *Eius exemplo circuitus inutiles in iure euitantur.*
33 *Toties autem euitantur, quoties prorſus utilitate carent.*
34 *Decius in l. 2. §. ſeruus. ff. ſi cert. pet. reprobatur.*
35 *Pauli locus in l. 2. §. item ſi in facto. ff. de verb. oblig. declaratur.*
36 *Ex regula de inutili circuitu euitando ad uaria infertur remiſsiue.*
37 *Natura unà cum facultate etiam inſtrumenta largitur, & uice uerſa.*
38 *Conceſſa iuriſdictione, ea quoq; conceſſa uidentur ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt.*
39 *Idem conceſſo iure ſeruitutis.*
40 *Legato uſufructu fundi iter legatum ad eum intelligitur, ſi nō niſi per hæreditarium fundum ire liceat.*
41 *Qui non patitur apportari ea, quibus iter refici debet, tenetur, ac ſi refici non pateretur.*

42 *Adem-*

42 *Adempta facultate, videntur & inſtrumenta adempta.*
43 *Prohibito alearum vſu, an quis eas conficere poſsit etiam ſi nō ludat.*
44 *Cui conceditur ius lignandi conceſſum videtur, vt ferro ad cædendum oportuno utatur etiam prohibita armorū delatione.*
45 *Fundo legato quare non debeatur, inſtrumentum inquiritur, & quid legato uſufructu.*
46 *Natura contrariorum ratione conſonantiam rerum parit.*
47 *Natura ſeruat æqualitatem geometricam dumtaxat, ius uera etiam Arithmeticam, & cur id ita fiat.*
48 *Aequalitas geometrica, & arithmetica declaratur.*
49 *Iuſtitia aut diſtributiua, aut commutatiua.*
50 *Lex debet eſſe commenſurata delicto.*
51 *Fur manifeſtus grauius punitur quam non manifeſtus.*
52 *Homicidium deliberatum magis punitur, quam in rixa commiſſum.*
53 *Similiter magis punitur raptus mulieris honeſtæ, quàm inhoneſtæ.*
54 *Aequum nihil aliud eſt quàm æquale quoddam.*
55 *Plus, & minus poſſunt eſſe per proportionem æqualia.*
56 *Ius commutatiuum magis, quàm naturam imitetur, noſtris neceſsitatibus inſeruit.*
57 *Natura non vtitur commutatione; quia non indiget aliquo.*
58 *Ius commutatiuum, & medium Arithmeticum dicunt imperfectionem.*
59 *Natura operatur quantum poteſt, & quandiu poteſt.*
60 *Vtile per inutile non uitiatur in diuiduis.*
61 *Legata etiam nomine hæredum inducto conſeruantur.*
62 *Captiuitate interrumpitur uſucapio, adeo ut nullo iuris remedio reparari ualeat, & quare.*
63 *Poſſeſsio plurimum facti habet.*
64 *Natura uniuerſum complet gradibus ſuis, ut quomodo id ipſum etiam ius ciuile adimpleat. 65. 66. 67.*
65 *Iuſtitia ita cuiq; ſuum tribuit, ut non diſtrahat ab alterius iuſtiore petitione.*
66 *Tantum præſtat ſententia legis, quantum lex ipſa præſtat.*
67 *Gradus iuris completi ſummatim recenſentur.*

auertantur? ſed forte hęc nimis generaliter affirmari videntur. Sic etiam publicę, ac priuatæ vtilitatis habere rationem videtur eſſe aliquid in quod omniũ populorũ inſtituta conſentiant.
2 Sed etiam idem Vlpianus in l. vlt. hoc tit. ſcripſit. † totum ius conſiſtere, aut in acquirendo, aut, in conſeruando, aut in mi-
3 nuendo. Lex omnis de acquiſitione † ab illa naturæ ſanctione promanat, & ad eam ſemper recurrit, quæ nunquam ſatis laudari poterit, neminem cum alterius iactura fieri debere locupletem; l. nam hoc natura. l. hęc conditio ff. de condic. ind. Eatenus iure ciuili Romanorũ conceſſa acquiſitio eſt, quatenus nullius iacturam continet, & ſi contineat, varijs titulis, varijſq; le-
4 gibus interdicta. Hinc † furti, & rapinę perſecutiones competunt. §. ex maleficijs inſt. de action: hinc rerum amota rum l. rerum. ff. de action. rer. amot. hinc conditio indebiti; vel cur eam dico ſolam. hinc conditiones omnes, ac perſecutiones tã in rem quam in perſonam tanquam riui ab vno fonte ducuntur, ne aliquem cum alterius iactura locupletem fieri patiamur. Hoc ſolo nititur (vt ſingulares deciſiones attingam) l. ſi me, & Titium. ff. ſi cert. pet. l. curabit. ff. de act. emp. Et (vt opinor) nec
5 imaginari poteſt cum actiones † perſonales ad dandum, vel ad faciendũ impellant. §. 1. inſt. de action. l. actionum genera. §. in perſonam. ff. de actio. & oblig. l. 2. ff. de verb. oblig. reales vero rei alicuis perſecutionem contineant d. §. 1. l. actio in perſonam ff. de action. & oblig. aliquam earum eſſe, quæ non hinc ſuũ trahat initium. Experiamur in emptione, venditione; ſi res tradita ſit, nec ſoluatur pręcium, vel è contra, in locato, conducto, ſi alter operas pręſtet, alter mercedem neget, quantũ porrò per dictum dictamen rationis offenditur? In mutuo, in commodato, in depoſito res euidentior eſt, in contractibus innominatis qua, vel alia ratione, ſi do, vt des, & ceſſes dare introductũ eſt, vt vel in id quod intereſt me non accepiſſe damneris, vel repetam quod dedi quaſi ob rem datum l. 5. §. 1. ff. de pręſ. verb. niſi quia ſi aliter fieret iam alter eorũ, cum detrimento alterius acquireret. Idem in do, vt facias, facio vt des, facio vt facias,
6 obſeruare licebit; Qua ratione † recipi poterit ęquitatem l. curabit. obtinere etiam in ijs contractibus correſpectiuis ex ſententia Cornei conſ. 145. nu. 7. & 8. vol. 2. quem ſequitur Paris.

conſ. 75.nu.17.lib.4. & quamquam nihil allegent ſatis tamen comprobari poteſt ex ratione d.l. curabit, quam Didac. lib. 3. var. Reſol.c.4.nu.1.ex ſententia Ariſt.lib.5. Ethyc.c.5. doctiſſime deducit. Poſtulat enim commutatiuę iuſtitiæ ratio, quæ in conuentionibus præſertim correſpectiuis locum ſibi vendicat, vt quatenus alter contrahentiū impleat, alter uiciſſim implere debeat etiam non interpellatus; quia ſatis interpellat implementum, vt declarat etiam Lugdun. in conſuet. Pariſ. §. 1. gloſ. 9. nu. 56. & incipit iam locupletari ex implemēto alterius cū eiuſdem iactura ob non implementum ſuum. Actionum omnium
7 vnicus eſt ſcopus, † vt petentes iuſtè acquiramus: perſequimur enim quod nobis debetur. §. 1. inſt. de act. repetētes, aut vendicantes alios iniuſtè acquirere non ſinamus. Cùm quod debetur nobis, vix fieri poſsit, vt alij iuſtè retinere queant. Cur verò tot ſunt excogitatę cauſſæ acquirendi tū oneroſæ, vt emptio, uenditio, locatio, conductio, ſocietas, & id genus ſimiles, tum lucratiuę, vt ſucceſsiones ex teſtamento, vel ab inteſtato, donationes, & aliæ, niſi quod ita dictante lege naturæ iuſta omnium acquiſitio eſſe deberet, non aut fraudolenta, aut doloſa vſurpatio? Si vero ad ſecundum iuris caput te conuertas, quod in cō-
8 ſeruando † conſiſtit, à quo exceptiones omnes prodeunt, & in-
9 terdictum retinendę † quod mixturam actionis, & exceptionis habet l. actionis verbo. ff. de act. & oblig. cognoſces quidem leges omnes, quæ ad id tendūt in ſe naturalem habere rationem.
10 Perpetuum † legis naturalis edictum eſſe videtur, quod tibi non vis fieri alteri, ne feceris, & è contra. quis verò is eſt, qui res occupatione, captiuitate, alluuione, ſpecificatione, acceſſione, confuſione, commiſtione, ędificatione, traditione, aliaue cauſſa, vel gentiū, vel ciuili iure approbata quæſitas, iuſtū haud putet licere ſibi retinere, & ab alio in earum poſſeſsione, vel dominio ſibi moleſtiam inferri non cenſeat iniuſtum? Tantum vero lex ciuilis abhorret pacificos rerum ſuarū poſſeſsores perturbari, vt pręter omnia legitima remedia, quę adinuenerit, re-
11 medium facti etiam probauerit, conſtituens † pro rerum ſuarū defenſione illatam vim propulſare licere cum moderamine in-
12 culpatę tutelę l. 1. C. vnde vi, quod nec creditur excedere † ſi deiectus continuo conuocet amicos, auxilium quærat, eoq; pa

rato

rato ad recuperandum per vim redeat l. 3. §. cum igitur ff. de ui, & vi arm. Vi etenim iniuſtè deiectus, iuſte vi deijcere videtur.
13 Quinimo licebit etiam occidere, † cùm iuris noſtri interpretes corporis, ac rerum defenſionem exiſtiment eodem iure cenſendam. gloſ. in l. vt vim ff. de iuſt. & iure. cui, & Bart. conſentit Iaſ. ibi. nu. 23. Aqu. nu. 54. Dec. nu. 31. Curt. nu. 45. idē Bart. in l. furem per eum tex. nu. 2. ff. ad l. Corn. de ſic. Flor. in l. itaq;
14 ff. ad l. Aqu. & eſt cōmunis apud eos; licèt in contraria † ſententia ſint Canoniſtę determinantes pro ſola rerūm defenſione non licere hominem occidere gloſ. in verbo fugiens 23. q. 3. in princ. Ioan. And. in c. 2. de homic. & ſequuntur Hoſt. Lap. Zabar. quos ibi refert Mar. Socc. nu. 8. Sed quoddam tempera-
15 mentū adhiberi poterit, † vt ſi perſiſtens in rerum ſuarū defenſione, quę licita eſt d. l. 1. C. unde ui. incurrat perſonę periculū: poſſit occidere; quia tutela corporis accedit d. l. ut uim, non ſi ſola urgeat rerū defenſio c. 2. extra. de homic. ubi ex coniuncta
16 reiū, perſonarumq; defenſione iuſtificatur † homicidiū. Quod ſi quis obijciat ob ſolam corporis tutelam licere d. l. ut uim, & nihil poſitum eſſe in defenſione rerum, occurram; quia effectus tribuitur primę cauſſę, & ob rerum defenſionem in corporis diſcrimen licite uentum eſt, & ut conſequens conſideratur defenſio corporis, cū defenſio rerum antecedat. Facit quod egregie
17 tradit Bald. in l. 3. ff. de adim. leg. nempè cum ſtatutū † permittet bannitum percuti, permittit etiam occidi; quoniam accenſa rixa proprij corporis defenſio conſequenter urget. ſequitur Fely. in d. c. 2. n. 5. de homic. Cęterū ſi p rerū ſuarū defēſione nullū immineat uitæ periculū, excedet moderamen inculpatę tutelę argumento l. ſi ex plagis. §. tabernarius ff. ad l. Aq. & huius ſentētię uidetur Dec. in d. l. ut uim. n. 31. Hęc in foro fori recte dici uidētur quo de occultis nō eſt iudiciū. Et recte quidē ad naturę principia reuocari poterūt. *Principio* etenim ut Tull. ait primo de officijs *generi animantiū omniū eſt à natura tributū vt ſe vitā, corpusq; tueaẽ, declinetq; ea, quæ nocitura videātur.* Atq nō ſatis uitā defēdimus (id q homini cū cęteris animātibus cō mune nō eſt) cū tutelā corporis ſuſcipimus. *Homo etenim* (ut idē docet) *quoniā rationis eſt particeps cōſequentia cernit, cauſſas rerum videt, earumq; progreſſus, & quaſi anteceſſiones*

non

non ignorat, ſimilitudines comparat, rebuſque præſentibus adiun-
git atque annectit futuras, facile totius uitæ curſum uidet, &
ad eam degendam præparat res neceſſarias. Ex quo intelligimus
18 uitæ defenſioni rerum defenſionẽ, ſic poſſe coniungi, † vt qui-
cunque in rebus ſibi neceſſarijs defendẽdis inſiſtat, vitam defen-
dere videatur, non ea quidem inciuili ratione, ſeu potius in-
19 digno † argumento, quo res ipſas ſecundum ſanguinem dicunt
glos. & Bart. in l. Aduocati C. de aduocat. diuer. iud. & Iaſ. in d.
l. vt vim. nu. 23. Sed quia primo veroq; ſanguini conſeruando
neceſſarię ſunt. Et vitam ciuilem degentes res nobis neceſſa-
20 rias † non Secundum Stoicorũ ſeueritatem; ſed ex noſtrorum
ſententia dignitate ſtatuq; noſtro vndiq; animaduerſo exiſtima-
re debemus arg. l. quęro l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. Sem-
per etenim legum noſtrarum cũ naturali ratione conſonantiam
perſcrutari debemus, & quantum fieri poteſt illas ad eam refer-
re. Natura etenim hanc ciuilem ſocietatem inſtituit diligit,
& perpetuo ſeruari deſiderat. Quamobrem legulatoribus etiam
inſinuat fruſtra tribui cuique ius ſuum; niſi retinere queat; fru-
ſtra modos acquirendi proponi niſi acquiſitum conſeruare poſ-
ſimus. Tandem & in minuendo coſiſtit ius noſtrum. Fruſtra
ſępequiuis acquireret, niſi & certis modis liceret amittere. Et
21 plerumq; ſe inuicem referunt; † emit vnus, alter vendat neceſ-
ſe eſt; donat aliquis, alicui donat, accreſcit vni, alteri decreſcit,
22 & ita manet commercij vita perennis. Tũ † quod rei ſuę vnuſ-
quiſq; ſit moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mand. & il-
lud, vt quiſq; legaſsit rei ſuæ ita ius eſto l. verbis legis. ff. de verb.
ſig. naturalem habet rationem; nam vt quiſq; id in re ſua libenter
admittit, & rationi conſonum exiſtimat, debet idem ius in alie-
nis recipere. Generaliter hęc determinari videntur. Sed quę-
dam iure ſingulari conſtituuntur veluti, vt minor ob ęs alienũ
23 tantũ, & cum decreto alienet † non alias ob cauſſas l. ob ęs C.
de Præd. min. Lex Iulia fundi dotalis prohibet alienationem. l.
1. ff. de fund. dot. furioſo, & prodigo interdicitur alienatio l. is
cui. ff. de verb. oblib. & in ijs quidem à ratione naturali minime
deflectimus. Nam ipſa naturę lex non conſentit eum rei ſuæ mo-
deratorem eſſe, qui omnem moderationẽ, aut ignoret, aut mi-
nime ſentiat. Quamobrem prætor, vt ait Vlp. in l. p. ff. de mi-
nor.

nor. naturalem ſequitur ęquitatem, tutelam in notū ſuſcipiens & eoſdem facilitate læſos reſtituens. In omnibus enim iuris noſtri partibus naturalis rationis ſemina reperiet, qui ea inueſtigare
24 non grauabitur. Eius pręcepta † ſunt (vt altera ex parte id cõprobemus) honeſte viuere, alterum non lędere, ius ſuum cuiq; tribuere. §. iuris pręcepta inſt. de iuſt. & iur. Primo capite Mores hominum inſtituuntur, probroſę, & inhoneſtæ conditiones reijciuntur. §. vlt. inſt. de legat. Adulteria, ſtupra coercentur ad idem pertinet edictum prætoris de ſeruo corrupto, quod & pro filiofamilias vtiliter intẽtari poteſt l. vt tantum ff. de ſer. corrup.
25 Nec illepide dici poterit † idem competere principi, eiuſq; procuratori ob corruptos ſiue ſubditos ſiue miniſtros, & quanti ea res eſt ex poſtremo capite quaſi damnū debetur, at duplū quod promittit l. p. ff. eod. magis deberi videtur; quia delinquitur ad uerſus primum. Secundum tuetur perſonas, & iniurias tum reales, tum uerbales cohibet. Tertium præceptum res, & facultates concernit, & ita intelligimus ius ciuile noſtrum nihil aliud eſſe quam ipſam veram legitimamq; philoſophiam, quę de moribus, ac reliquis actionibus hominum ſecundum rectam rationem, veramq; naturę legem recte pręcipiat. Sed experiamur
26 argumento minus vulgari, † ac plurimum concludenti eiuſdem iuris pręſtantiam exhibere. Quis dubitat ea rectiſsime gubernari, quæ ad nutum ęternę legis reguntur, atq; mouẽtur? Aut quo modo infinita nobis ratio rectius faciẽda, vitandaq; præſcribere
27 poteſt, quam ſi natura duce, † quæ ſagax, iuſta, artificioſa, omniumq; prouida ex Hippocratis ſententia dicta eſt, cuncta agere, & inſtituere contendat? Eius nullum opus eſt, in quo diuini aliquid non refulgeat, quod ſapientiam Dei nõ pręſeferat. Rectiſsime igitur ius noſtrum laudari poterit quo naturam imitatur: hoc enim nomine ęternę legi non tantum naturali reſpon-
28 dere videtur. Primùm itaq; ſi naturam contemplemur † ea cum prodeat ex bono ſeruans characterem boni, cuncta bene in bonum dirigit; quod gradu 10. cap. 29. Franciſcus Piccolomineus adnotauit. Ius autem ciuile Romanorum ex bono prodire conſtat, quia virorum prudentum conſultatio fit l. p. in fin. hoc tit. & à naturali lege promanat. Seruat characterem boni quatenus qualitates amicas ſecundo libro explicatas retinet ho-

neſtatem

neſtatem, ſimplicitatem, facilitatem, & alias; dirigit in bonũ ratione finis. Semper enim ius ciuile de publico bono cogitat
29 & in illud dirigit: quod † vſucapionis introductione comproba tur. l. p. ff. de vſucap. & dotium priuilegia, conſeruationes teſta mentorum, delictorũ animaduerſiones, aliaq; multa ſatis oſten dunt, quæ omnia publicę utilitatis ratione nituntur. l. p. ff. ſolut. mat. l. vel negare: ff. quem. teſt. aper. l. ſi ita vulneratus. ff. ad l. Aqu. Et quidem ſi ius ipſum à recta ratione prodit; ea quãdiu recta eſt, nihil magis appetit, quam quod vere bonum eſt, &
30 bonum publicum † quo magis commune eſt ad ſummi veriq; boni conditionem magis accedit. Quatenus conſtat ex pręceptis naturalibus, gentium, & ciuilibus §. vlt. inſt. de iuſt. & iur. ex bono etiam prodit. Ipſa etiam iuris pręcepta oſtendunt quomodo retineat characterem boni. Tum ſecundo quemad-
31 modum natura † nihil fruſtra eſſe patitur, vt Ariſt. docet libro 7. de Cœlo, & alibi ſæpe tum inſtrumentis oportunis vtitur, ac minime redundantibus. Sic Iuſtinianus nihil inutile, nihilq; perperam poſitum eſſe voluit: ſed quod in ipſis rerum obtine ret argumentis. §. cumq; hoc inſt. in proem. tum eo maxime ius
32 ciuile noſtrum naturam † imitatur, quo circuitus inutiles fieri vetat; ne aliquid fruſtra eſſe pati videatur. l. dominus teſtamento. ff. de cond. ind. ibi. *Sed tam benignius, quam vtilius eſt recta via ipſum, qui nummos dederit ſuum recipere* l. ſi vſuf. mihi. ibi *recta via fideicommiſſarium cauere oportet domino proprietatis.* ff. vſuf. quem. cau. Recteq; de inutili circuitu concipitur regu-
33 la. Nam vt † Alc. tradit in l. p. nu. 17. ff. de verb. ſig. & ſequitur Gram. decis. 103. nu. 132. & probatur ex d. l. ſi vſuf. euitatur circuitus; quoties nihil intereſt contrahentium; alioquin ſi aliqua in circuitu reperiatur vtilitas; cùm ius noſtrum maximè vtilitate nitatur l. ius pluribus ſup. de iuſt. & iur. cum ijs, quæ libro præcedenti ad cauſſam legis finalem aperiendam congeſta ſunt, nõ debebit euitari circuitus; ita poſt. Card. in Clem. Auditor de reſcriptis tradit Decius in l. cum fundum. §. ſeruus
34 tuus nu. 193. Qua ratione idem Decius † minus rectè impugnat deciſionem Ioan. Andr. in add. ad ſpec in rub. de oblig. & ſolut. dicentis, ſi quiſpiam promiſerit ſe obligaturũ ad x. quod ſtatim poterit conueniri ad illa x. nam & ſi concederemus pro-

miſsione

miſsione factum, & ideo teneri ad quod intereſt iux. l. ſi quis. §. vlt. ff. de re iud & arg. legis ſi pœnæ. ff. de verb. oblig. Intereſt tamen decẽ, vt patet, non recipere decem vel obligari ad decem vnde circuitus eſt inutilis; quia tantundem ex alia obligatione ſolueret, neq; dilatio eſt ad ſoluendum; quoniam vel obligas te ſtatim, & ſtatim ſoluis, vel non obligas, & cum ſis in mora teneris in id quod intereſt, quod eſt idem; quare ab ea communi traditione, quę vtilis in praxi conſequentias habere poteſt, recedendum non eſt. Speciem afferre lubet in qua de vtilitate circuitus euidentius appareat. A te † ſtipulatus ſum per te non fieri, neque per hęredem tuum, quominus mihi ire agere liceat; vnus ex pluribus hæredibus tuis prohibet me; quæritur apud Paulum in l. 2. § item ſi in facto. ff. de uerb. oblig. an teneantur hęredes eius. Videbatur ne tenerentur; quoniam ſi teneantur eis per eum, qui prohibuit iudicio familię erciſcundę ſarciri dãnum debebit. l. in executione. ff. de verb. oblig. l. inter cohæredes §. quod ex facto. ff. familiæ ercis. vtilius eſſe videtur aduerſus eum ſolum pro ſolido agere, quam aduerſus cohęredes omnes pro portione hęreditaria ne multiplicẽtur lites arg. l. p. ff. de vſucap. & quia aduerſus plures agendum ſit mihi, & illi plures aduerſus vnum agere neceſſe habeanr. Reſpondet tamen Paulus vnius facto omnes cohæredes teneri. Nam extitit conditio ſtipulationis, quæ omnes obligat d §. quod ex facto. Et quãtũ ad ſtipulatorem in eo facto indiuiduo, perinde eſt, ac ſi contrafuerint omnes l. 4. §. cato. ff. eod. effectus enim idem eſt. Circuitus eſt vtilis, quoniam ille qui contrafecit, potuit, vel in minima parte hæres eſſe, vel quauis ratione non eſſe ſoluendo. Quare aduerſus omnes ea ſtipulatio committitur. Itaq; cum in circuitu verſatur vtilitas tunc etiam admiſſo circuitu naturam imitatur, quia patitur eam, quatenus fruſtra non eſt. Ad

35 (placed at "cuitus euidentius")

36 varia † & in foro verſantibus vtilia ex hac regula ſępiſsime infe runt noſtri, quę quoniam ius dicentibus magis, quam legumlatoribus ſpectantia ſunt, ipſi ſibi requirant ex Bart. & alijs in d. l. dominus teſtamento. ff. de cond. ind. ex Card. & alijs in d. Cleme. Auditor. Anch. in conſ. 23. in fin. Socc. conſ. 20. nu. 2. col. 4. Boer. deciſ. 183. nu. 13. Grammat. d. deciſ. 103. nu. 191. & ſeq. Gorrad. conſ. 65. nu. 14. Natta. conſ. 153. nu. 9. vol. p. Me-

noch.col.63.nu.19. volp. nobis ſat eſt oſtendiſſe hoc quoq; nomine ius ciuile noſtrum laudari debere quod naturã imitando, euitet inutilia & nihil fruſtra eſſe patiatur. Prçtereà natu-
37 ra † varia cum facultate etiam inſtrumenta largitur, & vice verſa, vt docet Ariſt. lib. 4. de gener. Anim. Alterũ enim ſine altero fruſtra conceſsiſſe videretur. Id ipſum in iure noſtro ob-
38 ſeruare licet. Hinc enim deducitur regula † l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. vbi Tabelinus ait. *Cui iuriſdictio data eſt, ea quoq; conceſſa eſſe uidentur sine quibus iuriſdictio explicari non potuit;*
39 ſimiliter conceſſo iure † ſeruitutis, & ea conceſſa intelligũtur ſine quibus quis ſeruitute vti nõ poteſt l. refectionis, & ibi Bart. ff. commun. prçd. ad idem eſt textus in l. 3. §. qui habet ff. de
40 ſeruit. ruſt. prçd. & ideo ſi fundi vſusfructus † legatus ſit ad quem aditus non eſt niſi per hçreditarium fundum ex teſtamento vtique agendo vſusfructuarius conſequitur, vt eum aditu ſibi prçſtetur vſusfructus l. 1. §. p. ff. de ſi vſusfruct. pet. & Venu-
41 leius in l. veteres ff. de itine. act. priu. ait. † *qui non patitur apportari ea ſine quibus reſiceri ter non poſsit, uim facere uioletur, quominus reficiatur.* Multaq; practicis opportuna congeſsit Ias. in d. l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. ad quem ſtudio breuitatis re-
42 mitto lectorem. Et in contrarium, vt adempta † facultate adimantur & inſtrumenta non ſub obſcure probat. l. oratio. ff. de ſponſali. Sed tamen in regula negatiua cauendũ eſt, quod etiamſi aliqua facultate prohibita, videantur etiam prohibita propria eiuſdem facultatis inſtrumenta; Pœna tamen non tam facile committitur reſpectu vnius ſicut reſpectu alterius, vt multis probat Ias. in d. l. 2. nu. 25. vſq; in fi. quamquam ipſe ſubſiſto. Et etiamſi magis prçparatoria, vel antecedentia, aut conſequentia dici videantur, quam inſtrumenta ea, de quibus diſputat, inſtrumenti nihilominus aliquam rationem habent ſecundum quam poſſet ſub eiuſmodi capite determinari, niſi ad
43 alia feſtinandum mihi eſſet. Fac † igitur lege municipali ex toto prohiberi luſum aliarum, num poterit aliquis alias conficere non, vt ludat, ſed vt vendat. Non poſſe exiſtimo, quod & benignius eſt cum legis voluntas conſeruetur l. benignius in fi. ff. de legi. niſi conficiat, vt vendat in loco nõ prohibito contra
44 finge † alicui lignandi ius competere in alieno territorio poterit

rit & ſecuribus & cęteris inſtrumētis oportunis vti; Ita vt per legem municipalem forenſibus delatione armorum tam in ciuitate, quam in diſtrictu prohibita cui tamen ius erit cędendi Siluas, vel nemora, ius quoq; erit inſtrumenta ad cędendum ferre & ex hoc capite non tam dicitur geſtare arma prohibita quam
45 inſtrumenta conceſſa. Illud † tamen prætereundum non eſt, quod primum eſt quęſtionis huius; cur ſit, vt fundo legato, ſi de inſtrumento nihil dictum ſit non debeatur l. 2. §. vlt. ff. de fin. inſtr. contrà verò ſit fundi vſufructu legato cum boues aratorios amouere non liceat. l. item. §. Seminarij ff. de vſufr. Sed legatū proprietatis vtile eſt aliunde quęſitis inſtrumentis. Aliud eſt enim negare inſtrumenta particularia, quod fieri poteſt, aliud prohibere genus inſtrumenti. In vſufructu ſecus eſt; quia re debet vti aliena; & ita fructū etiam inſtrumenti habere, alioquin ratione inſtrumentorū non eſſet vſusfructus. Hęc ita niſi aliud
46 placuerit inter partes. Amplius natura † contrariorum ratione, congruenteq; ratione conſonantiam rerū parit. Ita certe ſe habet ius ciuile Romanorum. Nam ſi perſonas conſideremus quarum cauſſa leges poſitę ſunt l. 2. in fin. de ſtat. hom. Hominum ea conditio eſt, vt aut liberi ſint aut ſerui inſt. de iur. perſo. in princ. Si res conſideremus, aut acquiſitionem, aut amiſsionem admittunt. l. vlt. in fi. hoc tit. Hinc illæ titulorū inſcriptiones de acquirenda, vel amittenda hæreditate, de acquirenda, vel amittenda poſſeſsione, & ſimiles. Quid ſi actiones reſpicias eas, vel in rem, vel in perſonam, vel pœnę, vel rei perſecutorias, ſed quodam inſigniori diſcrimine alias bonæ fidei, alias ſtricti iuris eſſe intelligis Inſt. de act. §. p. & §. actionum. Accedant quæ ſe inuicem referunt emere & vendere, locare, & conducere, ſtipulari & promittere nonne oppoſita legitimam & admirabilem conſonantiam pariunt? Ex ijs etenim contractus conſurgit, mutuaq; obligatio naſcitur ſimiliter ex libertate, & ſeruitute ſtatus conſtat perſonarū vniuerſus. Addas ex actione, & exceptione iudicium inſtitui ex abſoluendi, & condemnandi poteſtate iuriſdictionem, ex abſolutione, & condemnatione rem iudicatam prodire c. forus de verb. ſig. l. quod iuſsit l. 1. & 2. ff. de re iud. Ex teſtati, & inteſtati cauſſa, inter quę pugna quędam eſt l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. hęreditatū ius

S 2 omne

omne cõſiſtit. Tũ quod ait Iuſt. hanc noſtrã iuris prudẽtiã ſciẽ
tiã iuſti, & iniuſti inſt. de iuſt. & iur. in princ. nõ alio pertinet quã
vt ex hac cõtrariorũ notitia publicę ſalutis cõſonãtiã miro quo
47 dã ordine deducat. In vno tamen hæſitari poteſt † cur nõ ipſam
naturã imitetur, quod ſummã rei reſpicit, nẽpè in iure ſuo cui
que tribuendo. In hoc. n. natura ſeruat æqualitatẽ Geometricã.
Contra vero ius noſtrũ nonnũq; Arithmeticã adhibet. Et qui
48 dẽ ęqualitas Geometrica eſt † quę in rationibus collocata prę-
mia meritis proportione determinat ęqualia. Mediũ vero Arith
meticũ eſt quoddã abſolutũ ęque diſtans ab extremis. Cũ autẽ
49 iuſtitia omnis † vel in diſtributione, vel in cõmutatione verſe
tur, & ob id alia diſtributiua alia cõmutatiua dicatur ius ciuile
addictũ iuſtitię ĩ diſtribuẽdo ſeruat mediũ, ſiue ęqualitatẽ Geo
metricã in cõmutãdo mediũ ſiue ęqualitatẽ Arithmeticã. Qua-
50 re leges, † quę ſanciunt pœnas debere cõmẽſuratas eſſe delictis
l. aut facta. ff. de pœn. l. qui iniurię. ff. de furt. Auth. oẽs vbi not.
in fi. C. cõmun. de ſucc. geometricã æqualitatẽ ſeruãt, ex qua fit,
51 vt grauius puniatur fur manifeſtus, quã non manifeſtus † §. fur
torum inſt. de Oblig. quę ex deli. naſc. §. in duplũ inſt. de Acti.
52 Magis punitur † homicidium deliberatum quam in rixa com-
miſſum l. 1. §. 1. ff. ad l. Corn. de ſica. Magis etiã punitur raptus
53 † mulieris honeſtę, quã inhoneſtæ l. p. vbi docet G. de rapt.
virg. Coeph. conſ. 140. vbi de communi lib. p. Clar. in. §. Ra
ptum in verbo quæro nunquid. Neque tamen in ijs verſa-
tur inæqualitas: nam eſſet iniquitas quędam; quoniam æquũ
54 † nihil aliud eſt quam ęquale quoddam; ſed æqualitas eſt ſecũ
dum geometricam proportionem ſecundũ quam contraria ra-
tione maiori præmio ducem exercitus, quam priuatum militẽ
afficere debemus, & plus etiam retribuere ei, qui vniuerſam ci
uitatem quam ei, qui vnum ciuem ſeruauit incolumen. Illud
55 tamen plus, † & minus eſt ſecũdũ proportionem æquale. At in
cõmutatiuo iure non ita res ſe habet. Cõmutandi ratio non eſt
56 à natura; † Sed humanis neceſſitatibus exigẽtibus ſibi homines
per cõmutationem conſulere cœperũt. §. ius autem. Inſt. de iu
re nat. gent. & ciu. cũ eueniret, vt quod vni ſupereſſet, alteri deeſ
57 ſet l. 1. ff. de contr. emp. At natura † multo magis prouida, &
neceſſarijs non egẽs dũ tribuit cuiq; quod ſuũ eſt, tantũ tribuit,

vt non amplius indigeat, & ita cōmutare neceſſe non habeat, ac
ita cū nulla rerū naturaliū inter ſe commutatio fiat; quoniam
ignis ſemper retinet iure ſuo calidū, & terra ſiccū, aqua frigidū,
aer humidū, neq; ob indigentiam commutare debent; quoniam
ſingulę res, ſi quod ſibi natura tributū eſt, cōmutarent, egeſta-
tem pro ſubſidio, interitū pro ſalute conſequerentur. Quare fit,
vt quod nobis natura datū ſit ſemper retineamus ſine vlla neceſ
ſitate commutandi, neq; verò riſus cū latratu, vel huius cū hym
nitu, aut ſimiliū commutatio aliqua fieri poteſt, vt olei cū fru-
mento, huius cū vino, vini cū ueſte, vel ſimiliū, quæ humanis ne
ceſsitatibus ſuggerentibus commutari cœperūt d. l. p. ff. de con
tr. empt. & quamquam materia electa ſit, cuius publica, & perpe
tua æſtimatio difficultatibus permutationū ęqualitate quantita
tis çonueniret, eaq; forma publica percuſſa non mercem, ſed
pręciū conſtituat, non eo minus hæc commutatio eſt nempe rei
cū pecunia. Sed quia ſpeciale nomen contractus aſſumit, em-
ptionis nempe, & venditionis genericū illud commutationis de
58 reliquit. Non ergo plus habet † ius noſtrū quod vtroq; vtatur
medio; ſed minus, eorū etenim alterū dicit imperfectionem, quę
illo rep. ritur. non tamen hæc dicenda eſt imperfectio legis, ſed
materię legi ſubiectæ, quatenus in hoc illi deſeruit. Igitur ius ci
uile Romanorū naturā imitatur, & hoc nomine laudari debet,
59 ijs vero repugnantibus ex toto excuſari. Similiter † operatur
natura quandiù poteſt, & quantū poteſt, eandem ius ciuile imi-
tatur in pluribus. Primùm quatenus in his quæ diuidi poſſunt
60 non ſinit † vtile per inutile vitiari l. p. §. ſed ſi mihi. ff. de verb.
oblig. & ibi Socc. ſen. nu. 3. Rurſus in dubio nunquam actus pe
rire patitur; Sed quouſq; poteſt conſeruari præcipit arg. l. quo-
61 ties. ff. de reb. dub. Hinc nomine hæredū inductio † legata, quę
inducta nō forēt lex cōſeruari voluit l. ꝓxime. ff. de his q̄ in teſt.
dolen. hinc ſufficere matrē, vel medio tēpore fuiſſe liberā, vt par
tus liber, & ingenus naſcatur. §. vlt. inſt. de inge. hīc pēdet diſpo
ſitio Auth. ex cauſſa. C. de libe. pręt. Quid āplius deſideras ius
ciuile noſtrum operari in eo, qui reuertitur ab hoſtibus cum
poſtliminij iure habeatur, perinde àc ſi nunquam captus fuiſ
ſet. §. ſi ab hoſtibus inſt. quibus mod. ius. pat. poteſt. ſolu.
Quid in eo, qui decedit apud hoſtes? fingit enim ante de-

ceſsiſſe

ceſsiſſe quam caperetur, vt ea confirmet omnia, quę alioquin per captiuitatem infirmantur d.§. ſi ab hoſtibus l. p.l. pater. §. 62 vlt.ff. de capt.& poſtlim. Cęterum † eorũ, quę vſucapiebat per ſemetipſum poſsidens is, qui captus eſt, interrũpitur vſucapio; quia certum eſt deſijſſe poſsidere l. in bello. §.factę.ff.eod. Poſſeſsio enim plurimũ facti habet,& cauſſam facti poſtliminio cõprehendere non potuit l.deniq; ff. ex qui. cauſ.maio. Conſer- 63 uaret † lex etiã poſſeſsionem, ſed ea facto non legis miniſterio conſeruatur, ac retinetur. Operatur ergo quantũ poteſt nec vltra deſiderare fas eſt. Rurſs quemadmodũ natura vniuerſum 64 complet gradibus ſingulis, † adeo vt nulla ex parte aliquid relinquat inane,ita ius ciuile Romanorũ dum imperat,vetat, permittit, punit l. legis virtus in fi. eod.dum iuris pręcepta ita diſtribuit, vt hęc ſit honeſte viuere,alterum non lędere ius ſuum cuiq; tribuere. §. iuris inſti. de iuſt. & iur. dum articulos, qui ſingulariter lege, vel conſuetudine comprehenſi non ſunt, aut principijs conſtitutione, cùm eſt incerta ſententia legis, aut ſi certa ſit per proceſſum de ſimilibus ad ſimilia iuſdicentis officio definiri iubet.l.& ideo cum l. ſeq. infra eod. videtur omne quod ſibi ſubijcitur ſingulis gradibus complere. Illaq; cũ ſit 65 legum noſtrarũ iuſtitia † authore Triphonio,qui ſuũ ita cuiq; tribuit,vt non diſtrahatur ab illius perſonę iuſtiori petitione l. bona fides.ff.depoſiti,nihil ſupereſſe videtur in quo ſi non legẽ ipſam non poſsis commodiſsime ſententiam legis inducere,quę 66 tantum præſtat † l. non dubium C. de leg. l. Gallus. §. quid ſi 67 ff.de lib.& poſth. Vel alia ratione † vis vniuerſum contemplemur, vt illius primi gradus ſint publicum & priuatũ l.1.§.huius ſump. de iuſt. & iur. Publicum vero ius ex legibus,magiſtratibus, publicis, priuatiſq; iudicijs, ex diuinis rebus ad eccleſiã, & religionem pertinentibus, ex iure fiſci, ex iure militum, ex iure deniq; ciuitatum tamquam gradibus ſingulis, qui & gradus alios ex ordine ſubiectos habet ex quibus vniuerſum iuris opus completur. Priuatum vero ius ad perſonas,ad res, ad actiones quaſi gradus quoſdam referre poteris.§ vlt.inſt.de iure perſon. Et perſonarum ius inter maritũ & vxorem,inter parentes & liberos, inter pupillum & tutorem, inter curatorem & adultũ, inter dominũ & ſeruũ, inter patronum & libertum quaſi ſingulos

gulos perſonarum gradus verſari cognoſces. Rerũ omnium gradus quod corporales ſint, vel incorporales: verſus dominium, poſſeſsionem, vſumfructum, vſum habitationem, cæteraſq; ſeruitutes, tum alia ſimilia iura intueri facile eſt. Rurſus dum cauſſas acquirendi tractas, aſpice oneroſas, & lucratiuas, & eaſdem partim ex naturali, partim ex gentium, partim ex ciuili iure prodeuntes, ſingulaſq; conſideres, tum vero actiones omnes, exceptiones, replicationes, duplicationes, videbis vniuerſum iuris ſtudium ſingulis gradibus mirifice completum, nullaq; ipſius partem vacuam eſſe, aut inanem. Tum facillime ex Nicolai Vigilli methodo; aut Eguin. Baronis oeconomia hos omnes vniuerſi iuris gradus, & eorundem inter ſe coniunctionem, & quantum vtilitatis afferant, & ornamenti retineant percipere licet. Nam rerum omnium tractatarum ordo ſic materiam vnam alteri coniungit, vt nunquam cogans facere ſaltum, ſed medium aliquod ſemper extrema connectit. Poſtremo, vt
68 alia multa ſilentio inuoluam † Natura morti ſuos natos deſtinat; hac tamen conditione, vt ex interitu perennem conſeruationem eliciant; in iure ciuili ſimili quodammodo acquiſitio
69 † inſtar generationis habet, conſeruatio tẽporis, quo viuimus
70 amiſsio mortis ſimilitudinem retinet. Et vt generatio † vnius eſt corruptio alterius, & vice verſa unius corruptio alterius generatio, ut ait Ariſt. lib. p. de gen. c. 3. tex. 17. ſimiliter unius acquiſitio alterius eſt amiſsio, & ex unius amiſsione alterius acquiſitio conſurgit. Ad idem pertinet conſideratio omnis de acquirenda, uel amittenda poſſeſsione. Ad idem illa tria inter dicto
71 rũ genera adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ. Sic † uſucapio dum alteri dominium adijcit incrementũ, etenim latens eſt ad inſtar alluuionis. §. per alluuionem inſt. de rerũ diuis. ideo per continuationem poſſeſsionis adiectio dominij eſſe diffinitur l. 3. ff. de uſuc. ab altero deijcit ſeu quatenus dominiũ ad uſucapientem accedit, ab altero recedit, contra quem uſucapitur, & ita ab altera parte ortum, ab altera recepit interitum. Similiter quod uni per ſententiam ad iudicatur, alteri detrahitur l. bona fides. ff. de poſ. unius incluſio alterius iudicatur excluſio l. cum prętor. ff. de iudic. ſemper cum ius unius exoritur, ius alterius interire uidemus. Hac autem perpetua rerum amiſsione,

ne,& acquiſitione, in priuatis contingente conſurgit in vniuerſo iure dominij, vel quaſi, poſſeſsionis, vel quaſi quędam vita
72 perennis. Hůc pertinet illud † nihil tam naturale eſſe quam vnumquodq; eo vinculo diſſolui quam quo colligatum eſt.l.nihil.ff.de reg.iur. quod ſi actus legitimi, qui legis nati, filijq; exiſtimantur non deſtinarentur morti; plura quidem abſurda reſultarent. Sed quod vnum pręcipuũ eſt infinitum quod ad naturæ ſimilitudinem ſuperiore libro euitandũ eſſe docuimus, re-
73 cipi videretur. Quare † peculium naſcitur, creſcit, decreſcit, & moritur, & homini ſimile eſt.l.peculium naſcitur.ff.de pecul. quo loci hanc natorum legis cũ naturę filijs ſimilitudinem Mar-
74 tianus expreſsit. Dos etiam, quę † ex matrimonio formam, & eſſe conſequitur l.3.ff.de iure dot.l.in poteſtate ibi *ipſa enim filia nubendo efficiet dotem eſſe*. ff. de ſponſ. ſoluto poſtea matrimonio dos eſſe definit l.3.ff. de iure dot. & probatur ſi rationem dubitandi ſubtiliter inquiras in l. etiam.ff.de fund.dot. hę-
75 reditas etiam quę hęrede deliberante † iure hęreditas eſt.l.hereditas.ff.de acq.dom. adita in patrimonium vertitur adeuntis gloſ. in l.1. §.veteres ff. de acqui.poſſ.Bart.in Rub. ff.de acqui. hęredit. & ipſo adeunte mortuo ex patrimonio rurſus in hæreditatem conuertitur, vt probat.§.igitur inſt.de Pupil. ſubſt.tum hęreditatis diffinitio de qua in l. hęreditas.ff.de reg. iur.cũ alioquin, vel daretur uiuentis hæreditas, vel eadem res viuentis eſſet, & non eſſet, vel pupillaris ſubſtitutio illico impubere mortuo,non alijs quam paternis bonis relictis, non conſtitueret teſtamentum duarum hęreditatum. Vſusfructus, tutela quibus modis finiuntur,morti quoq, deſtinari videntur. §. vlt. inſt. de vſuf.& quib. mod.tut.fin.per tot. Actiones morti etiam deſtinantur l.omnes.l.ſicuti.C.de pręſcrip. 30. vel 40.an. non exceptiones ea ratione, quam in præcedenti lib. c. de infinito explicauimus. Dum quia cum de peremptorijs loquimur magis conſiderantur, vt actionum extintiuæ, & inſtar priuationis non habitus habent, quę non ad tempus; ſed perpetuo priuat, & ad habitum regredi non ſinit. Cæteræ vero, quæ temporales ſunt cũ hac ipſa regula conſentiũt. Ex his, atq; ſimilibus (longe plura breuitatis cauſſa pręterire placet) cuiq; intelligere facile eſt quantam vis noſtrum cum natura ſimilitudinem retineat, & erit

cuiq;

cuiq; eiuſmodi indagatio fructuoſa, atq; iucunda. Tantaq; vis eſt imitationis huius, & iſtius comparationis, vt hoc argumẽto naturam teſtamentorum l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. naturam contractuum l. iuris gentium. §. vt puta ff. de pact. qui nimo, & ſubſtantiam contractus in iure noſtro legamus, & accidentia eiuſdem. l. pacta coniuncta ff. de contrah. emp. Vt iuris entia, quemadmodum, & realia diuidantur in ſubſtantiam, & accidens ſecundũ quẽdã analogiam. Quare, vel hoc potiſsimũ nomine cõmendari debet ius ciuile Romanorũ quod ſe ipsũ referat ad naturę ordinem, illumq; pręcipue æmuletur, quo nihil pulchrius, nihil ornatius, nihil præſtantius intueri poſsimus. Quod vero de iure Quiritũ in vniuerſum dictum eſt, idem & ſingulariter de ſenatusconſultis dictum eſſe intelligatur. Et quamquam verba Rubricę poſtulare videantur, vt ſpeciatim de ijs diſſerantur; quia tamen ęque commode in l. non ambigitur in fin. hoc tit. de ijs dici poterit. rectius me facturum cenſui ea diſputatione retardata, hanc vnam pręcipuam, quam ſuſcepi, celerius abſoluere.

Legem numquàm ita prudenter ſcribi poſſe vt emendatione non indigeat aliqua, quam cùm æquitas præſtet, de ipſius nomine, ac diffinitione tractatur. Cap. III.

1 *In lege ſcribenda duppliciter erratur.*
2 *Materia rerum practicarum inconſtans, & varia eſt.*
3 *Exẽplũ in quo legis ob uniuerſale peccatũ oſtẽditur ex Ariſt.*
4 *Statutum Bononiæ quòd qui fecerit ſanguinem in palatio capite puniatur, an compræhendat barbitonſorem, qui ægroto è vena ſanguinem mittit medici iuſſu.*
5 *Lex vt liberi parentes alant, non ligat infantes.*
6 *Æquitatis nomẽ vſurpatur pro eo, quod iniquitati oponitur.*
7 *Tum prò eò quòd opponitur iuri ſcripto, ſiue legitimo.*

8 *Et ad clementiam, & benignitatem quādam refertur ex quorundam ſententia.*
9 *Aequitatis diffinitio ex Ariſtotele.*
10 *Adnotatur error Alberti Bolognetti æquitatis officiū etiam in ſupplenda collocantis.*
11 *Aequitas ad ea reſpicit errata in quibus ex abſolute, & ſimpliciter loquendo peccatur.*
12 *Aequitatis diffinitio ex Donato.*
13 *Aequitatem laxamentum Cicero dixit.*
14 *Authoris aduerſus Albertum ſententia ex Euſtratio confirmatur.*
15 *Argumenta pro Alberto confutantur. nu. 16.*
16 *Quid inter æquitatem, & interpretationem differentiæ ſit.*
17 *Lex, Non poſſunt hoc titulo, non æquitate nititur; ſed interpretatione.*
18 *Suppletio, productio, extenſio ab eadem ratione, & vtilitate proficiſcuntur, æquitas ex diuerſitate rationis profluit & emendat.*
19 *Regularum ampliatio ab interpretatione, limitatio ab æquitate proficiſcitur.*
20 *Limitatio nulla recipi debet, quæ non ſit, aut ſcripta legibus, aut ęquitate ſuffalta.*
21 *Aequitas eſt ad aliquid.*
22 *Tria iuſtorum genera, & quæ:*
23 *Quomodo æquitas Ariſtoteli habitus eſſe dicatur.*
24 *Et ex eodem virtutem eſſe perſpicue docetur.*
25 *Ariſtotelis dubitatio de bono, & æquo quomodo præter ius quoddam ſit & laudabile reſoluitur.*
26 *Iniuſta non emendantur ęquitate.*
27 *Nec itidem omnia iuſta; ſed tantùm legibus deſcripta ex iijs ſubinfertur.*
28 *Ius naturale non emendari æquitate.*
29 *Aequitas ſui ipſius emendatio eſſe non debet.*
30 *Diminutio mutationem ſupponit; quia quod imminuitur hoc ipſo mutatur.*
31 *Declaratur quomodo depoſitum eſſe reddendum iuris naturalis ſit, & tamen æquitate interdum emendetur.*

Ius

32 *Ius naturale ſcriptura comprahenſum ſit legitimum, & vt tale duntaxat emendatur.*
33 *Ius gentium an emendetur æquitate, & Alberti aduerſus C... nanum ſententia.*
34 *Authoris ſententia aduerſus Albertum.*
35 *Item an conſuetudo eandem emendationem recipiat.*
36 *Inter conſuetudinem, & legem quid interſit.*
37 *Conſuetudo tantùm habet de potentia, quantum de actu.*
38 *Et in ſcripturam redacta ſubiacet æquitati.*
39 *Error qui ab æquitate emendatur in uerbis eſt, non in ſententia.*
40 *Diminutio reliquum, quod non diminuitur iuſtum eſſe ſupponit.*
41 *L. ſcire oportet §. aliud ff. de exuſ. tut. declaratur.*
42 *Differentia ſcriptæ & non ſcriptæ æquitatis reprobatur.*
43 *Aequitas ſcripta legis nomen aſſumit & deſerit æquitatis.*
44 *Reſtituitur. l. placuit. C. de iudic.*
45 *Edicta naturalem æquitatem in ſcripturam redigunt, & quid hoc inferat.*

SED etiam ſi quę hucuſq; tradita ſunt, tum de quacunq; lege ferenda, tum de iure Quiritum lato legitimi iuris præſtantiam exhibeant; ea tamen, vel diligentiſsime cuſtodita non ſufficerent, vt legiſlator quaſi opere perfecto, & abſoluto requieſcere poſſet, vel ius ciuile Romanorum omni ex parte laudari. Nam neq; lex quælibet ita ſcribi poteſt, neq; ius ipſum ciuile Romanorum ita ſcriptum eſt, vt in ipſa ſcriptura quędam non detegantur errata quod plura, vel pauciora cōprehendat, quā
1 oporteat. In lege † etenim ſcribenda dupppliciter errari contingit. Primū, quia lex vniuerſaliter ſcribitur; neq hic error eſt, quia vniuerſaliter ſcribi debet l. p. in fin. de conſt. princ. §. ſed quod principi inſt. de iure nat. gent. & ciu. Neq; ad ſingularia decet legiſlatorem reſpicere, ſed iudiciū ipſius vt Ariſtoteles p. Rheth. c. 1. explicat non de ſingulis, nec de pręſentibus; ſed de vniuerſalibus, & de futuris eſt. Sed quia id quod vniuerſaliter aſſumitur, ac de eo ſcribitur vniuerſaliter, non vniuerſaliter quidem; ſed vt plurimum ita ſe habet. Lex quæ

vniuerſalis eſſe debet, nihil cernit in rebus ſibi ſubiectis quod ad naturam vniuerſalis magis accedat, quàm contingens, vt pluri-
2 mum. Rerum enim practicarum † materia inconſtans, & fluxibilis eſt, neq; perſtringi aut ſub aliquo vniuerſali ita conclu di poteſt, vt non aliquod ſingulare inde effugiat, & extra illud labatur. Quare factum eſt vt iura conſtitui oporteat non ex ijs quę forte vno aliquo caſu, ſed ex eijs, quę frequenter accidunt l. iura l. nam ad ea in fin. hoc titulo. Lex vero vniuerſaliter lo quens peccat interdũ: quia determinat quantum ad vim verborum pertinet, non tantum quod ſe habet, vt plurimũ id quod compręhendere voluit; ſed etiam aliquod contingens, vt raro
3 quod compręhendere noluit. Exempla † ſatis vulgaria ſuppeditari queunt. Primum ex Ariſtotele 1. Rethor. c. 13. lex ait quicunq; ferro percuſsit puniatur, Annullatus manũ extollens percuſsit lege ſcripta reus eſt, ęquitate nou ita quoniam hic ceſ ſat iniuria. Aliud eſt peregrinus, ſi murum aſcenderit, capite puniatur. Cùm hoſtes murum aſcendiſſent peregrinus etiam aſcendens eos depulit, petitur ad ſuppliciũ. Si legiſlator cogitaſſet hũc caſum, adieciſſet, niſi is defendendæ vrbis cauſſa aſcẽderit. Atqui cũ lex abſolute loquendo peccet, emẽdatur ęquitate quę non patitur eum, qui præmio dignus ſit capite puniri.
4 Simile exemplum eſt quod tradit Bart. † in l. omnes populi quęſt. 6. princ. nu. 55. ſupra de iuſt. & iur. Statutum Bononię capite punit, qui fecerit ſanguinem in palatio. Barbitonſor ęgro è vena medici pręſcripto ſanguinem miſit. Scribit Bart. poſt magnam contentionem fuiſſe abſolutum, ne verba legis captarentur arg. l. pen. in fi. ad exhib. Neq; profecto diu contendendum fuerat inter eos, qui ſe boni, & ęqui magiſtros profiterentur. Quis non videt nec ſtatuentes quidem ſancire potuiſſe, vt pęna capitalis irrogaretur ei, qui non deliquit. Quod ſi æquitate non emendarentur verba legis neq; lex eſſet, quia iniuſta.
5 Aliud ex Quintiliano libro 7. c. 7. † ſumi poteſt, lex eſt vt liberi parentes alant, aut vinciantur, Num alligabitur infans? ſi verba legis ſpectes; & ipſe vincietur, ſi ęquitatẽ non ita. Recte igitur Ariſt. d. c. 10. ita ait. Quando igitur lex in vniuersũ diſſerit, & pręter vniuerſale poſtea quippiam contigerit, tunc recte ſe habet, ſiqua legiſlator omiſit, abſoluteq;, ac ſimpliciter lo-

quendo

quendo peccauit, corrigatur defectus, id quod legiſlator etiam ipſe ſi ad eſſet, dixiſſet, & ſi ſciuiſſet, ita præſcribentem legem inſtituiſſet. Id vero proprium eſt æquitatis officiũ. Quare cum non ſatis ſit de legibus ſapienter ferendis ſcripſiſſe, niſi & de ijſdem, cũ opus fuerit, ex æquitate emendandis dicatur, vel ius ciuile Romanorum laudaſſe; niſi vel hoc ipſo præcipue exornetur, quod in omnibus plurimum ęquitate polleat, quędam de ea ſubijcienda ſunt. Itaq; vim nominis ac rei eſſentiam aperire oportunũ arbitror, Tũ eius diffinitione poſita ad vtiles quaſdã
6 conſequentias inferre. Et quidem ęquitatis † nomen varie vſurpatur. Primùm etenim pro eo quod opponitur iniquitati ſic vſurpat Ariſt. 5. Ethyc. c. 1. dum ait *Ius ergo etiam ipſũ legitimum & æquum erit; iniuria contra illegitima & iniqua*. Sæpiſ-
7 ſime vero pro eo vſurpatur † quod iuri ſcripto opponitur, qua ratione eiuſdem iuris emendatio eſt. Neq; bonũ æquo adiunctũ præſtat id quod rectum cuiq; malũ obijcitur; ſed id quod facile cui durum & inflexibile opponitur. Et uir. bonus idem qui facilis dicitur; quia non ſemper in malam partẽ durior eſt; ſed de iure ſuo interdum detrahi patitur. Et in hac ſignificatione vſurpant Impp. in l. p. C. de legi. in l. placuit. C. de iudi. ſunt
8 † qui putẽt ęquitatis nomen ad benignitatem, clementiã ſignificandã pertinere pro vt rigori, ac ſeueritati opponitur quod mihi cũ etiam ipſam ęquitatem in hac benignitate reponent, nunquam perſuaderi poteſt, niſi per quandam analogiam poſſe defendi, vt ſequenti capitulo explicabitur. Itaq; non prior illa nõ hæc poſterior; ſed media huius nominis acceptio rei diffiniẽdæ maxime cohęret, ſecũdũ quã ſi Ariſtoteli credamus Magn.
9 Mor. lib. 2. c. p. æquitas eſt † iuſtorũ quę legibus deſcripta ſunt diminutio, & moderatio, ſiue iuſtũ illa moderans, ac diminuẽs. Nã ita ait. *Poſt ea quæ tradidimus, par videtur, vt de æquitate diſſeramus quidq; ſit, et ĩ quibus, et circa qualia. Eſt nimirũ æquitas, & æquus, q̃ deſcripta legibus iuſta diminuit, ac moderatur* in lib. 5. Ethyc. c. 10. nõ diuerſã, ſed magis cõciſã diffinitionẽ attulit dicens. *Aequum, & bonum ius eſt non ſecundum legem; ſed legitimi iuris correctio.* Vnde colligitur ęquitatem eſſe legitimi iuris correctionẽ. Verſabor ego circa primã quod eius in gratiã iuuenũ facilior explicatio futura ſit. Quod igitur inquit diminu

tionem,

10 tionem, & moderationem eſſe, nos ab eo auocat errore † in quẽ viſus eſt incidere eruditiſsimus Albert. Bolog. de lege, iure, & æqui. c. 29. nu. 11. cum ſeq. & c. 30 per totum, vt exiſtimauerit ęquitatem non tantũ legem emendare diminuendo, & moderando, ſed etiam addendo, & ſupplendo. Nam etiam ſi veriſsimum ſit quod inquit peccari tunc, cũ plura quam oporteat legis ſcriptura comprębenſa fuerit, & peccari etiam cum fuerit aliquid prætermiſſum comprębenſis paucioribus. Hoc tamen ſecundum non eſt ſcripturę peccatum, neq; vero peccauit ſcri-
11 bendo legiſlator, ſed omittendo. Eò reſpicit ęquitas † in quo legiſlator ſimpliciter, & abſolute loquendo peccauit, vt ex eod. Ariſt. paullò ante admonui, vt qua parte deficit ob vniuerſale emendatio ſit. Hoc vero caſu non deficit ob vniuerſale; ſed quia non ita vniuerſaliter concepta ſit, vt caſum hunc comprębenderet. Et longe intereſt an deficiat lex; quia tanquam vniuerſalis comprębendat cum caſum quem non debet, vel quia nõ ita vniuerſalis, eum non comprehendat quem compræhendere debet. Illud eget emendatione, vt diminuatur aliquid de illo vniuerſali, hoc non ita; quoniam verba extenduntur, non emen-
12 dantur. Comprobatur hoc idem, quoniam ęquitas eſt, † vt Donatus ait, quę de iure multa remittit, ius quod omnia inflexibilia exigit. At ſupplendo nihil de iure remittitur. Quare
13 Tullius † pro Cluentio ęquitatem laxamentum quoddam non iniuria appellauit; & pro Cecinna Sulpitiũ laudat quod ea, quæ proficiſcebantur à legibus, & à iure ciuili, ſemper ad facilitatẽ, ęquitatemq; referret, quod ſimiliter laxamentũ illud, ac remiſſionem deſignat, à quibus maxime diſtat extenſio, ſiue produ-
14 ctio legis. Poſtręmo † imminutionem hanc ad id quod ſcriptum eſt non ad id quod prętermiſſum declarat eſſe referendam Euſtratius apud Ariſt. lib. 6. Ethic. c. 11. ibi *non id oportet exequi quod vniuerſaliter lex præſcribit, ſed minus aliquid faciendũ quam à legiſlatore fuerit pronunciatum*, & paullò inf. *æquus, & bonus uir ius imminuit quod legiſlator in vniuerſum inſtituerat.*
15 Neq; contrarium rectè probari contendit † ex l. ſi quis id quod ff. de iuriſd. omn. iud. vbi Pomponius ait ſententiam edicti porrigendam eſſe ad eum, qui dum proponeretur, vel ante edictũ corruperit, etiamſi edicti verba ceſſarent. Nulla enim verborũ emen-

emendatio eſt; ſed exſenſio eorundem ex ſententia legis; quod
ſi non corriguntur verba; ſed porriguntur, ęquitas correctio eſt,
non porrectio, vel productio verborum. Simili ratione ſubuer
16 titur argumentum † l. 2. §. ſi mater ff. ad Tertul. qua cauetur
matrem incidere in conſtitutionem non tantum ſi non petat tu
tores filijs ſuis; ſed etiam cum pupillis aliquo caſu debeat peti
curator, & ceſſent in eo verba reſcripti, ait tamen Vlpianus eandem
eſſe rationem; hoc autem eſt non emendare non corrigere,
aut diminuere id quod ſcriptum eſt; ſed interpretatione ſup
plere. Id autem bonum eſt, non tamen ęquum l. nam, vt ait in
17 fi. hoc titulo. Atqui † diuerſa ſunt ſupplere, vel emendare: alterũ.
n. eſt addere quod ſcriptũ non eſt, alterum eſt minuere quod
ſcriptũ eſt. Hoc ęquitate, illud interpretatione abſoluitur.
Hoc autẽ intereſt inter vnũ, & alterũ quod interpretatio vim le
gis aperit, & ex lege eſt, & ſecundum legem l. ſcire in fi. hoc tit.
inſt. de legit patr. tut. l. nominis. §. verbum. ff. de verb. ſig. ibi
*verbum ex legibus sic accipiendum eſt tam ex legum ſententia
quam ex verbis*; & ideo quantum interpretatio diſtat ab emen-
datione, tantum diſtat ab ęquitate, quæ emendatio eſt, ſiue cor-
18 recto. Quare generaliter † diffiniendum eſt reg. l. non poſſunt
in fi. hoc tit. non eſſe referendam ad ęquitatem, neq; aliam quam
libet, quę in addendo non in minuendo conſiſtat. Sed dicet ali
quis hoc idem ſentire, & ipſum Alber. c. 30. nu. 2. dũ ait *quod
per interpretationem deſumitur, non poteſt videri præter legem eſ
ſe imo recte legitimum appellatur* &c. & paullò ſupra fatetur nõ
recte ęquitatis nomen vſurpari. Verum non de omni interpre
tatione tunc loquutus eſt; ſed de ea quę ſumitur ex pręceden
tibus, vel ſequentibus arg. l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. ff. de leg. 1.
At initio eius capitis ait. *Videndum modo eſt unde hæc legis tũ
ſuppletio, tum refectio deſumenda ſit, ſiue emendatio appelletur
ſiue directio; namq; hoc non multum refert*; & in fin. nu. 4. *Quid
porrò dicemus de hac ipſa interpretatione, quæ vel ex alia lege,
vel ex conſuetudine ſumitur, dicemus ne illi æquitatis nomen con
uenire. Putarem ego id planè negandum eſſe, quoties id quod vna
lege prętermiſſum fuiſſet, vel obſcure traditum alia lege, vel con
ſuetudine planè deciſum reperiretur. Verum ſi non illud idem re
periretur, dici tum recte poſſet æquitatis nomen vſurpari.* Ego

vero

vero abſolute pronuncio emendationem ab interpretatione diſtare, ac ideo interpretationi nullo caſu nomen æquitatis cõuenire, vtq; caſum hunc impugnarem, adduxi l. Nam vt ait in fi. hoc tit. vbi de hoc genere interpretationis agitur. Neque tam late vnquam patuit interpretandi verbum, vt emendandi, aut corrigendi vim comprȩhenderet. Tum verò quocunq; te vertas interpretatio ſecundum hanc, vel illam legem eſt; & ȩquũ, & bonum, vt Ariſt. inquit non ſecundũ legem eſt, ſed legitimi
19 iuris correctio; & ideo in d. l. Nam vt ait, ſuppletio fit † eiuſdẽ vtilitatis cauſſa, quoniam eadem vtilitas ſit in vno, & altero caſu emendatio ȩquitatis officio fit damni potius, aut iniuſti cuiuſdam euitandi gratia. Diminuit æquitas de eo quod ſcriptũ eſt, interpretatio vim ſcripturȩ addit. Sed idem Ariſt. d. c. p. vnde ȩquitatis diffinitio ſumpta eſt, conſtantiſsime paullò inf. retinet æquitatis officium in minuendo non in ſupplendo verſari inquiens. Eiuſmodi certe ȩquus non omnino iuſta diminuens quandoquidem quȩ natura, ac vere iuſta ſunt, nõ diminuit; Sed ea dũtaxat, quæ legiſlator deſeruit, cũ explere non poſſet. Itaq; iuſta deſcripta diminuit, non ergo ſupplet, aut addit. Hinc in
20 telligere par eſt Regulas † ampliari interpretatione limitari
21 ȩquitate, ac reſtringi, & quemadmodum † nulla ampliatio recipienda eſt, niſi habeat eandem vtilitatem, & rationem, vt diſerte prȩſcribit Pȩdius in l. nam vt ait in fi. hoc tit. ita nulla limitatio recipienda eſt, niſi non ſcripta erit, quȩ non ab ȩquitate promanet, & ea ſola mitatur, cùm ſolius ȩquitatis officium in limitando, minuendo, vt corrigendo verſetur. Cuius rei ignoratio pernicioſas conſequentias quotidie parit, & nouiſsimorũ animoſitates in limitationibus recipiendis, ac ſuperaddẽdis maximo cum artis noſtrȩ detrimento teſtantur. Ex hoc ipſo infertur, quod cum omnis diminutio, alicuius diminutio ſit, quod
22 æquitas † ſit ad aliquid; quod clarius Ethy. 5. c. 10. expreſsit Ariſt. Ait ibi. *Nam cum æquum, & bonũ iuris cuiuſdam æquũ ſit, melius ius quoddam eſt.* Et paullo inf. *Idcirco ius quidem eſt, & melius quoddã iure, non eo tamen quod abſolute eſt.* Eſt enim ius melius iure quod emendat, & eius iuris eſt æquum. Non erit igitur ȩquum, vbi non ſit ius ſcriptum, ſe inuicem referunt ius emendatum, & ius emendans. Non eſt melius omni

iure

iure; nam ius ſiue iuſtum abſolutum conſtat ex iure, & æquita-
23 te, & ęquitas abſoluto iure, vel iuſto melior non eſt. Tria † er-
go iuſta ſunt, iuſtum legitimũ, abſolutum, & ęquũ. Qua ratio-
ne adieci illa verba ſiue iuſtũ illa moderant, ac diminuent, vt ge
24 nus æquitatis colligeremus ſimulac † perſpicuũ fieret quomo-
do intelligeretur quod ait Ariſt. d.c.10. in fin. *habituſq; ipſa*
æquitas quæ quidem iuſtitia quædam nec diuerſus ab ea habitus
eſt. Nam & iuſtum quoddam eſſe, & iuſtitiam quandam ſimili
modo dici videtur. Et hinc Albert. c. 28. ou. 2. ex Ariſt. ſen-
25 tentia certius, vt opinor, diffinire poterat † ęquitatem virtutem
26 eſſe quod habitum, & iuſtitiam eſſe aſſeueret. Tum † etiam pa
tet quomodo illa de ęquo, & bono Ariſtotelis dubitatio ſubmo
ueatur quomodo ęquum & bonũ pręter ius quiddam ſit, & lau
dabile. Vel enim ius non eſt honeſtum, vel ęquum & bonũ nõ
eſt ius, ſi diuerſum quid eſt, vel ſi vtrunq; honeſtũ idem vtraq;
ſunt. Ac ita dubitat Ariſt. Sed hęc omnia recte ſe habent, & tã
oratio, quę ęquũ ſtatuit diuerſum à iure quam oratio, quæ idem
cũ iure conſtituit. Nam cùm ęquum & bonũ ſit quoddam iure
melius diuerſum eſt ab eo iure ne ſe ipſo melius eſſe dicatur.
Vtrunq; tamen eſt honeſtũ & ita idem; ęquũ & bonum hone-
ſtius eſt, & ita diuerſum. Non autem omnia iuſta, ſed ea tan-
tum, quę legibus ſcripta ſunt, æquitas emendat. Ex quo duo
27 mihi adnotari poſſe videntur. Alterũ quod iniuſta † ſiue ſcri-
28 pta, ſiue non ſcripta nõ emendantur æquitate. Alterũ † quod
non omnia iuſta emendantur; ſed ea ſola quæ legibus deſcripta
ſunt. iniuſta ſi ſcripta ſint, non ſunt ſcripta legibus, quoniam lex
iniuſta, lex non erit, nec quatenus contineat aliquid iniuſtum c.
erit. diſt. 4. Cũ itaque iniuſta legibus ita deſcribi nequeant, vt ea
parte leges ſint, ita ęquitate emẽdari non valent, quoniam emen
dat ſcripta legibus. Pręterea diminuit deſcripta legibus iuſta,
at iniuſta legibus deſcripta minuenda non ſunt; ſed funditus re
mouenda. Si peregrinus murum aſcenderit, capite puniatur,
hoc quod ſcribitur iuſtũ eſt, in prerregrino, verò, qui hoſtes de
pellendi cauſſa aſcendit emendatur, ne contingat fieri iniuſtũ.
Alterum autem eſt non omnia iuſta; ſed ea quę deſcripta legi-
bus ſunt, diminui, ac moderari. Hinc percipere licèt intra quos
fines æquitas ita contineatur, vt vltra ſibi progredi non liceat.

29 Primùm eſt † ius naturale non emendari ęquitate, quia non eſt ius ſcriptum in tabulis; ſed inſitũ cordibus noſtris . Tũ vero cũ ius naturale ſit illud quod ſemper bonũ,& æquũ eſt.l. ius plu
30 ribus ſupra de iuſt. & iur. Aequitas. ęquitatis, † ac ita ſui ipſius emendatio eſſet, quod repugnantiam contineret, quam fugere tenemur l. vbi repugnantia.ff. de reg. iur. Pręterea cùm iura naturalia ſint à diuina quadam prouidentia conſtituta, & ob id immutabilia.§. pen.inſt.de iur. nat.gent.& ciui.ita abſoluta numeris omnibus ſunt, quæ à diuina prouidentia prodeunt, vt nullo tempore nulla ratione diminui, aut moderari queant. Neq; di
31 minutio fieri ſine † mutatione poteſt.ergo quod immutabile
32 manet, non minui non emendari poterit. Secundo † intelligere par eſt,vnde ſit,cũ depoſitum reddi,iuris ſit naturalis.l.ius naturale diſtin.1.vt hoc ipſum ciuili quadam,ac ſumma ęquitate emendari videatur,vt in l.bona fides.ff. de ſpoſ.vbi latro ſpolia,quę mihi abſtulit depoſuit apud Seiũ inſciũ de malitia deponentis.Quęritur vtrum latroni an mihi reſtituere Seius debeat? *Si per ſe dantem,accipientemq; intueamur* (Triphonius ait) *hæc eſt bona fides, ut commiſſam rem recipiat is, qui ded t, ſi totius rei æquitatem,quæ ex omnibus perſonis, quæ iudicio iſto continguntur, impletur, mihi reddenda ſunt, quæ facto ſceleſtiſsimo adempta ſunt, & hanc probo eſſe iuſtitiam, quæ ſuum ita cuique tribuit,ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ iuſtiore petitione.* Non enim emendatur ius naturale per ſe; ſed tanquam in ſcripturam relatum. Ius enim naturale cum ſemper bonũ & ęquũ ſit, nõ alia ratione tale eſt,niſi quia verſatur circa ſingula & hoc eſt ius per ſe naturale. Aliud eſt ius naturale, cuius pręcepta in ius ciuile relata ſunt, quod ex præceptis naturalibus iuris gentium, & ciuilibus conſtare Iuſtin. ait.§. vlt. inſt. de iuſt. & iur. & naturalia quidem præcepta ſcribuntur,quaſi leges ciuiles 5. vniuerſaliter, & ita vbi ius naturale ſcribatur,ſcriptura ipſius emendationi ſubiacet,non ius ipſum. Neq; ius naturale decernit latroni ſpo'ia reddi, vt domino auferantur, ſed pręceptum ex naturali iure deſumptũ, & ciuiliter conſcriptum . Quod ſi depoſitarius non illud vniuerſale pręceptũ depoſitũ reddi; ſed illas circunſtantias intus examinet legem naturę iuſtiorem domini petitionem pręferre ſentiet. Emendatur ergo,cùm à iure

ciuili

ciuili in ſcripturam redigitur, quia neq; præcepta naturalia ita ſcribi queunt, vt ſcribendo non erretur; ſed cũ ſcriptũ eſt emẽ
33 datur, † vt legitimum ius, non vt naturale, quia ęquitas legitimi iuris correctio eſt. eſt autem legitimum ius ex naturali pręcepto conſiſtens, quod optime aduerſus Burd. definit. Alber. c.
34 31.nu.9. Tertio † diffiniri commodiſsime poterit, nũ ius illud gentiũ, quod poſitiuũ eſſe conſtat, emendari poſsit ęquitate. Alber. d.c.31.nu.11.& ſeq. aduerſus Connanum defendit nullam ęquitatis moderationem admittere; niſi ad quaſdam introductiones referatur veluti bella, ſeruitutes, quę à ſimplicitate natu-
35 rę non nihil declinare videntur. At ſi ius gentiũ † pro eo iure retineamus quod apud omnes gentes peręque cuſtoditur iux. §. ius autem inſt. de iure nat. gent.& ciui. quoniam ius hoc ſcriptũ non eſt, conſequitur, vt nulla ratione poſsit æquitate emendari. Cęterũ quę capita ipſius in iuris ciuilis, hũc legitimi ſcripturam referantur ſine vlla diſtinctione æquitati ſubiacere non dubito, quod ita iuriſgentium, quemadmodũ & naturalis iuris pręcepta ſcribi non queant, vt aliquo caſu ſcribendo non erretur, Ideo fit, vt in emptione, venditione, commodato, depoſito conductione locatione, qui iuriſgentium contractus hunc. §. ius autem gentium d. tit. non tantũ in reſpicientibus bella, & ſeruitutes multa ex bono & ęquo emendentur. Quarto determi-
36 natur † nũquid conſuetudo æquitatis temperamentũ recipiat? & quamquam pro lege obſeruetur l. diuturna in fin. hoc tit. quoniam tamen iuri ſcripto non adnumeratur, neq; cõſtituit iuſta legibus deſcripta, & ſcripti appellatione dubio procul excluditur conſuetudo. §. ex non ſcripto inſt. de iure nat, gent. & ciui, & in conſuetudiue non poſſumus verba damnare quod nimis generaliter concepta ſint. Pręterea illud intereſt inter conſuetu-
37 dinem & legem. † Quod in lege ab ea velut vniuerſali ad caſus particulares deſcendimus; & ideo interdũ peccatur abſolute loquendo; ſed cũ conſuetudo ex actis reſultet particularibus nihil peccat; quoniam non abſolutè conſurgit, vel vltra ſe ſe extendit ad aliquid quod non ex toto actui vnde prodit, particulariter reſpondeat, vt not. Bart. in l, p. §. ſi quis hoc interdicto ff. de itin. act. priu. idem in Auth. qui rem nu. 8. C. de ſacr. ſant.
38 eccl. & vt ibi poſt Bal. tradit Ias. nu. 21. conſuetudo † tantum

habet de potentia quantum de actu & proprios facti, & vſus ter minos non excedit. Quare fit, vt nihil tam vniuerſaliter introducat quod hoc ipſo peccare queat. Quod ſi ea in ſcriptu-
39 ram redigatur † multa enim moribus ab initio recepta poſtea in ſcripturam ralata ſunt. l. 2. de vulg. & pupil. l. fœminę. ff. de reg. iur. cum ſimilibus tunc quaſi legitimi iuris, vt in ſuperioribus accidit, emendatio erit. Quinto quoniam ſcripturę pecca-
40 tum emendatur † conſtat errorem in verbis eſſe non in ſententia legis quatenus ea non ex verbis ſed ex ratione ac mente legiſlatoris colligitur quod perſpicue probat Ariſt. d. lib. 5. c. 10. ibi abſoluteq; ac ſimpliciter loquendo peccauit, & paullò poſt id quod legiſlator ipſe ſi adeſſet dixiſſet, & ſi ſeruiſſet, ita prǽſcribentem legem ſtatuiſſet. Tum vero ſi error eſſet in ſententia, non in verbis quod vix fieri poteſt iniuſtum eſſet minime deſcriptum. Vel ſi tum verba, tum ſententia leges iniuſtitiæ morbo laborarent, non diminuenda, vel moderanda, ſed funditus tollenda lex eſſet; quia neq; quod ſcriptum eſſet, iuſtum eſſet.
41 Diminutio † reliquum, quod non diminuitur iuſtum eſſe ſupponit, quod vtiq; ceſſaret ſi ſententia legis iniuſta foret. Quare non tantum verũ eſt non emendari ſententiam legis, ſed emendatione verborum eandem explicari. Quod Modeſtinus
42 † in l. ſcire oportet. §. aliud etiam ff. de excuſ. tut. hoc exemplo aperuit. Præſcribit lex tutori ad ſe excuſandũ; ſi in ciuitate ſit, vel intra cẽtum miliaria ſpacium quinquaginta dierũ, ei vero, qui vltra centum miliaria habitat in vnamquamq; diem numerati viginti miliaria iuſsit, & extra hos alios triginta dies adiecit ad excuſationem. *Vnde contingit* (Ait ibi Modeſtinus) *vt ſi cuius habitatio centum ſexaginta miliarijs abſit, is octo, & triginta dierum ſpacium duntaxat habeat: octo quidem ſexaginta milliariorum nomine in vnamquamque diem viginti milliarijs numeratis; triginta vero eo quod ad excuſationem faciunt. Erit igitur deteriore ordine qui longius habitat, eo qui intra centum milliaria eſt, vel in ipſa ciuitate. Si vtique is quidem ſẽper quinquaginta dies ſpatij ſunt, illis vero pauciores. Sed etſi maxime verba legis hunc habeant intellectum; tamen mens legiſlatoris aliud vult* Ea enim mens legiſlatoris eſt, quod Sceuola ibi Paulus, & Vlpianus probat, vt numquam alicui minus detur quin-

quaginta

quaginta dierũ ſpacio, & hoc videtur eſſe officiũ æquitatis, vt verba legis minuendo maxime legiſlatoris mentem obſeruet. Poſtremò † ex hac ipſa diffinitione noſtrorum detegitur error qui inter ęquitatẽ ſcriptã lõgo ordine diſtinguũt in l. placuit. C. de iudic. Nihil enim ita ſcribi poteſt, vt aliquãdo nõ ſit peccatũ in ſcripturã, tũc vero cõtingeret ęquitatẽ nõ legis; ſed ſui ipſius emendationẽ eſſe ꝙ eſt ineptiſsimũ. Ergo cũ ſcribitur, ꝙ ęquũ
44 eſt † protinus legis nomẽ vſurpat et deſerit ęquitatis. Et cũ ęquitas ſit aliquid, nõ poteſt ſui ipſius ęqtas, & moderatio eſſe. Quod ſi omne iuſtũ deſcriptũ legibus ſubiacet æquitati ęquitas ſcripta legibus ſibi ipſi ſubijcieretur, ac ſui ipſius diminutionem pateretur. Et cùm æquitas ſit melius quodam iure, iam ſemetipſa aliquãdo melior eſſet, quæ omnia abſurda ſũt, vt Michael Eph. apud Ariſt. d.c. 10. alio tamẽ intuitu perſpicue docet. Tandẽ cũ illa iuſtum aliquod ſit præter legem ſcriptũ, vt 1. Rhet. c. 13. Ariſt. docet, vel quod ſcribitur, nõ eſſet lex cõtra Iſidorũ dicentẽ cõſtitutionẽ ſcriptã eſſe legem. c. lex diſt. 1. vel æquitas nõ eſſet
45 iuſtũ hoc prçter legẽ. Ex quo infertur mendoſã † eſſe lecturã l. placuit. C. de iudic. quæ habet. *Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitiæ, æquitatiſq; ſcriptæ, quam ſtricti iuris rationem.* Nã diſpũgenda eſt nota ſcriptę, & emẽdatiores codices illa carẽt, vt adnotarũt Cõnan. lib. 1. c. 11. nu. 6. Ant. Aug lib. 4. c. 8. Emen. Alber. de leg. iur. & ęqui. c. 32. nu. 11. & ideo recte colligũt ibi Saly. & Alex. æquitatẽ rigori præferendã eſſe: licet poſtea, & ipſi in relatã diſtinctionẽ ducantur. Sic abſolute ſcripſit Paulus in l. in omnibus. ff. de reg. iur. *In omnibus quidem maxime, tamen in iure æquitas ſpectanda eſt.* & eã ſcripto, vel non
46 ſcripto minime diſtinguit. Scribitur ſępe quod ęquũ eſt † edicta enim quę naturalẽ æquitatẽ continẽt ſcripta ſũt. l. 1. ff. de pac. l. 1. ff. min. l. 1. ff. de cõſt. pec. ſed eiuſmodi ſcriptura magis fauet ęquitati, quã ſcribat ęqtatẽ, neq; illud ęquũ eſt ceu ſcribitur; ſed qua ratione ciuilis ęquitas diminutio, vel moderatio eſt q̃ ſi non ſcribatur nihil minus ęquitas eſt, vel ſi ſcribatur nõ in eo ꝙ ſcribitur; ſed in eo quod emẽdat æquitas eſt. Nã in eo quod ſcribitur poterit aliquãdo emẽdari, ꝙ argumẽto eſt, ꝙ emẽdatur ęquũ nõ eſſe, ſed ipſa emẽdatio q̃ nõ ſcribitur, & quę ſe ipſam nõ emẽdat ęquitas eſt. Sed hactenus quid ęquitas ſit dixiſſe ſufficiat.

Æqui-

Aequitatem hactenus diffinitam ciuilem eſſe non naturalem oſtenditur, tum quomodo ab ea diſtinguatur vtiliter explicatur:
Cap. IIII.

1 *Ariſtotelis de æquo, & bono ſententia.*
2 *Salyceti ſententia examinatur an æquitas in clementia, & benignitate poſita ſit.*
3 *Ariſtoteles ex Euſtratio declaratur.*
4 *Lege filius verberans patrem ſi capitis reus eſſe ponatur, quid ſi id noctu, & per imprudentiam admiſerit.*
5 *Conſenſio Ariſtoteli quid ſit.*
6 *Aequitas cur Normę Lesbiæ comparata.*
7 *Martianus in l. reſpiciendum. ff. de Pœn. expenditur.*
8 *Aequitas medium eſt quoddam, & inter quæ extrema ponatur.*
9 *Salyceti, & aliorum ſententia de æquitate defenditur.*
10 *Alberti Argumentum verbale notatur.*
11 *Diuerſo reſpectu eandem, & æquitatem, & clementiam dici.*
12 *Alberti ſententia quod æquitas in ſupergreſsione pœnarum verſetur diſcutitur.*
13 *Diffinitio ęquitatis proximo cap. explicata naturali æquitati conuenire nequit.*
14 *Genus ſingulis ſpeciebus ſuam communicat ſubſtantiam.*
15 *Prætor quare ad naturalem, non ad ciuilem æquitatē reſpexerit.*
16 *In hac inſpectione quædam legum cum edicto de pactis pugna ſubmouetur.*
17 *Quid ſit apud Ariſt. Iudicem ad legem, arbitrum ad bonum, & æquum ſpectare.*
18 *Arbitramenta propriè iniquitatis, non iniuſtitię notantur.*

19 Sta-

19 *Statutum quod procedatur ex bono, & æquo de naturali æqui tàte intelligitur.*

20 *Vbicunq; proceditur de bono, & æquo agens ex pacto non repellitur per eam exceptionem quod ex pacto non datur actio.*

21 *Æquitas naturalis latius patet quàm ciuilis.*

22 *Filij emancipati nec ſecundum ciuilem æquitatem admittebantur ad patris hæreditatem.*

23 *Ciuilis æquitas ſub naturali compræhenditur.*

24 *Et numquam ab ea ita ſubducitur, vt non in eamdem per circulum dabatur.*

IGITVR bonum,& ęquum eſſe conſtat quod prȩter legem ſcriptam ad ipſius diminutionem ac moderationem iuſtũ eſt; Sed etiam ſi Ariſt. credimus primo Rhet. c. 13. *Æquum*
1 *etiam eſt* † *rebus humanis ad ignoſcendum commoueri, & non legum; ſed legis ſcriptorem, ac non verba, ſed ſententiam ſpectare, nec factum, ſed voluntatem, nec partem, ſed totum, nec quis nũc, ſed quis ſemper, aut ferè ſemper fuerit conſiderare meminiſſe bonorum magis, quæ in ſe collata ſunt, quam malorum, & eorum bonorum magis, quæ recepit quamquæ fecit, & non iniquo animo iniuriam ferre, & oratione diſceptare potius velle, quã re, & in arbitrium magis quam in forum velle deſcendere. Nam Arbiter ad æquum & bonum, iudex ad legem ſpectat, & hac de cauſſa arbiter deligitur, vt æquum & bonum præualeat.* Quo loci ad plura officium ęquitatis producens non eſſe ſolius legitimi iuris correctionem aliquo modo nobis inſinuat. Quibuſdam vero
2 perſuaſum eſt huius loci authoritate † poſſe defendi noſtrorum opinionem maxime Saly. & Iaſ. in l. placuit. C. de iudic. quod æquitas in quadam clementia ac benignitate poſita foret tanquã iuris rigori, ac ſeueritati opponeretur. Sed quod inquit Ariſt. ęquum eſſe ad ignoſcendum commoueri non ad hanc clemen-
3 tiam referendũ eſt. Quid ſibi velit explicat Euſtr. † in lib. 6. Ethy. c. 11. vbi idem Ariſtoteles ait. *Æquum, & bonum virum maxime eſſe ad cõſentiendum, & ignoſceneum idoneum dicimus, æquitatem vero eſſe habere conſenſionem, & veniam circa ſingula*

is

Is vero ita ſententiā Ariſtotelis explicat, vt æquitas ipſa ſi eam ad legem referas eius emendatio, vel imminutio ſit ſi vero ad cū, qui lege ſcripta reus eſt, ſit ęqui, & boui uiri conſenſio, & venia ignoſcens illud, quod homines non æqui licet rectū honeſtumq; ſit lege tamen ſcripta repræhendunt. Vel ſiquid culpæ admiſtum habeat, nō tanta tamen ſit, vt ſcriptæ pœnę cōſtituat reum: Capite punitur peregrinus munū ciuitatis aſcendens. Aſcendit, vt hoſtes depelleret, ac depulit lege ſcripta reus eſt. Aequitas tamen emendat legem, & vir bonus & æquus ignoſcet & dat veniam reo, qui lege teneri videbatur. Alterius ſpeciei
4 exemplum. Patrem † verberās lege municipali mortis reus eſſe fingatur. Filius noctu patri domum ingredienti eū furē opinatus occurrit verberans lege reus eſt mortis; ſed imprudens ex ignoratione peccauit qua de re legislator nihil adiūxit, & ob vniuerſale defecit, æquus bonuſq; iudex æquitate ad legis emendationem adhibita remittet pęnam capitalem ignoſcens reo, & mitiorem irrogabit. Quę igitur legis intuitu, emendatio eſt, ſi te ad reum conuertas eſt conſenſio, & venia quædam. Iudex
5 enim cum reo ſentit † factum illud non eſſe ſecundum legislatoris interdictionem, & hæc conſenſio eſt cuius conſenſionis intui
6 tu Normę Lesbie † eam comparauit Ariſt. lib. 5. Ethyc. c. 10. in fi. quę quod plumbea eſſet, & in omnes partes flexibilis non ad regulam ſtructuras Sicas exigebat; ſed cedebat ipſis, & accomodabat ſe ſe. Nam ęquitas iuris ſcripti duritie inſpecta flectit ſe per conſenſionem ad reum cum quo conſentit totius negocij circunſtantias inſpiciens, & ijs ſemetipſam accomodans.
7 Tum vero, vt ad ſuperiorem ſententiam reuertamur † ei contradicere videtur Martianus in l. reſpiciendum. ff. de pœn. ait ille *Reſpiciendum eſt iudicanti ne quid durius, aut remiſsius conſtituatur, quam cauſſa depoſcit, nec enim aut ſeueritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt*. Quomodo autem clementiæ gloria affectanda non eſt ſi idem quod ęquitas erit, ęquitatis vero ſummopere quęrenda? l. placuit. C. de iudic. l in omnibus. ff. de reg. iur. Sed hic locus, ni fallor, contrariorum deteſtatione me-
8 dium nobis exhibet in quo æquitas ipſa conſiſtit. Eſt † æquitas quędam in remittendo mediocritas, plura remittere quam oporteat, & pauciora remittere extrema ſunt medij iſtius. Al

terum

terum clementiam, alterum ſeueritatem appellat. Quod vero ſequitur. Sed propenſo iud cio prout quæq; res expoſtulat ſtatuēdum eſt id mihi ſolius ęquitatis officium exhibere videtur quæ verſatur circa ſingula, & medium eſt inter ſeueritatem & clementiam, quatenus altera pro nimia duritia, altera pro nimia remiſsione vſurpantur. Sed ne ſeuere nimis cum noſtris agere
9 videar, dici poteſt tum clementiā, tum miſericordiam dupliciter † conſiderari. Primum pro vt nobis naturaliter ineſt. Homines enim non tam ab humo quam ab humanitate nuncupamur non tamen à ratione, aut ab aſſuetudine pendet Secundo modo quaſi virtutem, & habitū ipſius rectamq; rationem conſequatur. Primo modo Martianus deteſtatur quod nimio, vel pauco ſæpe admiſceatur, neq; ſatis conſtans ſit. Secundo vero æquitas & clementiæ, & miſericordiæ nomen poterit admittere
10 quod ait Alber. † c. 28. in fi. clementiam, & miſerationem ſolius Principis eſſe Tullij authoritate adductus, dum pro ligario ait. *Inſenatu vero, & apud populum & apud Principem, & ubicunque iuris clementia eſt habet locū, deprecatio* videtur verbale potius: neq; enim exiſtimandum eſt noſtrates ſe ad id retuliſſe, quod æquitatem à fori diſceptatione in quo ſeruandam
11 prædicant, omnino remoueret. Itaque dicendum eſt † ęquitatem eſſe inſpecto iure, quod emendatur, clementiam inſpecta perſona cui venia datur, ſed lege emendata iuſtiſsima clementia eſt. Verum alia ratione noſtrorum ſententiam impugnat,
12 quod † ſeueritatem in puniendo leges aliquando æquitatem appellent, ac ideo eam nonnunquam in pœnarum ſupergreſsione verſari. Adducit l p. ff. de eo per quem fact. erit. l. p. §. hæc actio. ff. ſi quis teſt. lib. Vlp. ait in l. p. *Aequiſsimum putauit præter dolum eius coercere, qui impedit aliquem iudicio ſiſti.* Idem in §. hæc actio. *Hæc actio ut Labeo ſcripſit, naturalem potius quā ciuilē in ſe habet æquitatē; ſi quidē ciuilis defuit actio; ſed natura ęquū eſt nō eſſe impunitū eū, qui audacior hac ſpe factus eſt.* Sed hic locus quod & alij admonuerūt, diſtinguit inter natura-
13 lē, & ciuilē æquitatē. Quare † (quod cęteri prętermittūt) dubitātibus nobis de ęquitate ſecūdū hactenus explicatā diffinitionē (quo nomine Albertus notari poterit) ignorandū non erat eā naturali ęquitati minime cōuenire, ac ita diffinitā perperā diuidi

X in

14 in naturalē, & ciuilē. Etenim † ſubſtātia generis ſingulis ſpecie-
bus cōmunicari debet; at quod ęquitas ſit emēdatio legitimi iu
ris, naturali ęqtati cōuenire nō poteſt, tū quia naturalis ęquitas,
& ius naturale idem ſunt l. ius pluribus. ff. de iuſt. & iur. cùm etiā
quia ab initio non dum ſcriptis legibus nulla poterat earū emen
datio fieri, ac ita nulla ęquitas erat: quod ius non eſſet cuius
oporteret ius aliud ęquū eſſe. Quapropter naturalē ęquitatem
ſub explicata diffinitione minime compræhendi compertū eſse
poteſt, & Ariſtotelem de ſola ciuili æquitate, quę iuris ciuilis
emendatio eſt loquutum eſſe non eſt ambigendum. De ęquita
te igitur diffinita minus recte Albertum pronunciaſſe exiſtimo
quod in ſupergreſsione, ac ſeueritate conſiſtere poſsit. Quo-
niam neq; imminutio eſt, neq; conſenſio aliqua, aut venia ad
ignoſcēdū in ſupergreſsione ꝙ propriū ęquitatis eſſe videtur.
Et quidem in ipſa ſupergreſsione quędā additio eſt, nō remiſsio
15 vlla. Ex ijs intelligi poterit † cur prętor ad naturalem, non
ad ciuilem ſe referat ęquitatem, vt in l. 1. ff. de Pact. in l. p. ff. de
minor. in l. p. ff. de cōſt. pecu. & id ea ratione factum exiſtimo;
quoniam ciuilis ęquitas etiam citra pręctoris auxilium paſsim in
iudicijs reciperetur. d. l. placuit. C. de Iudic. d. l. in omnibus.
ff. de reg. iur. quę leges niſi de ciuili ęquitate accipi deberent,
16 † ita edicto de pactis aduerſarentur, vt nulla ſane ratione con-
ciliari poſſent. Conuenit naturali ęquitati pacta ſeruari d. l. p.
Placuit item in iudicijs æquitatis plus quam iuris haberi ratio-
nem d. l. placuit & eam in omnibus, maxime tamen in iure ſpe-
ctari debere d. l. in omnibus. Et tamen non datur actio ex pa-
cto l. ſi tibi C. locat. l. ex placito. C. de rer. perm. ergo non ha
beretur ratio æquitatis, quod planè falſiſsimum eſt. Sed ciuilis
ęquitas ea eſt non naturalis, quæ iuri opponitur in d. l. placuit.
17 Hinc † recte explicari poteſt quod ex Ariſt. relatum eſt, quod
Arbiter ad bonum & æquum, iudex ad legem ſpectat. Nam
iudex ſpectat ad legem & ęquitatem ciuilem, & hanc illi prę-
ferre iubetur d. l. placuit. Arbiter autem reſpicit ad bonum, &
æquum naturale non ad bonum, & æquum ciuile. Sic planè
in relato capite partim ad ciuilem, partim ad naturalem æqui-
18 tatem Ariſtoteles ſe retuliſſe videtur. Qua † ratione arbitramē
tum iniquitatis nomine magis quam iniuſtitię notatur, & quod
contra

contra naturalem ęquitatem, non quod contra legem latum ſit'
facit ipſum iterum reduci ad arbitriũ boni viri l. vnde ſi Neruę
19 ff. pro ſocio. Quamquam † ita ad Arbitrum in poteſt, vt de
iure pronunciare teneatur, quo caſu ipſius cõditio deterior erit
quam iudicis ſit; quia vel ſi contra ius litigatoris pronunciet,
erit arbitriũ ipſo iure nullum, velut latum extra formam com-
promiſsi, vt poſt Bart. in l. diem proferre. §. ſtari nu. 3. ff. de re-
cep. Arb. Aret. conſ. 68, Alex. conſ. 22. nu. 16. & ſeq. lib. 5. la-
te probat Fely. in c. cauſſam quę nu. 4. & ſeq. de re iud. vbi ar-
gumentis in contrarium cumulatiſsime ſatis facit, & veluti re-
ceptiorem ſententiam admittunt in l. qui Romę. §. duo fratres.
ff. de verb. oblig. Rip. nu. 8. Socc. iun. nu. 27, Hyeron. Garz, de
laud. mor. iur. par. 1. q. 4. nu. 4. & tamen ſententia mero iure va-
leret l. 2. C. quando prou. non eſt neceſ. l. p. ff. quę ſent. ſine
appel. reſcin. Tum ſtatuta, quę diſponunt procedi ex bono, &
ęquo ad naturalem ęquitatem referenda ſunt; quoniam ſi ad ci-
uilem expreſsio eiuſmodi tamquam eius, quod tacite ineſſet d.
l. placuit, & l. in omnibus nihil operaretur argumento l. 3. ff. de
20 leg. 1. Amplius ex prędictis illa noſtrorum aſſertio † rectiſsime
iuſtificatur quod coram mercatore, vel arbitro, vel quocunq;
iudice apud quem bonum, ęquũ pręualeat, ille reijcietur, qui allę
gabit ex pacto non dari actionem, quemadmodũ Bart. in l. Quin
tus mutius. ff. Mand. Bald. in l. ſi pro eo. nu. 14. C. mand. Saly.
in d. l. placuit. Ias. in l. iuriſgentiũ: §. ſed cũ nulla. nu. 11. & ſeq,
ff. de Pact. & in Rub. ff. de verb. oblig. ſcribunt. Socc. ſen. nu.
7. Ripa nu. 40. & conſuluerunt Alex, conſ. 42. nu. 3. lib. 3. De
cius conſ. 7. nu. 3. & conſ. 107. nu. 1. Fely. in c. 1. nu. 3. de Pact.
Afflict. deciſ. 599. nu. 3. Nam ad æquitatem naturalem boni, &
ęqui mentio referenda eſt; quod reſpectu ciuilis ęquitatis ſu-
perflua illa adiectio foret, neq; hunc effectum operaretur. Et
21 naturalis ęquitas † non ita anguſtis clauditur finibus; nam ciui
lem campum egreditur, neq; tantùm ſcripturam emendat, ſed
etiam ſententiam, non imminuit ſolùm, ſed ſupplet, & addit,
quod in bonorum poſſeſsionibus cuiq; compertum eſſe poteſt
22 Nam quod Filij emancipati † ad hære litatem patris iure ciuili
admitterentur non ſcripta lege, non ciuili ęquitate fieri potuit,
quia ciuilis ęquitas eos hęredes feciſſet; ſed prętor naturali ęqui-

tate motus dedit eis bonorum poſſeſsionem, vnde liberi, & quos hæredes facere non potuit, bonorum poſſeſſores fecit. §. emancipati. Inſt. de hæred. quę ab int. defer. ſic etiam fœminę agnatę, quę prēter ſorores ex media iuris prudentia ab inteſtati ſucceſsione, & verbis, & ſententia mediæ illius iuriſprudentiæ excludebantur ad bonorum poſſeſsionem, vnde cognati vocauit. §. ſed quia inſt. de legit. agn. ſucceſ. cùm tamen ęquitas ciuilis ſententiam legiſlatoris non oppugnet. Nihil vero mirandum eſt latiorem naturalis ęquitatis eſſe poteſtatem, quoniã cũ ea idem ſit cũ iure naturali d. l. ius pluribus ſupra de iuſt. & iur. non modò ius ciuile vt ſcriptum, ſed ut ciuili ęquitate emendatum quantum fieri poteſt ad naturæ legem à qua promanat refe-
23 rendnm eſt. Ex quibus † ſubinferri poterit in latitudine naturalis ęquitatis ciuilem reperiri, vel vt ſpeciem ſub genere, vel quoquomodo, vt contentum ſub continente. cùm verò altera ab altera diſtinguitur ciuilem ad legitimi iuris emendationẽ contrahi reliquam omnem appellari naturalem. Et ita potius æquitas naturalis vno ca ſu ciuilis nomen aſſumit, in cęteris naturalis appellatur. Qua in re non poſſum non repugnare Alberto in c. 30. nu. 6. aſſerenti ciuilis ęquitatis maiorem eſſe authoritatem quam naturalis, niſi forte maiorem crediderit eſſe firmitatis, non latitudinis intuitu. Nam latitudinis reſpectu nihil eſt quod naturalem ęquitatem effugiat. Firmitatis verò conſideratione ius ciuile aliquando recedit ab ea, nec ipſa præualet, ſed lex, vt in pactis oſtendimus, & Ariſt. probat; cùm tamen in iure ciuili ciuilis æquitas ſemper pręualeat d. l. in omnibus. Differentię ea (vt opinor) ratio eſt, quòd ciuilis ęquitas ad id pertineat, ne aliquando verba legis contra legislatoris ſententiam obtineant, & vt ſcripturę emendetur error; at æquitas naturalis; quoniam non ſemper adiuuat ſententiam legis; ſed aliquando reclamat, ab ea tolleret ſæpe legem in qua de induſtria legiſlator ob publicum bonum ab æquitate naturali receſſit. Scripta lex eſt iudicem ſecundùm acta ſententiam ferre debere, non autem ſecundùm conſcientiam. l. illicitas. §. veritas. vbi Bart. not. ff. de officio Præſid. & tamen conſcientia magis ad naturalem æquitatem trahitur, quàm ad acta, vel actitata. & ideo

non tantum poteſt hęc naturalis ęquitas, vt legi pręferatur,
quoniam non tam verbis, quam ſententię aduerſatur, & iu-
dex non ad eam; ſed ad legem ſpectat; ita tamen vt quam-
quam naturalem deſerat, ciuilem ęquitatem nihilominus re-
24 cipiat, quę † ciuilis circulo quodam, & ſub ratione publici bo-
ni in naturalem ſemper relabitur.

Quomodo ius ciuile Romanorum ſe habet circa naturalem, & ciuilem æquitatem.

Cap. V.

1 *Ius artem eſſe boni, & æqui ad æquum ciuile referendū eſt.*
2 *Aequitatem ciuilem toto iure ciuili diffuſam eſſe oſtenditur.*
3 *Declaratur l. bona fides ff. de poſ.*
4 *Aequitas integrum factum, & omne ius reſpicit non partem alterius.*
5 *An in contractibus ſtricti iuris æquitas locum habeat.*
6 *Actionum diuiſio præcipua, & illuſtrior.*
7 *Quid ſit ex bona fide ſtatuere, arbitrari ex Budeo declaratur.*
Item ex bona fide cenſere, eſſe, præſtare.
8 *Bona fides, & stricto iuri, & malæ fidei opponitur diuerſa tamen ſignificatione.*
9 *Authoris reſolutio in contractibus ſtricti iuris æquitatem locum habere.*
10 *Vniuerſalis affirmatiua nihil excludit.*
11 *Bona fides in contractibus eſt æquitas potius conuentionis quam legis emendatiua.*
12 *Strictum ius dupliciter vſurpatur & cum æquitate ciuili, & ab ea ſeiunctum.*
13 *Ad bonæ fidei differentiam ſtrictum ius ſemper dicitur, non ita ad differentiam æquitatis.*
14 *Conuentio inter partes fieri poteſt, ne ulla ualeat æquitas.*

15 Et

DICTVM eſt quid ęquitas ciuilis ſit, tum quomodo à naturali diſtinguatur; nunc dicendum ſupereſt quomodo ius ciuile Romanorum ſe habeat circa vnam, & alteram. Pri-
1 mum itaq; † genraliter conſtituendũ arbitror quod ait Vlp.in l.p.ſupra de iuſt. & iure. Ius artem eſſe boni & ęqui, ad bonum & æquum ciuile pertinere, vt ad idem pertinent.l.placuit. C.de Iudic.l.in omnibus.ff.de reg.iur. Et poterit conſtitui regula generalis, vbicunq; mentio fit de iure, & ęquitate ob expreſſam eorum inter ſe relationem, ęquitatem ciuilem conſiderari. Sic reſcriptum illud Conſtantini in l.p.C.de legi. inter æquitatem iuſq; interpoſitã interpretationem nobis ſolis & oportet & licet inſpicere, quoniam iuri opponitur, ad ciuilem ęquitatem pertinet, cui l.placuit. C.de iudic. quę aduerſari viſa eſt. Bologn. c.34.rectiſsime conciliat de qua Antimonia dicatur in l. ius ſingulare inf. hoc tit. Sic locus Celſi aduerſus iuris ſciẽtiam, quęſtionem de moræ purgatione ex bono & æquo diffinientis in l. ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb.oblig. ad ęquum ciuile pertinet iuris ſcientię emendatiuum. Hanc ciuilem ęquitatem toto iu-
2 re ciuili diffuſam eſſe † facile poterit apparere, tum ex eo quod iuris huius ſtudium nihil aliud eſt quam ars quędam iſtius ęquitatis, cum etiam ex alio quoniam pleraſq; deciſiones iuris cum fieri potuit ad bonum, & æquum reuocatas eſſe conſpiciemus. Singularis ſpecies eſt & ad id probandum accomodatiſsima, quam ſupra retuli ex Triphonino in l.bona fides. ff. de poſ. Ait
3 ibi † *Bona fides quæ in contractibus exigitur ſummã æquitatęm deſiderat, ſed eam vtrum intimamus ad merum ius gentium an vero cum præceptis ciuilibus, & prætorijs? Veluti reus capitalis iudicij depoſuit apud te centum, is deportatus eſt, bona eius publicata ſunt, vtrum ne ipſi reddenda an in publicum deferenda ſunt; ſi tantum naturale & gentium ius intueamur, ei qui depoſuit, reſtituenda ſunt, ſi ciuile ius & legum ordinem, magis in publicum deferenda ſunt. Nam male meritus publice, vt alijs exemplo ad deterrenda maleficia, ſit, egeſtate laborare debet.* Aequitatem ciuilem æquitatem ſummam appellat, & ex naturali gentiũ, & prętorio iure ęſtimandam. Quod ait, ſi ciuile ius, & legũ ordinem, non ius ſcriptum; ſed ipſum ius ciuile abſolute ſignificat ex ſcripto, & non ſcripto iure, & æquitate conſiſtens quod

prę-

præcipue ea quam ſummam dicit, æquitate polleat. Quod ſi hanc ſummam æquitatem nobis ius ciuile pręſtat, eandem ſibi ineſſe pro certo erit. Imminuit ęquitas iuſtum illud vniuerſaliter deſcriptum depoſitum deponenti eſſe reddendum, vt o deportato, & publicatis bonis deferatur in fiſcū, neq; de eo cogitauit legiſlator, dum illud iuris naturalis pręceptum in ſcriptu ram redegit. Alteram quoq; ſpeciem affert idem Trip. inquiens. *Latro ſpolia quæ mihi abſtulit, depoſuit apud Seium inſcium de malitia deponentis: Vtrum latroni an mihi reſtituere Seius debeatur. Si perſe dantem accipientemq intueamur, hæc eſt bona fides, ut commiſſam rem recipiatis, qui dedit, si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus perſonis, quæ in iſto iudicio contingū tur, impletur mihi reddenda ſunt, quæ facto ſceleſtiſsimo adempta ſunt.* In qua quidem ſpecie, vt in ſuperiori non merū ius gentium, ſed ius ciuile totum; ac legum ipſarum ordinem inſpici debere docuit: & ita ęquitatem ex vniuerſi iuris inſpectione ſummam conſtitui. ita hic ex totius rei circunſtantijs, & per ſonarum qualitate eandem impleri probat, ac ita belliſsimè do
4 cet ęquitatem eſſe † non partem iuris aut facti aliquam; ſed ius totum, integrumq; factum omni ex parte reſpicere; & ſecundùm hanc vniuerſi iuris, totiuſq; facti rationem determinare. Ita fit, vt iuſtum quod in eo particulari decernetur iuſto abſoluto rectiſsime cohereat, quod verbis ſequentibus ſignificare viſus eſt, dicens. *Et hanc probo eſſe iuſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit, vt non diſtrahatur ab illius perſonæ iuſtiore petitione.* quę ex iure & ęquitate conſtat, & hoc illud ius erit, quo
5 non erit melius alterum. Sed dubitari poteſt † cum ita loquatur Triphoninus in contractu depoſiti qui bonæ fidei eſt, ne nō conrrarium ſit in contractibus ſtricti iuris, in quibus non ea bona fides eſt, quę hanc ſummam ęquitatem deſideret, quod ſi ita ſe habet pars iuris ęque pręcipua, remanere videtur plena rigo-
6 ris, & omni æquitate deſtituta. Et quidem † illa actionum diuiſio cęteris videtur illuſtrior, quod alię bonę fidei ſint, alię ſtri cti iuris §. actionum autem. inſt. de action. Quę bonę fidei ſunt inde nomen vſurpant, quod ab ęquitate maxime pendent, quod in ijs libera poteſtas iudici ſit procedendi ex bono & ęquo. ff. in bonę. inſt. eod. tit. Stricti autem iuris actiones illę ſunt in qui

bus

bus non inſpiciemus, quod eſt ęquum ; ſed quod eſt ſcriptum. Myſing. in d. §. actionum. nu. 7. Quare bona fides in ijs æquitatem ſignificare videtur ; ſic ex bona fide † ſtatuere, arbitrari,
7 cẽſere, exiſtimare idem eſt, vt Budeo placet in l. p. ff. de iuſt. & iur. quod ex bono, & ęquo ; hoc eſt ex ipſa ęquitate. Sic quod Caius dixit ex bona fide prĕſtare in l. ex maleficio. §. p. ff. de action. & oblig. ad ęquitatem referri oportet. ſimiliter Iulianus in l. ſi mandauero. §. Iulianus. ff. mand. *Scribens mandati obligationem conſiſtere etiam in rem eius, qui mandatum ſuſcepit, & ſi ille propter hoc rem extraneo non addixerit quod mandatum ſuſceperat ex bona fide eſſe præſtari ei precium quanti vendere poterat*, nihil aliud quam æquum eſſe ſignificare voluit. Et cum æquitas in materia noſtra ſtricto potius iuri, quã iniquitati opponatur, bonę fidei appellatione quando vel ipſa ſtricto iuri ſimiliter opponitur ęquitatem ſignificari verius opinor. Sępe tamen
8 ſic vſurpatur † vt malam fidem, vt fraudẽm, vt dolum excludat ; vt cùm dicimus bona fide poſsidere ad malę fidei poſſeſſorem excludendum inſt. de vſuc. in princ. & in materia prę ſcriptionis, & rei vendicationis receptiſsimum eſt ; hoc argumento Modeſtinus in l. bonę fidei. ff. de verb. ſig. dixit eum *bonę fidei emptorem eſſe, qui ignorauit eam rem alienam eſſe, aut eum, qui vendidit ius non habere vendendi*. Hoc ipſo bonę fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, malę fidei non ita. §. ſi quis à non domino. Inſt. de rer. diuiſ. ſed cũ ad ęquitatem refertur in materia actionum ab ijs quæ ſtricti iuris ſunt, videtur prorſus æquitatem
9 excludere. Cæterum ; non † ita res ſe habet, vt iure Quiritum ſtricti iuris actiones ab ęquitatis emendatione ſubducantur. Primum etenim contrarium recte probatur in d. l. placuit, quę ſine vlla iudiciorum diſtinctione an bonę fidei, vel ſtricti iuris ſint, vult ęquitatem ſtricto iuri prĕferri, & eadem eſt
10 ſententia Pauli in d. l. in omnibus : nam vniuerſalis illa † nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. vbi Bart. not. & ideo etiam in iudicijs ſtricti iuris ęquitas ſpectanda erit. Tum vero irrefragabiliter ex eod. Paullo in d. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. oblig. Certum eſt enim ibi nos verſari in ſtipulatione, quæ ſtricti iuris eſt. l. vn. §. ſed & ſi. C. de rei vx. act. Et tamen Celſus ſcribit *cum, qui moram fecit in ſoluendo Sticho quem promiſerat*

poſſe emendare eam moram poſtea offerendo. *Hanc enim quæſtio-
nem eſſe de bono, & æquo quo in genere plerumq; ſub authorita-
te iuris ſcientiæ pernicioſe (inquit) erratur.* Hic plane locus of
ficium æquitatis in emendando iure ſcripto generaliter verſari
ſatis oſtendit, vt non ſit diſtinguendum inter bonæ fidei, & ſtri
cti iuris actiones. Quare quod in contrariũ excitaui, totũ ad na
turalem æquitatem pertinet. Nam cum dicimus iudicem ex bo
no, & æquo poſſe arbitrari in ijs actionibus quantum actori re-
ſtitui debeat, ne videatur expreſsio eius, quod ineſt, quod & ſu-
pra quoq; tetigi, quę nihil operaretur l.3.ff.de leg.p.cum ad ci-
uilem ęquitatem in omnibus eundem reſpicere debere diffini-
tum ſit ad naturalem referendum eſt, vt recte quidem Myſing.
11 in d.§.in bonæ.nu.2.retuliſſe videtur. Eſt autem æquitas † illa
magis conuentionis inter partes initę, quam ſtricti iuris emenda
tiua, & ideo in ſtricti iuris actionibus magis à conuentione quá
à ſcripta lege ęquitas remouetur; cùm tamen ea de qua nos agi
mus, legum magis quam pactorum, vel conuentionum emenda
12 tiua, ſit. Itaq; adnotandum erit † ſtrictũ ius duppliciter vſur
pari, vel ad differentiam æquitatis, vt in l. placuit.C. de iudici.
vel ad differentiam bonæ fidei vt in d. §. actionum. Primo ca-
13 ſu à ciuili, ſecundo à naturali æquitate diſtinguitur. Sed † &
obſeruandum eſt ad bonæ fidei differentiam ſemper ius ſtrictũ
appellari, ad differentiam æquitatis plerumque ius non adiun-
cta ſtricti nota dicitur. Nam excepta.d.l.placuit in.l.in omni
bus.ff.de reg.iur.in l.p. C.de leg. in.l.nulla in fi. hoc tit. in l. ſi
ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb.oblig. iuris & ęquitatis oppoſita
mentio habetur. & ſimpliciter ius non ius ſtrictum nuncupa-
tur. Neque prætereundum cenſeo hanc ſtricti iuris rationem,
quod attinet ad actiones ad formulas earum & ad fori diſcepta-
tionem poſſe referri in quibus diu obſeruatum eſt, vt qui cade-
ret à ſyllaba caderet à cauſſa l.p.C.de formul.ſublat. Nam cer
tas ſolemneſq; eſſe voluerunt.l.2.§. deinde. ff. de orig. iur. In
ijs enim iudices ſtrictas litigantium ſtipulationes ſequebantur.
Cęterum cũ quibuſdam adijceretur clauſula ex bona fide tũc la
tior erat eius dicẽtis poteſtas, vt ſequi poſſet quod bonũ & ęquũ
videretur. Quod ſi partibus placuit ſtrictas inire conuentio-
nes, eaſq; ſtricto iure cenſeri; ęquũ videbatur, ne hi beneficiũ

ade

aut commodum ęquitatis acciperent qui ſponte ab ipſa receſ-
ſiſſent. In eo igitur poteſt aliquo modo deterior videri condi
14 tio legũ, quàm pactorũ, vt ita ſtricte conuentio iniri queat † vt
nullam admittat æquitatem. lex vero nulla ita ſcribi poteſt, vt
ęquitatem non admittat. Quod ſi pœnæ legũ conuentionalibus
comparentur, euidenter apparebit vnde illud adnotarunt mi-
tius agi cũ lege quàm cum homine. l. Celſus. ff. de recep. arb. Il-
lud non negauerim conuentionẽ ſtricte initam ita ſeruari ęquũ
eſſe & aliud ſine iniuria ſtipulatorum conſtitui non poſſe arg. l.
5. §. ſi ſortem. ff de verb. oblig. ac ita dum ab vna parte æquita-
tem effugimus ab alia in eandem reuertimur, quod ſi vndique
15 † excluderetur, in iniquitatem 'aberemur. Sed cogimur hic ali
quantulũ ad iura municipalia deſcendere quod pariter dubitari
16 queat † ne nõ omni ęquitate deficiant. Quod ex illa ſuperiori
ratione deſcẽdit, ꝙ ſtatuta locorũ ſtricti iuris ſĩt, vt tradit Bart.
in l. omnes populi. nu. 60. ſupra de iuſt. & iur. quẽ ibi alij ſequũ-
tur. Bald. in. l. cõtractus nu. 1. in fin. C. de fide inſt. idẽ in c. 1. nu.
29. de cõſt. ſentit Caſtr. in l. ſcire leges in fin. hoc tit. Et quidẽ,
vt eadẽ eſt ratio dubitãdi, ſimilis poterit eſſe deſſoluẽdi ratio, ꝙ
ſi verũ ſit aſſũptũ excludatur tamẽ naturalis nõ; ciuilis ęquitas;
neq; .n. ius adeo ſtrictũ eſſe poteſt, vt hãc recuſare valeat. Sed
17 tamẽ maxime dubito ne † aſſertio illa quãquã receptiſſima ſit,
plurimũ à veritate recedat Primũ etenim eiuſmodi diſtinctio
ſtricti iuris, & bonę fidei nõ cõuenit legi nec quiſpiã eſt, qui vel
18 vno loco legẽ cũ bonę fidei adiũcto inſpexerit. Dicimus † .n. bo
næ fidei iudiciũ l. iuriſgẽtiũ. §. quinimo. ff. de Pact. bonę fidei cõ
tractũ. l. in bonę fidei. C. de pact. bonę fidei actionẽ d. §. actionũ
nõ bonæ fidei legẽ ſimiliter ſtricti iuris actionẽ, cõtractũ, iudi-
ciũ, ſed ſtricti iuris legẽ nemo, vt opinor hucuſq; legit. Nã lex à
ſe ipſa diſtĩgueretur, & ſtrictũ ius, ꝙ idẽ eſt cũ lege ꝓ qualitate
ipſius aſſumeret. Et cũ in actionibus cõtractibus, & iudicijs no
ta hæc ſtricti iuris ſit differentię nota in ſtatutis hanc vim reti-
nere non poteſt. Quęro enim, cùm ſtatutum quod ſtricti iuris
eſſe dicimus, dici oporteat ad alterius ſtatuti vel legis diffe-
rentiam quod ſtatutum quæ lex erit à qua differre contendi-
tur. Recte Ariſtoteles ſępius citato loco dixit Iudicem ſpucta-
re ad legem, arbitrũ ad bonũ, & ęquũ, quoniã in ea re legis nomẽ

& ius & ęquitatem ſignificat ciuilem, & à naturali ſecernitur. Quarę ſtricti iuris appellatio nũc ab ęquitate ciuili diſtinguitur, nunc ea adiuncta ab ęquitate duntaxat naturali. Quod ſi hęc
19 diſputatio † tota ad actiones ex ſtatuto deſcendentes referatur, vt eas Bart. ſtricti iuris eſſe contendat, neq; abſolute id affirmandum puto. Sed primum abſolute damnanda eſt conſequentia
20 Bartoli † actio ex ſtatuto deſcendens ſtricti iuris eſt, ergo ſtatutum eſt ſtricti iuris, tum quia ſi reſpicimus ipſius ſtatuti ſubſtantiam, & qualitates nihil magis, aut minus ſtricti iuris eſt, quã ipſum ius ciuile vniuerſum, cùm ſtatuta ius ciuile ſint illius ciuitatis in qua condita ſunt. §. ſed ius quidem.inſt. de iur. nat. gent. & ciui. Quod ita probatur ius ciuile Romanorum abſolute adeò verum eſt non eſſe ius ſtrictum, quod non ſit niſi bonũ & ęquum.l. p. ſupra de iuſt. & iur. & in eo ius ſtrictũ dicitur ad differentiam. Sic ſtatuta locorum veluti Senarum, aut ius ciuile Senarum ſunt, aut ius ſtrictũ eiuſdem ciuitatis, ſi ſimpliciter ciuile, ergo non ſtrictum; ſi ius ſtrictum, ergo ad iuris alterius differentiam; ſed non eſt ius à quo differat, quod ſtrictum dicimus, ergo male dicimus ſtrictum vt ab aliquo differat. Cum enim dicimus ſtatutum omnia ſtatuta ſignificamus non quędam quę poſsint hanc qualitatem adiunctam habere, & perperam id notat in l. 3. §. hęc verba. ff. de neg. ge. quod ibi de edicti nõ de ſtatuti interpretatione agatur, neq; ibi ea expreſsio neceſſaria fuit quod ſtricti iuris eſſet; ſed quia legentibus edictũ quę verbis comprӕhenſa non ſunt non innoteſcũt. Tum longe deterius cum Dyno adducit. l. conſtitutionibus. ff. ad mun. de incol. quod ibi ex æquitate remittantur vſurę reliquatus (quem falſo Accurtius relictum interpretatur) quod eius reſidui vſuras minime ſolui æquum viſum fuerit. Tum vero peſsima eſt
21 notata conſequentia † quia falſo, & ſi concedamus actionẽ ex lege deſcendentem ſtricti iuris eſſe, inferimus legem ipſam ſtricti iuris eſſe. Conditiones ex lege omnes ſtricti iuris eſſe concedo quod bonę fidei actionibus Iuſtin. non adnumerauerit receptam ſequutus Accurſij ſententiã in d. §. actionum, qui cęteras ſtricti iuris eſſe concludit. Sed tamen leges ipſas vnde deſcendunt ſtricti iuris eſſe abſurde dicitur, vt probaui, quia leges nec bonę fidei eſſe dicuntur. Statuit lex actionem, contractũ non

au-

autem ſe ipſam ſtricti iuris eſſe. Et ideo aliqua ex parte poterit
22 admitti diſtinctio † Bald. in d. c. 1. n. 29. de conſtit. vt actio-
nes ex ſtatuto deſcendētes, ſi circa negocium bonæ fidei verſan-
tur, bonę fidei ſint: praue enim diceremus, ſi circa emptionem
venditionem actio induceretur eam ſtricti iuris eſſe. Sed que-
23 madmodum actio præſcriptis verbis † pro qualitate negocij à
quo deſcendit bonę fidei, vel ſtricti iuris diffiniiur d. §. actionū
24 ſimiliter in tranſactione †, inſpicimus negocium ſuper quo in-
terponitur, & ab eo iudicamus eam bonæ fidei, vel ſtricti iuris
eſſe ſecundum Bart. in l. ſub prętextu nu. 6. C. de tranſac. quem
ibi ſequitur Alex. nu. 10. Iaſ. nu. 11. vbi de cōmuni, idem pror-
ſus in actionibus ſtatutarijs reſpiciendum eſt, vt magis negocij
quam ſtatuti qualitates reſpiciamus. Quod ſi cum plura ſint
25 † negocia quam vocabula, l. 4. ff. de præſcrip. verb. negocij qua
litas à iure ciuili diffinita non ſit ſtricti iuris actio exiſtimanda
26 erit, † non quia ſtatutum ſtricti iuris ſit, ſed quia conductio ex
27 qualibet lege ſtricti iuris ſimiliter eſt. Quinimo † diuidendum
eſt poſſe ſtatuentes decernere non tantum, vt actio quę ſtatuto
nititur, bonę fidei ſit quo caſu ſtricti iuris eſſet, ſed quod actio-
nes, quę iure ciuili ſtricti iuris ſunt, intelligantur omnes bonæ
fidei eſſe quod liquido probatur argumento l. vn. §. ſed & ſi C.
de rei vx. act. Nam qua poteſtate Iuſtin. ſtipulationem pro dote
cum ſtricti iuris eſſet, bonę fidei eſſe decreuit. Tū etiam cum
dubitaretur ſuper petitione hęreditatis idem conſtituit in l. vlt.
C. de peti. hęred. & d. §. actionū. Quod ſi ſtatutis locorum iuri
communi derogari poſſe non ambigitur, quod aſſero citra om-
nem dubitationem fieri poterit. Et lex, aut ſtatutum facit ali-
quid eſſe ſtricti iuris, aut bonę fidei, & in actionis formula clau
ſulam ex bona fide adijcere poteſt, & non adijcere, non tamen
ipſa lex, vel ſtatutum eſt per ſe tale, cùm poſsit vel ciuilem ſolā
vel etiam naturalem ęquitatem recipere. Atqui non alia ratio
ne à naturali ęquitate recedit quam ea qua docuimus primo li-
bro iuri naturali non per omnia ſeruire, nam incidit in ęquita-
tem naturalem cum ciuili coniunctam, quę ſumma ęquitas eſt
d. l. bona fides. Tum vero quoniam naturalis æquitas verſatur
28 circa ſingula, quemadmodum & ciuilis † non potuerunt Qui-
rites naturalem ęquitatem ſcriptura compręhendere, quoniam

lex

lex vniuerſaliter ſcripto cōciperetur. Cęterum ne eam deſerē
29 re viderentur Prętores creauerūt † quibus ea curę foret. Neq;
tamen iuriſcodendi poteſtatem ijs conceſſerunt; ſed quandā m
iuris authoritatem. §. Prætorum. inſt. de iur. nat. gent. & ciui. ip
30 ſumq; ius honorarium † viuæ vox iuris ciuilis appellabatur. l.
nam & ipſum ſupra de iuſt. & iur. quoniā emendabat ius ciuile
ob naturalem non ſcripto, non iure, ſed voce, & pronunciatio-
ne, non quaſi contrarium iuri ciuili; ſed cū ſcriptura vox mor-
tua ſit, ipſum quaſi viua vox naturali æquitati addictus in ſingu
lis ſpeciebus videretur id ſtatuere, quod & legiſlator, ſi adeſſet,
& iterum loqui poſſet ſtatueret, atq; decerneret. Et vt ex cauſ-
ſa ius ciuile à naturali ęquitate recedebat; ita prętor ex cauſſa
31 recedebat à iure ciuili. Quod ſi prętores † ex ciuili ęquitate
ius Romanorum emendaſſent, ius ipſum non prætorium, ſed
ciuile; non anuum, ſed perpetuum extitiſſet. Quare fit vt
nunquam prętorem ciuili æquitati innexum eſſe legamus.
32 Quo argumento ciuilis obligatio ſola † in conſtitutum dedu-
ci non potuit. L 3. ff. de conſt. pec. & hoc pacto intelligen-
da ſunt quę de prætoris officio & imperio tractauimus ſupra
lib. 2. c. 3. Igitur vt eò reuertamur vnde digreſsi ſumus,
33 † ex prædictis manifeſtiſsime deduci poterit, vel hac præcipua
ratione ius ciuile Romanorum ſummopere laudari oportere,
quod nullo caſu ab æquitate ſeparatur, ſed ipſi ſemper inhæreat
& ipſius ſtudium vniuerſum in hac ſola verſetur cum iure præ-
torio in vnam conſonantiam reducto, vt habetur in. §. p. inſt. de
teſt. ord. nunc & naturali & ciuili ęquitate pollere, & ad eam
ſemper recurrere. Et cùm ęquitas ius quoddam melius eſſe di
34 catur aliquo iure, in hoc ipſo † quod ęquitatem recipit, vt eiuſ
modi ſermonem cū pręcedenti iuris, & naturæ comparatione
concludam. Naturam eandem maximo totius abſolutionis
35 argumento imitatur: ea etenim intendit † ſemper quod melius
eſt, vt docet Ariſt. Phyſic. *lib.8. tex.48. & teſt.56.* ſic (quic
quid ſibi velit ius ſcriptum, quoniā non hoc ſimpliciter ius Ro
manorum exiſtimandum eſt) ius hoc abſolute conſideratū, vt
conſiderat Triph. in d.l. bona fides. Vlp. in l. p. ſupra de iuſt. &
iur. intendit ipſum bonum, & æquum, & inter duo iuſta quod
iuſtius eſt. nam hoc melius eſſe intelligit meri to eius ars non ab
ipſa

ipſa lege pro vt ſcripta eſt; ſed ab ipſo ęquo & bono quod pręcipuum eſt, ac idem cum iure tota pendere exiſtimatur. Quare quicunq; leges ferre debet, ſciat ſe non ita ferre poſſe, vt emédatione non indigeant; ſed tunc eas fore iuſtiſsimas, cum in magiſtratus, cum in principes inciderint qui ſe boni & ęqui magiſtros profiteantur. Eam itaq; poſitis legibus quiſq; poſtremam, ſed pręcipuam legem ſtatuat ex Pauli noſtri pręſcripto in omnibus adęquitatem eſſereſpiciendum.

De conſuetudine quid ipſa ſit, & quouſque legumlatori ſeruanda. Cap. VI.

1 *Conſuetudinis nomen refertur ad varia.*
2 *Conſuetudo pro vt facto.*
3 *Eiuſdem ex ſententia Butrij triplex acceptio.*
4 *Dubitatur cur ius naturale non adnumeretur iuri non ſcripto ſicut conſuetudo.*
5 *De æquitate dubitatio eadem.*
6 *Conſuetudinis diffinitio ex Iſidoro.*
7 *Quare Iſidorus iuris non facti conſuetudinem eſſe dicat.*
8 *Conſuetudines probari debere quomodo intelligendum ſit.*
9 *Circa mores Philoſophorum & noſtrorum ratio diuerſa.*
10 *Mores quomodo à conſuetudine diſtinguantur ex Bartolo.*
11 *Varronis ſententia de eadem re.*
12 *Mores ſiue conſuetudines quæ in legem non tranſeunt.*
13 *An conſuetudo obtineat non deficiente lege.*
14 *Conſuetudo interpretatiua non eſt per ſe ius.*
15 *Conſuetudo debet eſſe legitime præſcripta.*
16 *Conſuetudo interpretatiua non ita.*
17 *Conſuetudo conſtat ex quatuor ex moribus, ex tempore ex ratione ex tacito populi conſenſu.*

18 Con-

18 *Conſuetudines irrationabiles improbantur.*

19 *Conſuetudo veritati cedit.*

20 *Neque aduerſus fidem catholicam valet.*

21 *Neque permittens quod eſt abſolute malum.*

22 *Secus ſi malum quia prohibitum.*

23 *Propria ſedes conſuetudinis, & proprius locus.*

24 *Nulla poteſt eſſe lex niſi iuſta, ita neq; conſuetudo.*

25 *Legi repugnat quod contra bonos mores eſt quod varijs exemplis illuſtratur.*

26 *Conſuetudo, etiam contra bonos mores non valet.*

27 *Laudabiles conſuetudines diuinitatem quandam præſeferunt.*

28 *Romani præclaras eorum conſuetudines, vt plurimum ſcripto commendauerunt.*

29 *Lex vſui reſpondens duratura eſt.*

30 *Legiſlator ad mores reſpiciens gratam rem populo facit eiuſq; rei ratio.*

31 *Neque ſcriptæ leges, neque conſuetudines facile mutari debent.*

DE legibus, & ęquitate hactenus diſputatum eſt. Nunc vero quamquam rubrica etiam de conſuetudine ſcribatur, pluraq; ad eam pertinentia iuriſconſultorũ reſponſa in hũc titulũ Trębonianus contulerit; vt ideo vberiorem de ea quam habiturus ſim diſputationem, deſiderare videatur; attamen & legiſlatoris inſtituendi ſcopus à quo remotior, & forenſium con trouerſiarum campus, cui coniunctior eſt, cogunt me quęſtiones varias ad eam pertinentes, & in praxi quotidianas, in huius tituli relectionem differre, & paucis, iiſq; ad rei ſubſtantiam explicandam neceſſarijs eandem legiſlatori, ſic ponere ante oculos, vt ipſius conſeruandę, reuocandę rationes, & argumen
1 ta duntaxat compręhendere valeat. Cũ autem nomen † ipſius ad factum, & ad ius referatur, & varie vſurpetur, vt ex antiquorum ſententia ſcribit Roch. Curt. in repet. c. cum tanto de conſuet. in pręfat. nu. 19. oportet ipſius varias acceptiones ante omnia recenſere. poſt verò illa retenta, quæ rei noſtrę cohęret, ipſius diffinitionem ſubijcere. Primum itaque vſurpatur, vt facti

quędam

2 quædam obſeruantia, quo † nomine conſuetudines facti eſſe dicuntur c.p.de conſt. in 6. vel latius ad ea etiã facta pertinet, quę non ſuſcipiuntur pro lege, quo argumento Iuſt.in.§. Pauonum inſt.de rerũ diuis dixit Pauones, & Ceruos habere conſuetudinem auolandi, reuolandi, abeundi, & redeundi; tũ vero etiam pro iure vſurpatur.§.conſtat autem.§. ex nõ ſcripto inſt.de iur. nat.gent.& ciui. Tum etiam dixit Ant.de Butr. in d. c. cũ tan

3 to in repet. quod conſuetudo † tripliciter ſumitur. Primũ pro habitu bono, vel malo. Secundò pro materia in qua conſuetudo inducitur, nimirũ pro actibus, & moribus. Tertiò pro iure ſumpto ex materia prædicta. Cæterũ hac poſtrema ſignificatione dũtaxat de conſuetudine in hac rub. edicitur ſecũdũ quam

4 à lege ſolùm ſcriptura diſtinguitur. Sed addubitari poteſt † cũ dictum ſit ius naturale ſcriptũ non eſſe; quinimo nec ius gentiũ, ac propterea neutrum ęquitate potuiſſe emendari; cur factum ſit vt Iuſtin. in d.§.ex non ſcripto omnem iuris non ſcripti partem conſuetudini adſcripſerit? Mihi non alia ratione id factum eſſe videtur quam quod iuris naturalis, & iuris gentium eatenus rationem habuiſſe videatur, quatenus ex vtriuſq; pręceptis conſtet ius ciuile: eſt enim collectum ex pręceptis naturalibus, gentium & ciuilibus.§. vlt. inſt. de iuſt. & iure. itaq; conſiderat Iuſtin. ius naturale ſcriptũ comprębenſum, quod per relationem ad ſcripturam ius ciuile dicendum eſt; ſed ea ceſſante remanet nihilominus naturale; & ideo fit, vt non ſemper naturalis ęquitas pręualeat, vt in pactis, quoniam ius ciuile non reſpicit ad omne ius naturale; ſed ad illud vnde idem collectum eſt. Poſ-

5 ſet de ęquitate † eadem haberi dubitatio, & cum ea non ſcribatur, videri poterat iuri non ſcripto adnumeranda, quod Conna. probat lib. p.c. 10.& 11. ſed ſi abſolute id ipſum quęreret ipſi facile conſentirem; at cum ad ius ciuile Romanorum reſpexerit ea mihi videtur fuiſſe Tręboniani ſententia, vt ius ſcriptum cum ęquitate coniungeret; quaſi non exiſtimaret ius, niſi cum eiuſdem oportuna emendatione, & quamquam ſcripta non ſit ſcripto, tamen iuri æquitas ex legiſlatoris ſententia videtur ineſſe. Quare fit vt ius non ſcriptum totum ad mores retulerit. Et quidem diuturni mores conſenſu vtentium

comprobati legem imitantur d. §. ex non ſcripto, & ita accedē te populi conſenſu, & tempori diuturnitate pro lege vſurpantur, & in eam vertuntur conſuetudinem, quę ius eſſe videtur l. diuturna. l. imo in fi. hoc tit. Quam Iſidorus in c. conſuetudo
6 diſtin. p. ita diffinit. *Conſuetudo eſt ius* † *quoddam moribus inſtitutum*
7 *tutum, quod pro lege ſuſcipitur cum deficit lex*. Ait ius † eſſe, vt eam ſecernat non tantùm ab omni extranea conſuetudine, quę ad materiam legum non accedat; verū etiam ab illo facto quod eam neceſſario antecedit quodq; factum eam inducit, & ipſum quandoq; conſuetudo appellatur. Ac ita ceſſat, quod in contrarium obijci poſſet ex d. c. p. de conſt. in 6. quod conſuetudo ſit facti: neq; enim factum illud diffinitur; ſed ius ex facto conſurgens, cui nomen conſuetudinis conuenire & d. l. imò, & §. ex non ſcripto apertiſsime probant. Hinc diffiniri poteſt
8 † quomodo intelligendum ſit quod vulgò traditur conſuetudinem, velut quid in facto conſiſtens probari debere videlicet actus oportere probari ex quibus ius conſuetudinis reſultet; ius etenim directo teſtibus probari nequit; ſed per conſequentiam; quia oriatur ex facto probato arg. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aqu. quamquam hoc temperandum eſt, niſi teſtis eſſet iuriſperitus, tunc enim probaret etiam directo conſuetudinem, vt poſt Bart. in l. de quibus quęſt. 4. tradit Roch. Curt. in d. c. ſect. 8. nu. 21. quod ſuo loco diligenter examinabimus. Quod ait Iſidorus *moribus inſtitutum* non ad omnes mores pertinet, quod ad ius hoc inſtituendum non omnes etiam valeant. De mori-
9 bus † tractat Philoſophus; ſed ille reſpicit ad mores internos ad animum pertinentes cum ratione coniūctos, & aſſuetudine contractos, quoſue probos eſſe intellexit; non magis mores improbos conſiderans, quam medicus morbos, atque venenum. Mores verò noſtri externi ſunt non intra animi cancellos clauduntur; ſed in publicū prodeunt. Ille mores vt habitus animi conſiſtentes in mediocritate, quibus improba in extremis aſſuetudo opponitur. At conſuetudini noſtræ deſuetudo magis opponitur, & moribus non vſus contrariatur. Ille ſingulorum mores conſiderat, nos vniuerſorum nempe totius populi mo-
10 res. Mores † autem de quibus in diffinitione ab ipſa re diffinita, vt Bart. decet in d. l. de quibus nu. 10. diſtinguuntur quod

mores

mores in factū duntaxat, nō in legē ſonare videantur, quod po-
puli accedente conſenſu vertantur in legem, vel vt ex ſententia
11 Varronis † Conna. lib. 1. c. x. nu. 6. declarat. Mos eſt, qui ho
minum animis inſidet, eius autem vſus & obſeruatio conſuetu-
do eſt, vt mos animi ſit, & voluntatis. conſuetudo autem actio
nis, ille præcedat, hæc ſequatur, quod & Bart. ſentire viſus eſt.
dum cauſſam conſuetudinis remotam morem eſſe cenſuit. Ne
que verò cōſenſus populi eos vt mores approbare debet; ſed, vt
leges; quare adiecit Iſidorus *quod pro lege ſuſcipitur* non ete-
nim omnes populi mores tranſeunt in legem, quod diu appro-
bati ſint; ſed qua ratione quod principi placuit legis habet vigo
rem l. p. in fi. tit. prox. ſi ita demum placeat pro lege, ſic mores
tunc demum pro lege ſuſcipiuntur ſi pro legibus approbentur.
12 Sūt etenim mores † quidā, ſiue cōſuetudines circa veſtimēta,
circa cōuiuia, circa epulas, quę nō ad effectū obligādi introdu
cuntur, ac ideo iuris appellatione non cōtinentur. Quòd ait, cū
13 lex deficit, non modicam dubitationem habet. Videtur † enim
vt lege etiam non deficiente obtineat conſuetudo l. nam Impe
rator in fi. hoc tit. Quinimo conſuetudinem legi conformem
dari adnotarunt Abb. & alij in c. cum dilectus 2. not. de cōſuet.
& cùm conſuetudo dicatur optima legū interpres l. ſi de inter-
pretatione in fi. hoc tit. & interpretando confirmet legem, er-
go non deficit lex. Sed reſpondeo ad. l. nam Imperator in fi.
quod qua parte lex ambigua eſt, nō improprie videtur deficere
cùm debeat eſſe certa l. 2. ff. de vir. & fact. ign. & ſuperiore lib.
explicatum eſt. Deficit autem lex non vno modo, veluti, cū
lata non eſt, cum ambigua, cum poſita inutiliter, cum qua uis
14 ratione vi ſua non pollet. De conſuetudine † interpretatiua
dici poteſt eam non tranſire in legem per ſe; ſed eſſe ipſius legis
obſeruantiam, vt ideò ei non conueniat diffinitio cōſuetudinis,
quod vere non ſuſcipiatur pro lege. Nam cùm conſuetudo iu
15 ris inductiua debeat legitime præſcribi † c. vlt. de conſuet: con-
16 ſuetudo interpretatiua † admittitur etiamſi legitime præſcri-
pta non ſit, vt tradunt Aret. conſ. 11. nu. 4. Socc. conſ. 111.
nu. 5. lib. 1. Aymon. Conſ. 273. nu. 13. quoniam ea vere nō eſt
ius per ſe; ſed pars quędam illius iuris cuius eſt interpretatio.
Ergo hęc diffinitio non comprahendit conſuetudinem inter-

pretatiuam. Quatenus vero ſuſcipitur pro lege eaſdem ferè cō
ditiones ineſſe oportet, quæ in lege deſiderãtur. Conſtat con-
17 ſuetudo potiſsimum ex quatuor †, ex moribus, tempore ratio
ne, & tacito populi conſenſu, vt tradit Bald. in c. fi. de conſuet.
& ratio quidem eſt qualitas ipſius formalis, & intrinſeca non ali
ter vt legis. At quod lex in ſcripturam redigatur conſuetudo
iures ſumat ex moribus tempore, & conſenſu pertinet ad vnã
ab altera ſecernendam; ſed quemadmodum non eſt lex ſine ra-
tione, ita nec cõſuetudo vere erit conſuetudo ſcripta pro lege.
18 Quo nomine deteſtamur † conſuetudines irrationabiles c. vlt.
de conſuet. & qui ratione conuinci poteſt fruſtra obijcit con-
ſuetudinem c. fruſtra. diſt. 8. Nam ea cogitur veritati cedere,
19 † ſine qua nihil aliud eſt quam vetuſtas erroris C. conſuetudo.
diſtin. 8. Dixitq; Dominus noſter *ego ſum via veritas, & vita.*
Dixit ergo ego ſum veritas, non ego ſum conſuetudo C. ſi con
ſuetudinem d. diſtin. Cumq; vt inibi ex ſententia Diui Cy-
priani habetur. quęlibet conſuetudo quantum ius vetuſta, quã-
tum ius vulgata veritati poſtponenda eſt. Quare nihil aduer-
20 ſus † catholicam fidem vſurpare poterit ipſa conſuetudo, ne
contradicat ipſi veritati C. conſuetudinem. diſtin. 12. His con
21 ſequens eſt, quod eſt per ſe † & abſolute malum non poſſe con
ſuetudine mutari: & quatenus id foueat non valere c. vlt. de
pręſc. in quo genere ea ſunt, quę naturali, aut diuino iuri cõtra
22 ria ſunt, Cæterum † mala, quæ ſunt, non quia ſimpliciter ta-
lia; ſed quia iure poſitiuo prohibita conſuetudine remitti po-
terunt; non vt mala quidem, ſed quia quod lege prohibita pec-
catum eſſet, lege per deſuetudinem abrogata, deſinit eſſe pec-
catum; quia deſinit eſſe prohibitum, & in ijs conſuetudo te-
net non tanquam nutriens malum; ſed quia quod nutrit ſubla-
ta lege prohibente deſinit eſſe malum, dum etenim paulatim &
ſerpendo ſeſe contrarius inſinuat, vſus cõtrario quodam modo
lex cedendo recedit. Princeps autem in legibus condendis ad
conſuetudines populorum reſpicere debet, & ſat eſſe videbitur
ſi l. 2. C. quæ ſit long. conſ. memor erit. Conſtantinus
etenim ad Proculum ita reſcripſit. *Conſuetudinis, vſuſq; lon-
geui non vilis authoritas eſt; verum non vſq; adeo ſui valitura
momento, vt rationem vincat, aut legem.* Rationem pro

naturali.

turali iure vſurpat, legem pro iure ſcripto & ideo conſtat iuxta
23 Iſidori diffinitionem proprium eſſe †. conſuetudinis locum in
ijs, quę legibus comprahęnſa non ſunt. Neque vincit legem
conſuetudo, ſed deſuetudo l. de quibus in fi. hoc tit. quo loci
quid inter vnam, & alteram interſit Iulianum Conſtantino con-
ciliantes declarabimus. Et quemadmodum in ſpiritualibus
in ijs rebus de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura; mos
populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt C. in
ijs. diſt. 12. ita de quibus rebus in ciuilibus, ſcriptis non vtimur
legibus id cuſtodiri oportet, quod moribus & conſuetudine
inductum eſt. d. l. de quibus. Itaq; ne plus tribuatur conſue-
tudini quam oporteat, eam Princeps non aduerſus rationem,
non aduerſus legem ſeruari patietur. Vt autem nulla lex eſt
24 niſi iuſta & honeſta ſit, C. erit diſt. 4. Ita nulla † conſuetu-
do niſi talis, quoniam corruptela potius dicenda erit quam con
ſuetudo quæ abijcienda & vitanda erit, & niſi citius radici-
tus euellatur facile in priuilegiorum ius ab impiis abſumitur
25 c. mala. diſt. 8. Contradicit etiam legi † quicquid bonis mori-
bus repugnat. Ideo illa ſtipulatio reprobatur, ſi me non hæ-
redem feceris tantum dare ſpondes. l. ſtipulatio hoc modo
concepta. ff. de verborum obligationibus omniaque pacta con-
tra bonos mores non tantum ea quę fiunt de hęreditate vi-
uentis reprobantur. l. vlt. C. de pact. item, & ſtipulationis. l.
ex eo. C. de inut. ſtip. Similiter turpis cauſſa damnatur in
dando, vel accipiendo l. 1. & 3. ff. de cond. ob turp. cau.
& ideo datum viro, vt lenocinium committat in vxorem,
repeti nequit. l. mercalem. C. eod. ſic neque legatum con-
tra bonos mores relictum, nec iuramentum contra eoſdem
pręſtitum tenere ſancitum eſt. l. ſi quis inquilinos. §. vlt.
ff. de leg. p. Quod ſi ita ſe habet, quid magis contrarium
bonis moribus eſt quam conſuetudo mala quæ idem ſit quod
26 mali mores? Quare ſancitum eſt non valere †. conſuetudi-
nem, quę contra bonos mores ſit c. illa. diſt. 15. quod tan-
tundem præſtat, quantum malos mores non proficere ad
conſuetudinem inducendam. At ſi ponamus materiam in-
27 differentem, tantùm poterit conſuetudo †, vt ſanctiora quo-
dammodo

quodammodo videantur eſſe ea, quę moribus afferuntur, quam quę imperantur legibus. Quo arg. Tullius dixit 2. de legi. *Ritus familiæ, patrumq; ſeruari debere; nam id eſt; quoniam antiquitas proxime accedit ad Deos à Dijs quaſi traditam religionem*
28 *tueri*. Laudabiles conſuetudines, † quæ diu obſeruatæ ſunt ſpeciem quandam diuinitatis habent ob quam cuſtodiendę ſunt atq; colendę. Quare optimus legulator vt prauas, & iniquas radicitus euellere debet, & contrarijs legibus tollere; ſic laudabiles & honeſtas conſeruare, ac ſcriptis etiam tradere debebit,
29 quod Romanos † feciſſe conſpicuum eſt, vt conſuetudines plerúq; ſcripto commendauerint. l. 2. ff. de reg. iur. l. 2. ff. de vulg. & pupil. Quinimo ipſa prudentum reſponſa, quę antea in vim conſuetudinis irrepſerant, & iuris non ſcripti partem conſtituebant l. 2. §. hęc diſputatio ſupra de orig. iur. ſcripto iure compręhenſa ſunt, ac ita poſteritati commendata. Nullum certius
30 argumentum † afferri poteſt, quod lex duratura ſit quam ſi talis feratur, quę populorum vſibus reſpondeat & accõmodetur. Quod enim eſt conſuetudinis, ſua vi per ſe influit in mores hominum; ita vt vel à natura putetur eſſe, aut ab antiquis bono publico inſtitutum. Eam vero facilitatẽ quam in legibus condendis deſideramus, nullo modo fœlicius legiſlator aſſequi poterit quam ſi leges a moribus deducet, & ad eoſdem in ijs ferendis potiſsimum reſpiciet. Ita enim intelligit ſe volentibus non autem recuſantibus ſcribere leges eaſq; gratiores propterea futuras, quam eas quę traduntur præter vſum. Nam dum legiſlator
31 † ad mores reſpicit, tacitum populi conſenſum ſequitur in legibus, quod eſt ipſi populo gratiſsimum; ſic etenim quodammodo populi poteſtas in Principem tranſlata ad populum redire videtur quod quaſi rem primę formę reſtituens fauorabile eſt l. ſi vnus. §. pactus ne peteret in fin. ff. de pact. & plurimum ſemper in legibus valere debet quod populus eaſdem libentiſsime ſuſcipiat. Præterea, vt ſcriptę leges facile mutandę non ſunt, ne res abeat in contemptum, ita nec reuocandę conſuetudines ſunt, & potius aliquid erroris admittendum eſſe videtur, quam vt grauius erretur, dum populus renuens animoq; turbato ab eo quod tamdiu vſitatum eſt recedere cogitur. Hęc pauca tamquam inſtituto meo cohęrentia de conſuetudine dixiſſe

xiſſe volui plura ad forum pertinentia commodiori loco cumulaturus. Cęterùm, hęc omnia quę hucuſque ad neceſſariam in iure ciuili præcognitionem in addiſcentium gratiam tractata ſunt, lectorem rogatum velit, vt ęquo animo perlegat; ſic etenim cum in multis defecerim, is tamen non durus & rectus; ſed bonus & facilis, & conſenſionem, & veniam ad ignoſcendum habere non grauabitur.

* * *
* * *
*

ALEXANDRI TVRAMINI

I. V. C.

IN TIT. DIGESTORVM de Legibus Commentarij.

In L. P.

1 *Quomodo diffinitio Papiniani ſit per cauſſas.*
2 *An lex poſsit in alicuius gratiam, vel fauorem emanare.*
Baldi ſententia.
Authoris reſolutio.
3 *An & in odium alicuius.*
Baldi ſententia expenditur.
4 *Lex ſemper præcipit, & quomodo id accipiendum ſit.*
5 *Legis pręceptum quotuplex ſit.*
6 *Lex non tantùm præcipit, quod iuſtitię eſt, ſed quod prudentiæ, quod temperantię, & quod cuiusq; virtutis.*
7 *An Mulieres leges condere poſsint, diſputatur.*
Connani pro ijs argumenta referuntur.
Argumentum Authoris ex ſententia Platonis vnum, & alterum ex pœna ipſius.
8 *Reſolutio Quæſtionis ex Authoris ſententia cum diſtinctione.*
9 *Quattuor eſſe principis facultates legum ferendarum, et hinc ratio diſtinctionis aſſignatur.*
10 *Lex iniuſta non prudentis, ſed callidi viri conſultatio eſt.*
11 *De fine non eſt conſultatio.*
12 *Iuuenes debent parere legibus, non eas ferre, & rationes ex Platone deducuntur.*
13 *Princeps quomodo Argus effici queat.*

14 *Baronis expoſitio reprobatur latius, quàm doceat delicti nomen vſurpantis.*
15 *An leges humanæ omnia vitia prohibeant.*
16 *Mos iure conſultorum, vt in diffinitionibus a cauſsis diuertant ad effectus.*
17 *An quiſquam delinquat ignoranter.*
18 *Ignorantia multiplex, & alia in ſpeciem voluntarij, alia in ſpeciem inuiti reſoluitur, alia propriam ignorantiæ formam retinet.*
19 *Inuiti cur non coerceantur.*
20 *Qui de facili potuit fieri certior, pro ſciente habetur.*
21 *An valeat ſtatutum, Ne ignorantia poſsit allegari.*
Baldi ſententia reprobatur.
L. Diuus, ff. de falſ. declaratur.
22 *Clauſula decreti irritantis non facit ignorantem incidere in pœnam.*
23 *Quo temperamento tale ſtatutum defendi queat.*
24 *Quomodo lex ſit ſponſio ciuium, & quis ſponſionis effectus.*

Papinianus Libro Primo diffinitionum.

LEX eſt commune præceptum virorum prudentium conſultum delictorum, quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur coercitio, communis Reipub. ſponſio.

ACCVRSIVS hanc deſcriptionem cenſet, non diffinitionem. Similis deſcribendi modus eſt in. §. conſtat autem inſt. de iur. na. gent. & ciui. Ait ibi Iuſtinianus. *Scriptũ autem ius eſt lex Plebiſcita, Senatuſconſulta, Principum Placita, Magiſtratum edicta, Reſponſa Prudentum.* Similis eſt modus, ſed ratio diſsimilis. Iuſtinianus ibi denumerat partes, ex
1 quibus conſtat ius ſcriptum. Papinianus autẽ per omnes † cauſas deſcribendo percurrit. Commune præceptum eſt velut ma

teria, licet Coras. formam eſſe ponat, & malè, quoniam aſſu-mitur, vt genus, non vt differentia. Prudentium conſultum eſt cauſſa efficiens. Sponſionem Reipublicę formam eſſe, notat hic Baldus. Coercitio finis eſt quidam, non vltimus, ſed medium, non omnium legum, ſed quarundam, vt ſuo loco dictum eſt. Vel quaſi plures diffinitiones ſunt propter quandam abſolutionem in vnam congeſtæ.

COMMVNE, Iura enim non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituũtur, l. iura, infra eodem, Plato 4. de legi: ait, *eas ſolùm rectas leges eſſe, quæ communiter totius gratia Ciuitatis poſitæ ſunt*. Quid ergo, ſi lex reſpiciat alicuius gratiam, vel fauorem ſpecialem? Baldus ait legem valere, ſi ſit munita naturali ratione. Mouetur ex l. p. §. p. infra titulo proximo poſt Accurſium, qui ita ſentire videtur. Sed ibi perſonales conſtitutiones dicuntur, non tamen leges, multum enim id differt. Item ex l. Neque Dorotheum, C. de decur. & filijs eorum, lib. 10 ex titulo. C. de ſilent. & decur. lib. 12. Sed ibi pręceptum commune eſt, ſic in l. p. C. de his, qui ſibi ad ſen. in l. p. ff. de milit. teſtamento in l. p. ff. de min. in l. p. ff. de minor. legibus illis omnes tenentur. Semper igitur lex eſt commune pręceptum, ideſt pręcipit omnibus, ita vt omnes poſsint peccare in legem. Poteſt ergo lex fauere paucis, & ita aliquorum continere gratiam, pręcipere tamen debet omnibus. Si tamen aliquis ad iuſtitiam diſtributiuam reſpexerit, dignoſcet, quod in gratiam Dorothei ſancit l. neque Dortheum, alia ratione publicam magis quàm priuatam gratiam continere, cùm benemerentibus premia iure publico debeātur, quò cęteri ad rectè agendum inuitentur. In militibus, & minoribus publica vtilitas magis elucet. Non igitur priuatam gratia legem facit, ſed priuatę gratię in publicum bonum directio. Et ideo propter aliquam vtilitatem ſemper introducitur l. ius ſingulare, infra eodem.

3 Quod etiam in odium † aliquorum poſsit emanare lex Bal. ait; dummodo odium naturali ratione nitatur. Rectè quidem rationem naturalē in omni lege deſiderat, cuius vim pulchre exornat Aymon. conſ. 31. nu. 5. Minus rectè mero odio ferri legem poſſe ait, aut in odio mero naturalem rationem reperiri.

Omnis

Omnis agens agit propter finem, & in eum amore, non odio fertur. Sic dicimus, Reipublicæ expedit, quod delicta non remaneant impunita, l. Ita vulneratus. ff. Ad leg. Aquil. Id, quod expedit, amamus. Delicta odio habemus, non tamen odio punimus, ſed ob publicum bonum, quod aſſequi cupimus, in facinoroſos animaduertimus. Neque tam ſpeciale odium, quã communis amor cauſſa legiſſem.

4 *PRAECEPTVM.* legis eſt † pręcipere. hinc modus legis pręceptiuus Vlp. dicitur in fragmentis titulo de legat. Illeibi, *Legatum eſt, quod legis modo, ideſt imperatiuè teſtamento relinquitur*. Sed non hoc duntaxat videtur eſſe munus legis verùm etiam vetare, promittere, punire, l. legis virtus, inf. eod. Attamen omnia lex pręcipiendo implet, & aſſequitur. Hinc Iuſtinianus, Inſt. de iuſt. & iur. §. 2. quicquid eſt in lege, velut pręceptum complexus eſt, dicens, *Iuris præcepta ſunt hæc, honeſtè viuere, alterum non lædere, ius ſuum cuiq; tribuere*.

5 Præcepta † legum omnia, vel affirmatiua, vel negatiua ſunt; Præcipit affirmatiuè, vt honeſtè viuamus, ius ſuum cuiq; tribuamus; negatiuè ne quempiam lędamus. In ijs quidem, quæ permittuntur, vis præceptiua, ſeu imperatiua non ſatis elucet. ſub capite tamen tribuendi ius ſuum non etiam obſcurè dignoſcitur. Iure fiunt, quæ legis permiſſu fiunt; ſed ius hoc præcepto legis aſſequimur ius ſuum cuiq; tribui pręcipientis. Pręci-
6 pit † autem lex, vt docet Ariſt. 5. Eth. c.p. & quod fortis uiri opus eſt, vt non deſerere ordines, non fugere, non abijcere arma, vt in l. 3. §. transfugas, ff. ad leg. Corn. de ſicar. in l. 1. & 2. C. quando liceat ſine iud. ſe vind. & id quod eſt temperantis, vt non committere adulterium, vt toto titulo. Ad legem Iuliam de adult. & id quod eſt manſueti, vt non verberare, aut maledicere, vt ad legem Aquiliam, & in titulo de Iniurijs, interdum quod eſt prudentis, vt ne quis re ſua malè vtatur, §. vlt. Inſt. de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Quicquid enim virtuti contradicit, ad iniuſtitiam accedit aliqua ratione.

VIRORVM PRVDENTVM CONSVL-
7 *TVM.* Quod † ait, virorum inferre videtur, ne mulieres le-

gem condere poſsint, vt hic Bartolus, & Angelus notant & ſequitur Decius in l. 2. nu. 36. ff. de reg. iur. earum fragilis eſt ſexus, l. 2. ff. Ad Vell. Inſt. quibus alienare non licet in principio, cumq; legis condendæ munus publicum ſit, inſt. de iure natur. §. lex, illeq; à publicis muneribus remotę ſint, l. 2 ff. de reg. iur. videntur etiam à legibus ferendis hoc ipſo ſubmotę. Contrarium diſputat Connanus libro p. c. 8. nu. 4. Ad ſummam ijs medijs fouet mulierum cauſſam. Primum affert exemplum Amazonum, quę proprijs legibus vtebantur. Item Cererem tuliſſe leges. Addo Solonem in Mineruam retuliſſe, quas condidit. A Celtis mulieres aliquando ſtatutæ ſunt iudices; & apud Gręcos ius ſuffragij habuere. Negat verba iſta Prudentum virorum conſultum à Papiniano ad fæminas excludendas eſſe appoſita, ſed vt oſtendat. conſuetum id eſſe, vt prudentũ conſilio ferantur. Validius argumentari potuit ab auctoritate Platonis 7. de legibus, vbi decernit mulieres non ſecus ac viros ipſos ad litterarias, militareſq; diſciplinas admitti, & in caſtra, & in gymnaſia recipi debere. Amplius cùm nihil magis ſuper heroicam virtutem in legiſlatore liceat expetere & eius quidem non ſint mulieres expertes nulla ratione videntur à legumlatione repellendę. Exemplo ſunt Iudicta Hębrea Pātheſilea Amazonum, Camilla Volſcorum, Cleopatra Aegipti Reginæ, quæ illuſtri aliquo facinore omnes heroicam virtutem patefecerunt. Taceo virgines, ac Martires, quas Theologi extollunt. Neque tamen facile a communi ſententia recedendum videtur,
8 neq; ea abſolute probanda. † Primum itaq; ſi de iure Quiritum diſputandum eſt, certum eſt, mulieres eo iure legem ferre non poſſe, quod moribus introductum eſt l. fęminæ, ff. de reg. iur. Amplius quandiu more Italico a ſcientijs abſtinent a legibus ferendis eaſdem velut minus aptas abſtinere neceſſe eſt. Quod ſi aliquis eas Platonis placito in caſtra, & gymnaſia receperit a Senatu, & legum ſanctione iuſtè reicere non poterit.
9 Poſtremò † conſiderandum eſt (quod alibi tractatum eſt) quattuor eſſe principis facultates legum ferendarum; duas intrinſecas, prudentiam, & ſapientiam; duas extrinſecas potentiam, & voluntatem. Poſteriores fęminis tam hęreditario iure, quam pręſcripta coſuetudine competere poſſunt. Prudentia uiri eſt

non

non mulieris. Sunt & mulieri ſuę virtutes, vt pudicitia. Igi-
tur priorum facultatum non ſatis eſt compos. Quod ſi mulie-
ris imperantis voluntati, & potentiæ prudentium virorum con
ſultationem adiunxeris, legem eſſe non dubito. Mulier igitur
vocata ad regnum propria potentia & voluntate cum aliorum
ſapientia & prudentia leges ferre poterit. Ex hac etiam diffi
nitione colligendum eſt, legem iniuſtam non eſſe legem, quo-
10 niam † non prudentis, ſed callidi uiri conſultatio exiſtiman-
da eſt finis legum eſt publicum bonum Reipublicæ conſer-
11 uatio, neque lex eſt de fine; quia de eo † non eſt conſultatio;
ſed de medijs dirigentibus in finem, Ariſt. 3. Eth. c. 3. Idem
tamen 3. Polyt. c. vlt. ait, de ijs, quæ in conſultationem veniũt
fieri non poſſe, vt lex feratur. Sed de ijs videlicet omnibus ac
cipiendũ eſt, quoniam, vt paullò ante monet, non omnia que-
unt legibus comprehendi, vt infr. cod. l. non poſſunt. De om-
nibus igitur, quę in conſultationem veniunt, legem ferre impoſ
ſibile eſt, ſed cùm de aliquo ferenda eſt. id veniat in conſulta-
tione, neceſſe eſt. Conſultatio autem, vt mulierum eſſe non
12 debet ita nec iuuenum. Iuuenes † parere legibus, non eas fer
re decet. Plato p. de legibus ait, *legem optimam eſſe, quæ iu-
bet, ne quis iuuenum quærere audeat, recte ne, an contra leges
ſe habeant, ſed vno omnium ore, vnamq; voce tanquam a Dijs po-
ſitas ſeruari præcipit, nec vllo modo aliter pati quicquam a iuue-
nibus excogitari. Senem autem ſi quid excogitarit Principibus,
& æqualibus nemine Iuuenum audiente referre.* Bonę fortunæ,
non ſapientiæ imputantum, ait. quum iuuenis auctoritate rectè
quędam gubernantur. Senibus contra propter ętatem, & pru
dentiam ſumma ineſt ad perſuadendum authoritas. Ijs meri-
tò idem penè honos habitus eſt qui & Magiſtratibus, l. ſemper
ff. de iur. immun. Non igitur conſultum, hoc debet eſſe cu-
iuſlibet, & ſine delectu, ſed prudentum virorum. Nam, vt
ait Iuſt. *ad portãdam tantam ſapientiæ molem nõ ſunt idonei ho-
mines rudes*, l. 2. §. ſed cũ proſpeximus. C de veter. iur. enucl.
Summum bonum intelligere, in quod lex dirigenda eſt, non tam
potentiæ, & voluntatis, quàm ſapientię, & prudentię eſt, Idcò
princeps prudentum conſilio non adhibito legem temere ferre
13 videbitur. Sed cùm ſuis † oculos prudentum adiungit Argus

videbi-

efficitur. Conferunt ad id l. humanum, C. de legi. l. 2. de orig. iur. Exemplum Adriani in l. Item veniunt, §. præter, ff. de petit. hered. Tum quod ait Cicero Philip. 2. *In publicis actis nihil eſt lege grauius, in priuatis firmiſsimum eſt teſtamentum.* Meritò virorum conſultationem expoſcit.

14 *DELICTORVM.* Eguin. Baro pro † delicto omnia facta, dicta, & ſcripta, quę a bono, & æquo, atq; adeo a virtute, & officio deficiunt vſurpare videtur, & in ciuili negocio ſi nos debere apparent per ſententiam, & executionem coercemur ad dandum, & ad faciendum compellimur ignorantes alio qui delictum, quod ipſa re admiſſum eſt. Suſpecta mihi ſuper hęc interpręttatio fuit. Verba enim impropriè nimis accipit contra l. non aliter, ff. de leg. 3. Neque verò delicti appellatio in iure noſtro ad negocia mere ciuilia referri cõſueuit, quod ſi nunquam relatum eſt, nec recipi debet, l. 1. ff. de ſenat. Tum coercitionis nomen ad cauſſas referri ſolet, quatenus crimen ſapiunt. l. vlt. & l. p. §. vlt. ff. de offi. eius. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. Coercere aquam dixit Vlp. in. l. p. ff. de fonte eſſe eandem *continere, ſic ne diffluat, vel delabatur.* Sic coercere delicta eſt eadem pęna continere ne diffluant, & delabantur, vnde conſurgat inæqualitas. quę nihil aliud eſt, quàm iniquitas. Eſt igitur ipſum inæquale intra æqualitatis cancellos comprimere.

15 Quęri † poteſt, an lex omnia delicta coerceat? Et quidem ciues bonos efficere cupit, l. p. ff. de iuſt. & iure id aſſequi nequit, ſi in aliquo vitioſos eſſe permittat. Contra tamen eſt, nam & cogitationis nulla pęna, l. cogitationes, ff. de poen. & meretrices ſui corporis quæſtum publicè facientes tollerantur, & alia quędam minimæ cohibentur, quę per diuinam prouidẽtiam vindicantur. Igitur leges humanę non omnia, ſed ea potiſsimum flagitia, ſceleraq; prohibent, quæ Reipublicę quietẽ, pacemq; perturbant, & ius Tertij lędunt aliquo modo. Ad argumentum reſpondeo, id legem gradatim efficere, vt vlterius poſteà ſua ſponte progrediantur. Eſt autem coercitio effectus legis

16 potius quam lex. Sed conſueuere † Iuriſconſulti in diffinitionibus etiam tradendis a cauſsis ad affectus diuertere. ſatis enim habent rem ita demonſtrare, vt omnis tollatur ęquiuocatio.

Ideo

Ideo ſeruitus diffinitur, vt ſit conſtitutio iuriſgentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur. inſt. de iure perſon. §. ſeruitus, l. liberta, §. ſeruitus. ff. de ſtat. hom. cùm tamen non conſtitutio ſit, ſed à conſtitutione proficiſcatur. Sic ab effectu diffinit Grat. in c. ius gentium, diſt. p. Inquiens, *Ius gentium eſt ſedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes; &c.* hęc tamen ſunt effectus iuris, non ipſum ius. Ita Vlp. in l. p. ff. depo. Depoſitum eſt, quod custodiendum alicui datum eſt, contractum diffiuit ex re, quę in contractus deducitur.

QVAE SPONTE VEL IGNORANTIA.

17 Videtur † quilibet ignoranter delinquere, quoniam iuxta illud Horatianum Decipitur ſpecie recti, & errantis nullus eſt conſenſus, l. 2. ff. de iudic. Et voluntas quidem fertur in bonum verum, ſed hoc abſolutè quidem, vt Ariſt. placet tertio Eth.

18 c. 4. Sed ignorantia multiplex. † Alia eius, quod expedit, & conducit, alia vniuerſalis, vtraq; ignoratio non inuoluntarij cauſſa eſt, ſed prauitatis ſpontaneę, cùm ob eam homines vituperentur, Idem libro 3. c. p. Alioqui nemo ſponte improbus eſſet, quod eſt falſum, vt pereundem d. libro, c. 5. Alia eſt ignorantia particularium, & circumſtantiarum, eaq; neq; ſemper excuſat, neq; ſemper coercetur. Sponte autem fieri videtur ex eiuſdem ſententia, cuius principium eſt in eo, qui agit particularia cognoſcente in quibus actio conſiſtit. Ex ijs, verò, qui ignorantia delinquunt, quidam delinquunt inuiti, quidam ignorantes, non tamen inuiti. Inuiti ſimul, ac ignorantes ſunt in ea actione, quæ dolorem, ac pęnitentiam affert. Qui enim factum minime ęgre fert, neq; inuitus cum non doleat, neq; ſpõte quod ignorauit egit, & hic dicitur nõ ſponte agere, aut ignoranter agere. & ad hanc forte ignorantiam reſpexit Papinianus quæ punibilis eſt. Coerceri meritò voluit ignorantes, non au

19 tem inuitos. Inuiti. n. † neq; delinquunt neq; quiſquam inuitus redditur iniuſtus, quia neq; inuitus iuſtus efficitur. legis ergo eſt coercere ſpontaneos, & ignorantes delinquentes; & ignorantes non omnes, ſed eos, qui non ſunt inuiti, cuiuſmodi cenſentur, qui non ægreſerunt quod egerunt, qui ſibi ſuę ignoran-

tiæ

tię cauſſam ſuppeditarūt, qui per negligentiam ignorantes ſunt
20 Ita Ariſt. c. p. d. lib. 3. Nam † & qui de facili potuit fieri cer
tior, pro ſciente habetur, l. ſi duo, & ibi gl. ff. de acqui. hęredi
tat. Dec. in l. quandiu num. 13. C. qui admitti. Aymon. conſ.
225.nu.4. Quęſtiones quędam excitantur a noſtris, quę minus
ad legiſlatorem pertinent, quas in huius legis repetitione tracta
21 bo. Ea præſentis eſt indaginis, An valeat † ſtatutum, ne igno-
rantia poſsit allegari. Bal. nu. 6. ait valere per l. diuus. ff. de
falſ. ibi *& ne vel his venia detur, qui ſe ignoraſſe edicti ſeuerita-
tem prætendant*. Sed ego contra; nam, & in ea ſpecie ob ſolam
ignorantiam parcitur militibus. l. quod adhibitus. C. de ijs, qui
ſibi ab ſcrib. & in l. diuus non tam prohibitionem edicti, quam
eius ſeueritatem ignorare prętendebant; & ita loquitur de igno
rantia pænę non prohibitionis. Qui ergo peccat in legem, tene
tur, etiamſi pœnas legis ignoret, non facit contra legem. Sta-
tuere autem ne ignorantia excuſet, vel allegari queat eſt decer-
nere aliquando eum, qui inuite agit delinquere, & ita aliquem
inuitum improbum fieri, quod eſt abſurdum, & ab omni lege
22 debet abeſſe. Sic ergo † erit temperandum tale ſtatutum, ne
ignorantię allegatio admittatur, quaſi in omnibus pręſumptio-
nem ſcientię inducat, niſi in cōtinenti offeratur probatio iuxta
ſenſum glo. in l. 3. C. de his, qui ſibi adſcr. Alioquin nec va-
lere poterit, velut iniuſtum, nec iuſdicens, aliter interpretari,
23 aut obſeruari debebit Ex quibus conſtat † & ſi clauſula decre
ti irritantis ſoleat ligare ignorantes. c. ſi eo tempore, & ibi gl.
de elect. in 6. nam in hoc ęquiparatur ſententię. c. p.u. Adijcie
batur de conceſ. præben. in 6. eam nihil vltra operari, quam
quod irritum ſit quod in contrarium fit etiam ſi fiat ab ignoran-
te, non tamen vt is puniri poſsit, quia fecerit contra legem, nā
a pœna rectè excuſatur propter ignorantiam, quoniam ea cum
faciat illum eſſe ſine culpa operatur, etiam vt eſſe debeat ſine
pęna, c. ſi beneficia, & ibi gl. de pręb. in 6. vbi etiam notat
Anch. 2. not. Fely. in c. 2. nu. 7. de conſt.

COMMVNIS REIPVBLICAE SPONSIO.

24 Eſt quędam ſponſio ciuium interſę, † quę curat eos bonos ef-
ficere, non tamen efficit. Et qua ratione, qui pro tregua ſpon

dent

dent, vel de non offendendo, non tamen iuſtum faciunt pro quo ſpondent, ſed fracta fide pecunia emendant iniuriam, ita lex coercet iniuſtos datis iudicijs Baro hic, & cõmunis eſt ſponſio, ſicut & commune præceptum. Neq; enim lex erit, niſi liget omneis, neq; ligabit omneis, niſi omnes ſpondeant. Leges ſub Rege latæ ex lege Regia hanc ſponſionem continent, qua populus transferens omnem in Regem poteſtatem etiam ſpopondit ſe leges ab eo ferendas ſeruaturum, §. ſed quod Principi, inſt. de iure nat. gen. & ciu. Ante quidem lex erat, quod Populus Romanus Senatorio Magiſtratu interrogante veluti Conſule conſtituebat, ea conſtitutio communem omniũ ſponſionem continebat. Hanc, Baldus (vt adnotaui) formam legis cenſet. Et profecto nihil aliud eſt præter legem, quod hac ſponſione conſiſtat.

In L. 2.

1 *Diffinitio legis ex Demoſthene Oratoria eſt.*
2 *Lex an ſit poſita iuſtis.*
3 *Princeps legibus ſolutus eſt.*
4 *Quod verum eſt coactiue, non directiue ex ſententia Diui Thomæ.*
5 *An lex humana obliget in foro conſcientiæ.*
6 *Leges humanæ ſæpe vitioſæ.*
7 *Opinio affirmatiua, quod lex obliget, comprobatur.*
8 *Et obligat Principem.*
9 *Varia recenſentur, ob quæ legi obediendum eſt.*
10 *Ignorantia pro improbitate à Platone vſurpata.*
11 *Dictio Maxime ſignificat maioritatem rationis.*
12 *Animalia bruta iuris expertia non tantum rationis.*
13 *Non voluntarium quaſi ignoratum, non quaſi inuitum vſurpatur in hac lege.*
14 *Diſtrictuales an ſubijciantur legibus ciuitatis. Et an alieni territorij gentes.*
15 *Legem, non hominem dominari oportet.*
16 *Legem rerum diuinarum reginam eſſe, quomodo accipiendum.*

17 *Malos & bonos ſubijci legi, diuerſa tamen ratione.*
18 *Regulæ diffinitio ex Accurſio.*
19 *Alia eiuſdem diffinitio ſecundùm acceptionem diuerſam, ſed huic legi magis congruentem.*
20 *Accursij error de animali natura ciuili.*
21 *Ciuilis diſciplina arti medicæ proportione reſpondet. Chryſippi diffinitio & ciuilem & naturalem legem comprehendit.*

L. II. Martianus libro I. Inſtitutionum.

NAM & Demoſthenes orator ſic definit. Lex eſt, cui omnes homines decet obedire cum propter multa & varia, tum maxime quia omnis lex eſt inuentio quædam, & donum Dei: decretum autem hominum ſapientum: correctio autem voluntariorum, & non voluntariorum peccatorum: ciuitatis autem compoſitio communis, ſecundùm quam omneis decet viuere, qui in ciuitate ſunt. Sed & Philoſophus ſummus Stoicæ Sapientiæ Chryſippus ſic incipit librum, quem fecit, lex eſt omnium diuinarum & humanarum rerum regina, oportet autem eam etiam præſidere & bonis & malis, & principem & ducem eſſe, & ſecundùm hoc regulam iuſtorum

rum

rum & iniuſtorum, & eorum, quæ natura ciuilia ſunt animantia, præceptrix quidem faciendorum, prohibitrix autem non faciendorum.

1 DEFINITIO hæc Demoſthenis, vt Egu. Baro ait, † verè oratoria eſt, in quam ornandæ rei gratia multa conie-cit ad explicandam vim legis non vſquequaq; neceſſaria. Sed vtile eſt populo exhiberi legem tanquam aliquid ſanctum, & prope diuinum, vt quicquid aduerſus legem ſit, id aduerſus fas & religionem eſſe intelligatur. Hęc, vel ſimilia, vt vera ſunt, ſic quoq; ad perſuadendum videntur aptiſsima. Demoſthenis hiſtoriam ornatè admodùm Coraſius retulit.

CVI OMNES HOMINES OBEDIRE DECET. Hinc duo licet adnotare. Alterum, quod homines omnes; alterum, quod ſolos homines decet obedire: quo argumento excluduntur animalia rationis expertia, quod & inferius apparebit. Ex primo conſequitur, leges iuſtis & iniuſtis hominibus poſitas eſſe, oportet enim, vt infra, hac ipſa lege eam præſi-
2 dere bonis & malis. At † iuſtis non videtur eſſe lex poſita, vt ſcribit Paulus ad Thimot. Epiſt. p. Verum illud intelligi debet vt iuſtus non ſubijciatur legi coactus, ſed ſua ſponte. Decet igitur omneis obedire, & iuſti quidem voluntariè obediunt,
3 improbi autem coguntur obedire. Sed amplius princeps † legibus ſolutus eſt, l. princeps, infra eodē, ergo nō omnes, & quidem vniuerſalis affirmatiua in vno falſa, in totum vitiatur, l. ſi is qui ducenta. §. p. ff. de rebus dub. Reſpondeo, principem velle nihilominus viuere ſub lege, l. digna vox, C. de legibus. Salyc. & alij ibi dicunt de honeſtate, & non de neceſsitate teneri.
4 Diuus Thom. † ſuper pr. 2. q. 96. art. 5. diſtinguens ait. Principem coactiue non ſubijci legi, quia ſupra legem eſt, ſed directiue ſubiectū eſſe. Quatenus lex regula quędam eſt, dirigit, & non poteſt Prrnceps hanc vim legis directiuam non ſentire; & quanquam non ſit reus violatæ legis, non ſeruando illam; eſt ta-

men reus violati iuris naturalis. ſecundum quod quælibet pars
ſuo toti reſpondere debet. Et ideo videri poteſt ſubiectus in
foro fori, iure cuius audit intus repugnare conſcientiam.
Quod eatenus verum eſſe poterit, quatenus lex humana obli-
5 get in foro conſcientię, de quo dubitari poteſt †: Primumqui
inferior in ſuperiorem imperium non habet, cùm neque par ha
beat imparem, l. ille a quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell. ergo
lex humana non poterit de conſcientia iudicium ſtatuere, quo
niam eius iudicium diuinum eſt. Secundò hæ leges humanę
6 † ſæpius vitium continent, l. maximum vitium, C. de lib. præſt.
ſæpe durę ſunt, l. proſpexit, ff. qui, & a quib. ſępe inuidæ, &
inhumanę, inſt. de leg, fuſ. Canin. Aliquando captioſę, §. ſed
quia, inſt. de fid. hęred. quę certè in foro conſcientiæ, qui ma-
7 lum omne abhorret, ligare non queunt. Contrarium † ſentit
hic Martianus, dum ait, quod ei omneis homineis decet obedi
re. Confirmatur hoc argumento quod cùm lex recta ratio ſit
& eatenus lex, quatenus rectitudine rationis informatur, non
poteſt quis à lege recedere, quin & idem a rectitudine rationis
recedat, & rationis dictamine contempto in obliquum flecta-
tur, & ideo huius ſaltem culpę reum eſſe oporteat. Sed aper-
tius probatur ſecundum illud Prouerb. 3. *per me reges regnant,*
& legum conditores iuſta decernunt. Ex quo ſoluitur ſecundũ
argumentum, quod cum lex iniuſta, nec lex quidem ſit, dum di
cimus, legem humanam obligare in foro conſcientię, dicimus
legem iuſtam. Quę deriuatur a lege æterna, quo ordine primo
libro explicatum eſt, & quat nus ab ea deriuatur, ducit ab ea-
dem vim hanc obligandi in foro conſcientię. Ad primum re-
ſponderi poteſt iuxta illud Appoſtoli ad Romanos. *Omnis po*
teſtas humana a Deo eſt. Quamobrẽ Iuſtinianus, inſt. in Proem.
in §. p. & in §. cumq; hoc & alibi ſępe omnia retulit in Deum.
Et ideo qui poteſtati reſiſtit. iuſte dominanti, & imperanti, Dei
ordinationi videtur aduerſari, quo nomine reus eſt in conſcien
tia ſua. Tum etiam ex Martiano hic reſpõdere poſſumus, quod
quatenus omnis lex eſt inuentio quędam, & donum Dei, hoc
etiam nomine obligat in foro prędicto. Qua ratione neq; Prin
8 cipi † eam negligere fas eſt, quoniam eiuſdem legis ab ęterna de
riuatione ſaltem ſubijcitur quoquomo do, vt eam vim ſine cul-
pa

pa non queat effugege. Sed & de eadem re plura dicemus infra in l. Princeps, velut congrentiori loco.

CVM PROPTER MVLTA ET VARIA. Multa
ſunt, quoniam vero omnia conſonant, nec mirum eſt, ſi multa
ſint, quęad id impellant; nam ad multa bonum eſt obedire le-
9 gi. Varia † ex diuerſis reſpectibus oriuntur. Primum quia, cũ
lex pręceptum commune ſit, vt l. proxima; fruſtra pręciperet,
ſi nullus obediret. Ea propter Ariſt. lib. 4. Polyt. c. 3. inquit.
*Habere autem leges bonas non id eſt, ſi rectè poſitæ ſint, nec eis
pareatur.* itaque vna rectè legum inſtitutio putanda eſt legibus
parere, altera, vt rectè ſint leges poſitę, quibus parere oporteat
& cum ſponſio totius Reipublicę ſit, turpe eſt & flagitioſum fi-
dem fallere, l. p. ff. de conſt. pec. Accedat, quod cùm lex præe-
lecta ſit, vt ait Ariſt. p. Rhet. *nocere, & flagitium committere
contra legem, vitium, & incontinentia eſt;* tum nulla daretur
diſtinctio bene, aut malè viuendi, & ſi quiſq; ſuo viueret arbi
trio; & vt ait Plato. 4. de legibus, facilè ciuitates omnes laſci-
uia & iniuſtitia replerentur, Denique lex, vt Tullius probat
3. de legib. *imperium quoddam eſt, ſine quo nec domus vlla, nec
ciuitas, nec gens, nec hominum, vniuerſum genus ſtare, nec re
rum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt,* vt meritò Idem Pla
to 3. de legibus dixerit legibus non parere pernicioſiſsimã igno
10 rantiam eſſe quæ certè † eo loci nihil aliud Platoni eſt, quàm
improbitas ipſa.

TVM MAXIME. Maxime legi obediendum eſt, quia
omnis lex eſt inuentio quædam, & donum Dei. Dictio eiuſ-
11 modi maioritatem rationis ſignificat. † glo. in l. illud. ff. Ad
leg. Aquil, Maior. ratio eſt ratio finalis non impulſiua, quoniã
magis illa vrget, quàm iſta, nam hęc remota eſt; illa verò pro
xima Bart. in l. demonſtratio. § quod autem. ff. de cond. & de
monſtr. Hæc igitur ratio cęteris multis, ac varijs potior erit.
12 Ob † id animalia bruta eximuntur a notione iuris etiam natura
lis contra Vlp. Placitum in l. p. §. huius ſtudij ſup. de iuſt. &
iur. & Iuſtin. inſt. de iu. nat. & gen. & ciu. quoniam (vt ait Tul
lius p. de legibus *ex tot generibus nullum eſt animal præter ho*

minem

minem, quòd habeat notitiam aliquam Dei. Qui autem legem prȩeſſe iubent, videntur iubere Deum prȩeſſe, & leges. Ariſt. lib. 3. Polyt. c. 12. Inuentionem Dei eſſe probarunt legumlatores omnes. Nam Mercurius Termaximus, qui Aegiptijs leges tradidit eas, in Mercurium Minos, qui Cretenſibus; in Iouem Dragon, & Solon in Mineruam retulere; Charondas, qui Carthaginenſibus à Saturno accepiſſe fatetur. Plato nunc Ioui, nunc Apollini acceptas ferre videtur. Quas relationes nemo quaſi penitus fabuloſas contempſerit. Legiſlatori opus eſt Sapientia, & huic adiuncta eſt contemplatio, am plius indiget iuſtitia poteſtate, eloquentia. Hȩc per Mineruam Saturnum, Apollinem, Iouem, Mercurium, ſignificantur. Moyſes, qui Iudeis lege dedit, in Deum verum retulit, qui velut maximus & optimus nobis hæc omnia præſtat, In quem non relata lex ſimilis erit, vt aliquando Firmianus dixit de vero cultu, c. 9. humano corpori caput non habenti, in quo tamet ſi membra omnia locis ſuis conſtent & figura, & habitudine, tamen quoniam de eſt id quod eſt omnium principale, & vita & omni ſenſu caret. Hac ipſa ratione quis meritò nos ſacerdotes iuris appellat authore Vlp. in l. p. ff. de iuſt. & iu. Cuſtodimus etenim id, quod verè donum Dei eſt.

DECRETVM HOMINVM SAPIENTVM. Tum etiam virorum prudentũ conſultum dicta lex eſt, Si con iungimus hȩc duo, quod ante dixi, aſſequi videmur Sapientiam & Prudentiam principes facultates legi inſitas eſſe.

VOLVNTARIORVM, Et non voluntariorum peccatorum. correctio lex dicitur, queadmodum coercitio eorum,
13 qui ſponte, vel ignorantia delinqunt. Non † voluntarium hic quaſi ignoratum, non quaſi inuitum, velut medium, inter volũ tarium & iniuſtum ponitur.

CIVITATIS autem compoſitio communis. Componit lex, dum ligat, ligat enim omnes, eoſq; dum ligat, ſub ſe ſi mul etiam ponit. Quatenus eſt ſponſio totius Reipublicæ, eiuſdem etiam eſt compoſitio.

QVI

14 *QVI IN CIVITATE SVNT*. An eos, qui † ſunt extra ciuitatem, decet non viuere ſecundùm leges, vel indecorum non eſt ita non viuere? Diſtrictuales etiam ſecundùm hanc legem viuere debent; quaſi pars ciuitatis eiuſdem territorium vſurpatur: eſt enim ciuitati connexum, & de connexis idem eſt iudicium, l. eum actum. v. plane. ff. de neg. geſt. & tanquam connexi diſtrictuales in ciuitate videntur eſſe, & ita ceſſat obiectio. Simul verò conſequitur, vt Coras. not. eos, qui ſunt extra territorium, quia nullo modo in ciuitate ſunt, eiuſdem legibus non allegari. l. p. ff. de tut. & cur.

STOICAE SAPIENTIAE, Late admodum de Stoicis, & eorũ Sapientia tractat Coraſius, ad quẽ alios refero.

LEX EST, Hæc Chryſippi diffinitio ſignificat, legem,
15 †, non hominem dominari oportere quatenus legem reginam eſſe ait, ea quidem regit, non regitur ab homine, citòq; peritura illa ciuitas eſt, quæ ſibi ſubijcit legem, non autem ſe ſubijcit legi. Regimen hoc ad vim directiuam referendum eſt, quo nomine obligat in foro fori. Sed quomodo lex eſt rerum diuina-
16 rum, regina. † Si de lege ipſi Deo coæterna Chryſippus intellexiſſet, quæ ratio quędam eſt diuinæ ſapientię mouentis omnia ad ſuum finem, id verum eſſet abſolute, quaſi legem illam diffiniſſet, vnde cęteræ deriuantur omnes. Alioqui rerum diuinarum interpretari fas erit, ideſt ad diuina pertinentium. Quomodo enim deceat hominem ſe habere tam in diuinis, quàm in humanis regina lex imperat. Ideò erga Deum religio a lege eſt, l. 2. ff. de iuſt. & iur. Sic multa ciuili lege prodita ſunt, quę res diuinas attingunt, vt in tit. C. de ſum. Trinit. de Sacroſ. Eccl. De Epiſc. & cler. De hæret. & Manich.

17 *BONIS ET MALIS*. Mali † quidem ſubijciuntur legi, vt coactum cogenti. Boni non hoc modo, ipſi enim ſibi ſunt lex. Sed vt regulatum ſubijcitur ſuę regulæ. Lex autem dum vtriſq; pręeſt ſecundùm iuſtitiam diſtributiuam pęnas, pręmiaq; decernit Accurſius hic. Sed & officia commutatiuę iuſtitiæ etiam adimplet ſic. itaq; pręeſt, vt iuſtitiam omnem

tueatur

tueatur, dum pacta, conuentiones, & ita denique commercia omnia fouet. Præeſt ergo in omnibus, non in præmijs, pœniſue duntaxat. Sic legislatorem omnibus præeſſe oportet, quod ſig. Iuſtin. Auth. de hæred. & falſ. in principio, inquiens *occupatis nobis circa totius Reipublicæ curas*. Rectè totius inquit, quia partem agnoſcere, partem deſerere eſt ſcindere actũ contra naturam, l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. Et publicę & priuatæ vtilitatis rationem habere oportet in legibus condendis, l. p. §. huius, ff. de iuſt. & iur. & rei militaris & totius diſciplinæ ciuilis, inſt. in proemio, & ita omnibus pręeſſe.

DVCEM, quia ducit ad bonum, Accurſius hic, eſt autem hoc bonum commune, quod in ſummum bonum dirigitur.

18 *REGVLAM ESSE*. Quatenus † Accurſius regulam diffinit eſſe compendioſam doctrinam, vel vnius caſus, vel plurium, in quibus eadem ratio vertitur; vel accipit pro eo, quod rem quę eſt, breuiter enarret, l. p. ff. de reg. iur. minus rectè Chryſippi mentem videtur accipere, Rectius ex c. regula diſt.
19 3. regula dicitur hic †; quę rectè ducat, nec aliquem aliorſum trahat; vel quaſi regat, & normam rectè beneq; viuendi præbeat, & diſtortum prauumq; corrigat, & emendet, & hoc ſenſu regula nunquam fallit, ſed eſt lex quędam abſoluta, quæ ſuas exceptiones includit, vt ibi glo. Superiori modo regula ex iure deſcendit, & ex iure, quod eſt regula, fit d. l. p. Poſteriori autem ex regula eiuſmodi, quaſi lege quadam abſoluta alię leges deſumuntur. Sic Tullius p. de legibus dum ait, *ea eſt enim naturæ vis, ea mens, ratiòq; prudendis iuris atq; iniuriæ regula*. eodem ſenſu nomen hoc vſurpat.

INIVSTORVM. Sic ipſa iuriſprudentia eſt iuſti, atque iniuſti ſcientia; illud, vt cuſtodiri faciat; hoc noſſe debet, vt quatenus poſsit, emendet, ſiue puniat,

NATVRA CIVILIA ſunt. Notat Accurſius, &
20 † male duas hic ſpecies contrarias ſignificari, aut coęquales naturale, & ciuile. At Chryſippus aliud ſentit, videlicet, ho
minem

minem natura eſſe animal ciuile ſociabile, hinc ſolus mundi ciuis nuncupari meretur, cùm ſolus ciuilis diſciplinæ ſit compos. Videtur autem id eſſe naturale in homine, quod omnibus accidit, multoq; magis, quod ſolis hominibus accidit. Ciuilis ſcié
21 tia † proportione quadam arti medicę reſpondet, hęc corporis ægri, illa animi curam ſuſcipiunt, & medelas afferunt. Vt igitur ſolus homo animi morbis affici valet, ita ſolus ciuilis ſcié tię notione, ac medicina reſtitui poteſt. Actiones prout à virtute vitijſq; prodire quęunt, ad ciuilem inſpectionem pertinent. Hæ verò à ſolis hominibus prodire poſſunt. Lex meritò ciuilium duntaxat animantium eſt regula. Quod ſequitur vim pręceptiuam ſignificat ſuperius explicatam. Sed prætereũ
22 dum non eſt, hanc Chryſippi † diffinitionem ciuilem ſimul, & naturalem legem comprehendere, & quod ex vtraq; conſurgit abſolutum, ac perfectum, illam verò Demoſthenis magis ad ciuilem legem eſſe referendam.

In L. 3.

1 *An ijs quattuor legibus ſequentibus aliqua inculcatio, vel ſuperfluum inſit.*
2 *In iure nihil debet eſſe ſuperfluum.*
3 *Superfluum quid ſit.*
4 *Duo ſunt Pomponij pronunciata in hac lege.*
5 *Inopinatorum quare non ſit lex.*
6 *Quæ accidunt, vt plurimum redolent naturam vniuerſalium.*
7 *In iuſto, & iniuſto conſtituendis maxima differentia, maximus item error.*

L. III. Pomponius lib. 25. Ad Sabinũ.

IVRA conſtitui oportet, vt dicit Theophraſtus, in ijs, quæ vt plurimum accidunt, non quæ inopinatè.

IVRA. Diffinita lege eiuſdem conſtituendę loci, & argu-
menta proponuntur, ad quæ potiſsimum legumlatori reſpi
1 ciendum eſt. Sunt, qui putent †, hanc cum legibus ſequenti-
bus inculcatam eſſe, et in ijs quattuor legibus eiuſdem rei ſu-
peruacaneam quandam contineri repetionem. Mihi contrariũ
affirmare verius & honeſtius videtur. Nam Iuſtinianus decre
2 uit nihil adijci ſuperfluum † l. vni, §. quibus. C. de nouo Cod.
faciendo, ex quo deſumit Bart. in l. Si conſtante, nu. 6. ff. Solu.
matrim. quod in iure noſtro nihil debet eſſe ſuperfluũ. Cumq;
3 ea ſuperflua cenſenda ſint † quorum exprimendorum nulla eſt
nec ratio, nec vtilitas, & vt Fabio placet lib. 3. c. 3. *Verbum
omne quod neq; intellectum adiuuat, neque ornatum vitioſum di
ci ſolet.* Planè ex ipſis commentarijs liquidò conſtabit Pom-
ponium, Celſum, & Paulũ idem certè ſentire, ſed circa idem
non eadem, ſed planè diuerſa pronũciare. Duo ſunt Pompo-
4 nij pronunciata †: alterum affirmatiuum, nempe iura conſtitui
in ijs, quæ vtplurimũ accidunt: alterum negatiuum, ideſt mi-
nimè conſtitui in ijs, quę inopinato eueniunt. Primi Capitis
5 ratio multiplex afferri poteſt †: Prima ſumatur ex fine legis,
quem commune bonũ eſſe ſecundo libro explicatũ eſt. Hoc
autem refertur ad omnes non ad ſingulos. Alia ſumi poteſt,
quo lex magis ſit certa, nam cùm de ſingularibus nulla ſit ſcien
6 tia, quæ † vtplurimum accidunt, redolent naturam vniuerſa-
lium aliquo modo, cùm *vniuerſale ſit, quod in pluribus prædi-
cari natum eſt* Ariſt. lib. p. de interpr. c. 5. & ideo Idem lib. 5.
Eth. c. 10. affirmat, quod hic tradit Pomponius, dicens, *lex
id ſumit, quod vtplurimum fit*. Nam hac ratione in vniuerſum
edicitur. Etenim legiſlatoris iudicium vt p. Reth. c. 1. idem
explicat, *non de ſingulis, nec de præſentibus ſed de vniuerſali-
bus, & de futuris eſt*. Profectò quæ, vtplurimum contingũt,
pro vniuerſalibus accipit eo loci, quod ex ijs lex conſtituatur
vniuerſalis. Hinc inter argumenta topica illud non immeritò
relatum eſt, quod ſumitur à communiter accidentibus. De
quo dicemus in l. nam ad ea. Rurſus ſancitur lex, vt longo tẽ
pore duret, nam quę breui labuntur interuallo contemptum pa-
riunt legiſlatoris. Neque vrò perpetua lex eſſe poteſt, niſi non
ijs conſtituatur, quę communiter accidere ſolent. Dormirẽt

enim

enim leges caſibus inopinatis poſitę, & eorum contingentiam expectantes obſoleſcerent. Amplius cùm regula ſit, vt.l. pręced. menſura quędam humanarum actionum. Regula, & menſura non ſunt pro ſingularibus, ſed quęque regula, vel menſura plurimum debet eſſe regula, vel menſura, non vnius tantùm. Vt verò conſtituamus id, quod vtplurimum ſolet accidere non tantùm præſentis, ſed pręteriti; & futuri temporis oportet habere rationem, non Pauli & Sempronij, ſed vninerſorum. Tunc enim in communi lex lata videbitur, cum multis caſibus, multiſq; perſonis, & earum qualitatibus, tum & multis temporibus poterit inſeruire. Alioquin neq; commune præceptum lex eſſet. Alterum caput huius legis reijcit rationem eorum, quæ inopinato eueniunt. Et quidem iuſtum †, &
7 iniuſtum, de quibus legiſlator conſiderat tantam differentiam, tantumq; errorem in ſe habent, vt ait Ariſt.p.Ethyc.c.3. vt magis lege quàm natura conſiſtant, ac ideo tanquam poſitiua plurimum ab opinione dependeant, & idem lib. p. Elench.c. 12. opinionem multitudinis legem eſſe dixit. Quo fit, vt ſit pręter omnem rationem, vt opinari debeat legiſlator id quod eſt inopinabile. Meritò etiamſi Lazarus reſurrexerit, nulla lex ſancitur de mortuis ex miraculo reſurgentibus; neq; caſus Lazari quenquam legiſlatorem mouere debuit, quoniam non tam rarus, quam etiam inopinatus dici potuit. Et quia ſemel acciderit; non tamen opinatur, quod iterum accidat. Inopinabilia enim ſecundùm naturam cogitare non poſſumus.glo.in.§. & hęc dicimus, Auth. Vt qui oblig. ſe hab. res min. Quare de aqua pluuia arcenda prætor edixit, non de lacte, ſanguine carne, & lapidius pluuijs, quamuis hæc omnia è cęlo cecidiſſe memoria hominum extet; vt ex Plinio, lib.2. c.55.& 58. Coras. deducit.

In L. 4.

1 *Inopinatum diſtinguitur ab eo, quod vno aliquo caſu poteſt accidere.*
2 *Dubitatur an de ſingulis poſsit fieri lex.*
3 *Regulariter ex caſu ſingulari non infertur ad vniuerſalę bonũ.*
4 *L. ſed & ſi, §. vlt. ff. de iudicijs declaratur.*

5 *Bartoli error ad eam.l. reprehenditur.*
6 *Si ſciri poſſet, quid futurum eſſet, ſequeremur, quod certius eſſet, non quod frequentius.*
7 *L. ſi maior, C. de leg. hæred. expenditur.*
8 *Socc. conſ. 126. vol. 3. declaratur.*
9 *Differt, an lex feratur in formam legis, vel quod emanans in formam reſcripti tranſeat in legem.*
10 *Caſus ſingulares ad iudicem pertinent.*
11 *§. Inſula, inſt. de rerum diuiſione declaratur.*
12 *Chriſtoph. Port. & Decij ad eum ſententia refellitur.*
13 *Celſus hic non loquitur de ijs, quæ ex miraculo accidunt.*

L. IIII. Celſus, Libro 5. Digeſtorum.

EX iis, quæ fortè vno aliquo caſu accidere poſſunt, iura non conſtituuntur.

EX IIS. Aliud eſt inopinatum, aliud eſt, quod forte vno aliquo caſu poteſt accidere. Legiſlator poterit opinari de hoc, non de illo. Amplius Pomponius inopinata reijcit tanquam præterita. Quia tanquam futura non poterit de ijs opinari. Velut ſtante Lazari reſurrectione, an legiſlator in futurum conſtituet legem ſuper eiuſmodi caſu, ſi denuo contingeret. Contigit preter opinionem ad eo, vt nec opinetur, quod
1 iterum cōtingat. At Celſus † reuocat legiſlatorem non ab inopinatis, ſed alijs, quę vno aliquo caſu accidere queunt. Ex ijs, quę ſe offerunt legiſlatori quedam videt, vt plurimum accidere poſſe, quędam vno aliquo caſu, cùm tamen nullum horum ſit inopinatum. Liquent ex Pomponio duo, & ad ea quę vt plurimum eueniunt reſpicere debere & minime debere ad ea, quę inopinato, de ijs, quę vno aliquo caſu accidere poſsūt, nō liquet adhuc, niſi quis colligat ab oppoſitis ratione aliquo modo. Nam & cōtingens vt plurimū, & contingens vt rarò ſunt aliquo mo-
2 do oppoſita. Sed refragari videbantur † & Philoſophorum placita, & iuriſconſultorum exempla. Nam Ariſt. 5. Ethyc. c. 7. ait & de ſingulis ſanciri legem, vt Braxidę ſacra facere. Si

do

de ſingulis, ergo & de ijs, quę vno aliquo caſu accidunt. ſed leges poſſunt in gratiam ſingularis perſonę ferri, vt ſunt leges feſtorum, quę in honorem Sacrę Virginis, aliorùmq; Sanctorum habentur; nam iſtę etiam in communi omni populo indicuntur, & in ſummum bonũ tendunt pręuio religionis cultu. Hinc infero etiam in ſingulari caſu, ſi poſsit boni publici rationē continere, legem ferendam eſſe. Verum quia regulariter non ita
3 ſe habet, & ex ſingulari caſu inferamus † ad vniuerſale bonum; ideò regulare etiam erit, ne in ijs, quę vno aliquo caſu accidũt, feratur lex; ne remotior ſit ab eo, in quem inſtituitur finem. Obijcit Accurſius varia iuris exempla. Primum de C. ſed & ſi
4 §. vlt. † ff. de iudic. vbi cum frequentius accidat, mulieres pręgnantes vnum parere, & vno aliquo caſu accidat, vt aliqua tres pariat filios, agitur ad quartam quaſi tres naſci potuerint. Cuius rei Sabinius & Caſsius eam ſubijciunt rationem, *quod rerum natura intuenda minime ſit, ſed tantum inſcitia noſtra aſpi-*
5 *ci debeat*. Notat ibi Bart. † & malè, quod in ventre in dubio tres eſſe pręſumuntur, quaſi hoc pręſumere audeat iuriſconſultus, quod ſe ignorare fatetur. Aut aliquod ita pręſumendi ſibi poſsit argumentum occurrere, cùm à communiter accidentibus vnum duntaxat naſciturum eſſe pręſumere deberet. Sed illa potius, quam lex, eſt quædam ſuſpenſio legis, quoniam aliquot menſium dilatio filio nocitura non ſit, qua expectata certum ſibi ius ſtatuet ex partu. Et niſi tempus partus expectari non ſine magno incommodo poſſet; ſequeretur lex, quod eſſet frequentius; cùm poſsit expectare, ſuſpendit, ſeu reuocabiliter diſponit, vt partu aduento ſequatur, quod eſt certius.
6 Hinc adnotare licet † ſi breue temporis ſpacium poſsit oſtendere quid accidet, an quod frequentius, an quod rarò vtilius eſſe expectare, quod erit certum, alioquin amplectemur, quod eſt frequentius. Et ſane ſi quis attente legat Paulum in l. antiqui. ff. Si pars hęreditatis petatur; cognoſcet, hanc ſuſpenſionem quandam eſſe, vt libero ventri in tempus naſcendi iura integra reſeruarentur. In ipſa tamen ſuſpenſione cum & Authores tradidiſſent, & ſeptenos aliquando natos, non tamen iuriſprudentes id ſequuti ſunt, quod rarum ita eſſet, vt id quod fieri non raro admodum poſsit intuerentur. Lex tamen ipſa eſt

de eo,

de eo, quod frequenter accidit, licèt reſpiciat id, quod eſt rarū.
7 Secundo obijcitur. l. † ſi maior, C. de legit. hęred. ibi Imperator edidit legem circa mulierem quinquagennariam, quæ partum ediderit, cùm tamen & mirabilem partum, & caſum de
8 raro contingentibus eſſe fateatur. Et ideo rectè Socc. †. conſ. 126. vol. 3. reſpondit, non ob eſſe cogitationem filiorum habenti vxorem quinquagenariam, vt amittat beneficium legis ſi vnquam, C. de reu. don. quoniam cæteris circūſcriptis videtur donaſſe deſperando. Sed multū intereſt, quomodo cogitauerit, neque abſolute illius ſententia tenenda eſt; ſed quando cogitat cum deſperatione; quia probabilis eſt deſperatio. Redeo ad
9 obiectum. Multum intereſt †, an lex feratur in formam legis, vel quod emanans per viam reſcripti tranſeat in legem. Lex in formam legis hoc pacto ferri conſueuit. Qui cædem fecerit, capite plectatur, Magiſtratus non præcio creentur, iudicia iudices ne præcio vendant, vel potius vt in 12. tabulis. At quum reſcribit Princeps ad aliquorum controuerſiam & petitionem; quaſi iudex lites dirimit, & vim habet rei iudicatę, quod reſcribit. Quia tamen idem & legiſlator eſt, ideo res iudicata à Prin
10 cipe lex eſt. Sed, cùm † caſus ſingulares & præſentes ad iudicem pertineant, vel ſenatorem, vniuerſales verò, & futuri ad legiſlatorem, vt per Ariſt. p. Rhetor. c. p. additur. Princeps in ea re tanquam iudex: eius tamen ſententia tranſit in legem, quoniam vult ob futuros caſus legem eſſe, ſed vt quęſtionem dirimit præteritam ſententia magis eſt. Concluſio legis huius pertinet ad leges, quę conduntur, vt leges, non ad reſcripta, quę in legem tranſeunt; quoniam hæc emanant ſæpenumero ſuper
11 rebus ſingularibus. Tertiò obijcit † §. inſula, Inſt. de rerū diuis. vbi iuſt. ſtatuit legem de inſula in mari nata, cùm tamen raro naſci fateatur, & ita de eo legem condit, quod raro accidit. Sed ea lex non eſt propter id, quod eſt rarum, ſed propter id quod eſt frequens, quia licet inſulę rarò naſcantur, quoniam tamen natæ perpetuo durant, accidit ſuper natis ſępe dubitari;
12 Vtrunq; tamen obiectum Chriſtoph. † Poret. in d. §. inſula, & Dec. in l. ea, quę rarò. ff. de reg. iur. alia ratione tollunt, nempe diſtinguūt, an contingat naturaliter id, quod eſt rarum, an ex miraculo. Primo modo continetur ſub lege, d. l. ſi maior;

& d.

& d.§.inſula. ſecundo non ita. Sed ijs obſtat quod ſeptenos naſci naturale eſt, nec tamen lex illa ſuſpenſiua ampleξa eſt hoc rarum, d.l. antiqui. Et quinquagenariam parere ex natura eſt, & tamen reſcripto Imperatoris opus fuit, dubitantibus antiquis ne ſub lege contineretur. Sed, vt ſequenti lege oſtendam, ad iudicem pertinent, caſus rarò contingentes quaſi prętèr legem; vt eorum traditio recipi non queat ſimile eſt, vt in negotijs con trahendis non temere ea, quæ raro accidunt computentur, d.l. ea quæ raro. ff. de reg. iur. Plura hic poſt Accurſium circa Lazari reſurrectionem Noſtrates inquirunt. Sed proprium eſt iu reconſulti, non legiſlatoris in ſingulari ſpecie de iure reſponde re, vt ex Ariſt. p. Rhet. probaui. Meritò ad rem præſentem non pertinent. Sed has quæſtiones in repetitionibus amplectar. Congruentius in l. pręcedenti poterant inquirere, quę remouet inopinata.

13 *ACCIDERE.* Accurſ. † miraculoſe interpretatur, ego de his, quę naturaliter, licet raro, non de ijs, quę ex miraculo contingunt legem hanc accipiendam puto; vt diſtinguatur a ſu periori.

In L. 5.

1 *Mulieribus in ſuſcipienda filiorum tutela iuramentum non de ferri qua ratione ſtatutum.*
2 *Legiſlatòr Medico comparatur.*
3 *Reipublicæ ſanitas, & ægritudo in quibus conſiſtat.*
4 *Frequens, & rarum, vt extrema, & oppoſita conſiderantur.*
5 *In vnaquaq; re exacta tractatio exigenda eſt, quatenus rei natura patitur.*
6 *Cùm aliquid accidit præter legem, non eſt peccatum in lege, ſed in ipſa rei natura.*
7 *Argumentum à communiter accidentibus ex hac lege de ſumitur.*
8 *Dictio potius in hac lege comparationem quantam ſupponit.*

L.V. Idem Lib.17. Digeſtorum.

NAM ad ea potius debet aptari ius, quæ frequenter, & facile, quàm quæ raro accidunt.

NAM. Subijcitur eiuſmodi lex tanquam rătio præcedentis concluſionis, eſt autem in ijs verbis implicita ratio aptitudinis cuiuſdam. Debet aptari ius ad ea, quę frequenter & facilè; quaſi circa eadem magis apte ius dicatur, magis aperte propter finis aſſecutionem, cęteraſq; rationes, quas in lege. 3.
1 connumeraui. Vſurpat idem Iuſtin. dum ſtatuit † in Nouella Vt ſine prohib. matr. matres ad tutelam filiorum admitti minime delato iuramento, quod à ſecundis nuptijs abſtinebunt. Cũ etenim tale iuramentum pleręq; contemnerent, raròq; à quibuſdam ſeruaretur ad periculum periurij vitandum, quod frequenter & facilè incurrebant, præſtari vetuit, non inſpecto, quod aliquando rarò tamen obſeruatum foret, & ait ibi in. §. nam quod, *Nam quod raro ſit (quod etiam vetus ſapientia docet) non obſeruant legiſlatores, ſed & quod plerunque & reſpiciunt, & mendentur.* Qui locus aliã rationem non illepidam
2 ſuppeditat, quod inſtar medici legiſlator † ſe habeat, vt 2. libro ex Platone deduxi, Et quidem medicus ab ea potione, & cibo quę frequenter & facilè noceant, abſtineri potius iurabit, quã quod interdum minime nocitura ſint, permitterere velit, & certè in delictis coercendis medicus animorum non impropriè dici legiſlator poterit, & dum curat malis hominibus purgare ci-
3 uitatem, quod quieta †, & pacata ſit Reſpublica ſanitas ipſius eſt, quod malis hominibus abundet infirmitas, l. congruit. ff. de offic. pręſid.

4 Sunt autem frequens, † & rarum quaſi extrema quędam inuicem oppoſita in conſpectu legiſlatoris. Ita verò ſe habent actiones humanæ, vt quatenus ſub ciuili ratione ponuntur ex ijs tanquam ſingulis non colligatur abſolutũ vniuerſale. Itaq;

ſubiecta materia cogit legiſlatorem ad ea reſpicere, quę plerunque, aut rarò eueniunt, & inter hæc deliberare, cum fruſtra ſit quærere ea, quę ſemper vno modo ſe habeant. Et eruditi eſt
5 † in vnoquoq; genere exactam indagationem exquirere, quatenus rei natura patitur, Ariſt. lib. p. Ethic. c. 3. Igitur legiſlator ſumit, quod vtplurimum fit, quia nihil tale eſt, quod ſemper ita fiat. Et ſi quando aliter accidat, non ignorat quidem
6 accidere poſſe, & quod ideo peccatur, ſed peccatum † non eſt in lege, neq; in legiſlatore, ſed in ipſa rei natura. Idem Eth. lib. 5. c. 10. Quod ſi legiſlator ſecundum ea, quę communiter accidere ſolent, legem condit; rectè etiam quiuis iuriſperitus ex ijſdem ducit argumentum. Nam qua ratione nituntur leges
7 etiam argumenta conſiſtunt, Et hac ratione ex hac lege † rectè deducunt, quod valeat argumentum a communiter accidentibus, vt per Nico. Euer. in eiuſmodi loco, Aymon. conſ. 6. nu. 23. conſ. 40. nu. 2. DD. in l. neq; Natales, C. de probat. Can. in c. p. de cler. non reſid. Et ſi valet hoc argumentum in legibus condendis, valere etiam debet in legibus cōditis interpretādis. Sed huius argumēti uires proſequar in repetitione.

8 *POTIVS.* Videtur Celſus † hanc aſſertionem proferre, poſita comparatione duorum extremorum, vt in ſpecie Iuſtiniani de iuramento mulieribus deferendo, quod rarò ſeruature ſint, frequenter periurium incurrent. ſtatuit ſuper eo, quod frequenter poterit accidere, & ne iurent. Sic ſi dubitaret legiſlaror, an vtile ſit vniuerſis delationem armorum concedere; aſpiciet frequenter, & facilè euaſurum vt rixę, tumultus, & cędes oriantur, quod vitandum eſt, l. congruit, ff. de off. pręſid. raro autem, vt ijs quiſpiam vtatur cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod eſt permiſſum, l. vt vim, ff. de iuſt. & iu. Id ergo medetur, quod vtplurimum poterit accidere.

In L. 6.

Conſuetudo ex bino actu non inducitur.
2 *Neq; frequenter accidit, quod bis accidit.*
3 *Qui ad ſecūdas nuptias cōuolat, dicitur frequētāre coniugia.*

4 *Actus, qui rarò plus quàm bis fiunt, ſi bis fiant, frequenter fieri videntur.*
5 *C. ita nos xxv. q. 2. expenditur.*
6 *Ex duabus vicibus in criminibus inducitur conſuetudo, & qua ratione.*
7 *Differentia inter crimina, & negocia mere ciuilia.*
8 *Pro tertio furto fures ſuſpendi ſapienter conſtitutum.*
9 *Lectio legis huius expenditur, an habeat contemnunt, vel prætereunt.*
10 *Singulares controuerſiæ ſubiectum iudicantium, vel de iure reſpondentium non legiſlatorum exiſtimantur.*

L. VI. Paulus, Lib. 13. ad Plautium.

QVONIAM, vt ait Theophraſtus, quæ ſemel, aut bis accidunt, contemnunt legislatores.

QVONIAM. Ideo non aptantur iura ad ea, quæ per-
raro accidunt, vt Celſus proxime dixit; quoniam quę
ſemel, aut bis accidunt, contemnunt legiſlatores; & ita ſubne-
ctunt ex Paulo Compilatores rationem quandam rationis eo-
rum, quæ tradita ſunt. Hic ſane locus obijciendus foret ante
1 eorum oculos, qui vel ex bino actu † cõſuetudinem induci af-
firmant, vt fere communiter tradunt in l. de quibus, in fi. hoc
2 tit. vbi dicemus; vel quod bis factum † frequenter factum eſſe
opinati ſint, quorum Auctor eſt Accurſius in §. vltimo, Auth.
de defenſ. ciui. ſequitur glo. in c. monaſteria de vita, & hon.
cler. & vtrobiq; Doctores. Cæterum pro iis obſtant nonnul-
5 la, Primum is † frequentare coniugia dicitur, qui ad ſecundas
conuolat nuptias, c. vna tantum, diſt. 26. ibi *quomodo autem
poteſt eſſe hortator viduitatis, qui & ipſe coniungia frequētaue-
rit.* Sed ſi ex vniuerſo hominum cœtu tum virgines, tum cæ-
libes, tum vno coniugio contentos exceperis, horum reſpectu
is, qui ad ſecundas properat nuptias dicitur frequentare coniu-
gia.

gia. Tum etiam quia licet, ſecundas, tertias, quartas, vel (ſi lubet) quintas nuptias celebrari contingat, rariſsimum eſt ad has peruenire, adulteriores vero fere nunquam. Sed cum rarò ad has perueniant, frequentat nuptias, qui ſecundas affectat, pro vt in nuptijs frequentia conſiderari poteſt. Perperam ergo colligitur in vniuerſum ex bino actu frequentiam induci. Sed
4 in actibus †, qui raro pluſquàm bis iterantur, ſi bis fiant, frequenter fieri videntur quod probat hic locus.
5 Secundo obijcitur † c. ita nos xxv. q. 2. ibi *geminatam antiſtitum cædem* vſum appellat, & glo. not. duas † vices in crimi-
6 nibus inducere conſuetudinem. Sed quod inquit textus *velut vſum, conſuetudinemq; ſacrilegiam declinantes* tale quid eſt, quaſi ſtudeat Summus Pontifex ne tranſeat in vſum. Illaq; dictio *(velut)* improprietatem quandam deſignat, l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. Verba illa magis ſunt in argumentum præcautionis cuiuſdam, quam quod intelligat Summus Pontifex diffinire, an, ex bino actu inducatur vſus. Vt tamen futuris proſpiciamus, quod bis flagitioſe admiſſum erit, cũ facilè in vſum tranſire queat, eſt quaſi vſus quidam oportunè reparandum.
7 Rectè glo. hoc argumento ſtatuit differentiam † inter delicta, & negocia merè ciuilia. Nam vt citius euitentur, par eſt iterata crimina exiſtimare frequẽtia, In ciuilibus verò negocijs, quo certior ſit vſus ex pluribus vicibus inducere frequentiam. Qua ratione municipali cenſura tum Senis, tum in pleriſq; locis pro
8 tertio furto ſuſpenduntur † fures, quaſi geminatum furtum inducat frequentiam, & conſuetudinem furandi, tertiũ eundem furem famoſum conſtituat, Bal. in. l. 3. n. 5. C. de Epiſc. aud. Adhęret Gramm. decis. 48. nu. 3. hęc enim determinatio eſt publicè vtilis, quoniam à malo deterret. Cęterum frequentiam expluribus, non duabus duntaxat vicibus induci ſentit Imperator in l. p. C. quæ ſit long. conſuet. & nos ſuo loco fuſius rem hanc explicabimus.

9 *CONTEMNVNT*. Falſum mihi videtur †, quod contemnant. Nam potius eſt defectus poteſtatis, quàm voluntatis, ne omnes ſinguli caſus legibus comprehendi queant, l. non poſſunt, inf. eod. Neq; tamen contemnunt, ſed ei, qui iuriſdi

ctioni pręeſt, commodatos relinquunt. Vt verior lectio videatur pręterunt. Neq; verò accidit ex contemptu, ſed rei ſubiectę ratio id ęxpoſtulat, vt quæ rarò accidunt, pręetereant legumlatores.

LEGISLATORES Ait, non iudices, quoniam vt ſingulares controuerſias ſententijs, rebuſq; iudicatis dirimũt, ac diffiniunt, l. p. ff. de re iud. Sic tam quod ſępe, quàm quod rarò accidit, in iudicium venire cum poſsit, ſiue ſemel, ſiue bis accidat pro ſua iuriſdictione diffinire coguntur. Iureconſulti ſimiliter ſuper qualibet ſingulari ſpecie; quantum velis raro contin-
10 gat, officium eſt de iure reſpondere. Nam & † iudicantis, & conſulentis ſubiectum ſingulares controuerſię pari modo exiſtimari queunt.

In L. 7.

1 *Iſidori in c. vlt. diſt. 3. de virtute legis ſententia.*
2 *Dominici Soto ad Iſidorum explicatio relata, & confutata.*
3 *Inhibitioni permiſſio magis, quàm præceptum opponitur.*
4 *Præceptum magis ex prohibitione, quàm ex permiſsione reſultat.*
5 *De Iſidori ſententia Auctoris opinio.*
6 *Virtus apud Vlpianum quid.*
7 *Lex xij. tabularum omnes legis actus verbis imperatiuis explicabat.*
8 *Aequalitatis fruendæ gratia leges ſanciuntur, cui priuilegia contradicunt.*
9 *Legis imperantis exempla ex Accurſio referuntur.*
10 *Accurſius à Bartolo repręhenſus defenditur.*
11 *Lex prædia minorum alienari vetat.*
12 *Vetat etiam delicta patrari, ſed in ijs magis puniendi, quàm vetandi actus conſideratur.*
13 *Formas actuum, quæ iuris publici ſunt pactis priuatorum lædi lex prohibet.*
14 *Vetandi verbum ad ſimpliciter prohibita ſine pænæ adiectione referendum.*

15 *Fide-*

15 *Fideiubens pro contractu reprobato, non tenetur.*
16 *Stipulatio contra bonos mores non valet.*
17 *Captatoriæ uolun tates reprobantur.*
18 *Nullitas actus eſt pœna agentis contra legem.*
19 *Lex dupliciter aliquid fieri vetat verbis, & ſententia.*
20 *Tribus modis aliquid permitti ex glo. in c. omnis diſt. 3.*
21 *Eiuſdem glo. ſententia circa ſecundarum nuptiarum permiſſionem expenditur.*
22 *Minus malū maiori malo comparatum boni ſpeciem redolet, & contra minus bonum maiori bono comparatum redolet ſpeciem mali.*
23 *Patriæ poteſtatis in liberos ius permiſſi rationem habet.*
24 *Vtilitatis cauſa prædia minorum alienari minimè permiſſum*
25 *Permiſsi latior appellatio ad omnes pertinens.*
26 *Priuilegia militum permiſsiones ſunt.*
27 *Actus legis in puniendo ad iuſtitiam diſtributiuam reſpicit.*
28 *Rationi puniendi criminis, ratio depoſiti reſtituendi cedere cogitur.*
29 *Latrones famoſi quomodo puniendi.*
30 *Actus puniendi non alterius, quàm legis eſt.*
31 *Conſulere an legis virtus dicenda ſit.*
32 *Accurſius ſub virtute permittendi reponit.*

L. VII: Modeſtinus Lib. 1. Regularū.

L*EGIS virtus hæc eſt, imperare, vetare, permittere, punire.*

LEGIS VIRTVS Diuerſo quodam modo Iſidorus virtutem legis explicat in cap. vlt. 3. diſt. Inquiens; *Omnis † autem lex aut permittit aliquid, vt vir fortis petat præmium, aut vetat, vt ſacrarum virginum nuptias nulli petere liceat, aut punit, vt qui cædem fecerit, capite plectatur; eius enim præmio, aut pœna vita moderatur humana diuina autem præcipit, vt diliges Dominum Deum tuum.* Sot. lib. p. de iuſt.

& iu.

2 & iu.exiſtimat † Iſidorum p rmiſsi appellatione ex more Iureconſultorum præcepta comprahẽdere. Quod & ſi recte deducat ex l. leges ſacratiſsimę C. de legibus ſecundum glo. ibi in ver. *permiſſa*, ego tamen primum ſubſiſto circa gloſſatoris in-
3 terpretationem, quod inhibitioni opponatur † permiſsio magis, quam pręceptũ, quoniam ineſt pręceptũ, & inhibitioni, & ſupra in l. prima dictum eſt eſſe pręceptum negatiuum. Secundo loco alienum arbitror a ſententia Iſidori, quod Sotus ait, cum permiſsi exemplo ſatis doceat ſe non de pręcepto ſentire. Neq; verò omiſit actum pręcipiendi, ſed ſpeciatim in Deum retulit. Quod niſi feciſſet, cum lex vetare non queat,
4 quin ſaltem negatiuè pręcipiat, pręceptum † magis ex prohibitione, quàm ex permiſsione deduci deberet. Sed nonne etiam lex diuina vetat, vt ex decalogo patet; Non occides nõ furtum facies, & ſimilia. Vt legibus pareamus, lege Dei fit, & eatenus verè humana lex obligat, quatenus diuina deriuatur (de vera obligatione nunc ſentio, quę in foro poli contrahitur) & ab ea vim accipit vtiliter pręcipiendi, meritò in eam Iſidorus
5 pręcipue retulit. Sed planior explicatio † eſt, vt dicamus, ipſũ quoque Iſidorum quatuor hos actus ſimili modo explicaſſe, vt ſenſus eius ſit, omnẽ legem permittere, vetare, punire, pręcipere, diuinam verò maximè pręcipere. Qui ſenſus ne eidem Iſidoro inconſtantiam obijciamus aptior erit. Is enim in can. pręcedenti ita inquit. *Officium verò ſecularium, ſiue eccleſiaſticarum legũ eſt præcipere, quod neceſſe eſt fieri, aut prohibere quod malum eſt fieri, permittere vel licita, vt præmiũ petere, vel etiam quædam illicita, vt dare libellum repudij, ne fiant grauiora.* Non ergo potuit virtutem pręcipiendi ad diuinam legem contrahere, quam ęque ſecularium legum propriam eſſe prædixerat. Sic igitur erit Iſidorus ex toto Modeſtino conſentiens.

6 *VIRTVS* non pro vt habitus † eſt animi, ſed pro vt vigor, aut uis quędam, ſiue poteſtas, vt exponit Accurſius vſurpatur. quod abuſiue dicitur, vt Coraſius late ex Cicerone deducit. Vim ergo, & proprietatem legis hoc loco deſignat. Vnde hæc omnia prodeunt, tanquam legis actus.

IMPERARE. Adeo proprium legis eſt pręcipere, & imperare,

perare, quod modus legis dictus ſit imperatiuus, dixi in l. prima ſupra hoc tit. Et lex quidem duodecim tabularũ † hos quatuor legis actus verbis imperatiuis explicabat. Pręcipit, dum ait *quodcunque poſtremum populus iuſſit, id ius, ratumq; eſto.* Vetat iiſdem verbis caput illud legis, *Priuilegia ne irroganto,* quod piè inſtitutum impiè receſsit ab vſu. Cum enim † ęquitatis fruendæ cauſſa leges ſanciantur, quid aliud ęquitas pręſtat, quàm ęqualitatem, vt ſummi cum infimis pari iure ſine aliqua diſpenſatione retineantur, & hę leges haberentur, quæ cum omnibus ſemper vna, atq; eadem voce loquerentur. Permittit etiam, dum ait, *Vti quis legaßit rei ſuæ, ita ius eſto,* tum caput illud *Glandem ſuam in alienum fundum procidentem colligendi ius eſto.* Punit illud, *Qui falſum teſtimonium dixiſſet e ſaxo Tarpeio deijcitor.* Et certè hos actus omnes ſic exercet, vt pręcipiat in omnibus; nihil enim permitti t, quin in contrarium agi vetet, ad effectum, vt permiſſum illud ſemper ſit, & ita de ſingulis. Et huc reſpexit Papinianus, dum dixit, legem eſſe cõmune pręceptum, quia verè pręcipit in omnibus. Attamen Modeſtinus clarius omnes legis actus patefacere voluit, quod eoſdem ſingulis appellationibus diſtinguere commodius eſſet, argumento inſt. Qui. mo. teſtamenta infirm. §. hoc autem caſu. Ita accurſius hic. Eorum, quę ſpecialiter † lex pręcipere videtur idem varia ſubijcit exempla. Primum eſt lęgis Iulię in l. ſi poſtulaueris; §. quęſtioni, ff. ad leg. Iul. de adult. quę iubet, reum, reamue, & patronos eorum, & eos, qui crimen detulerunt quęſtioni intereſſe, & facultatem interrogandi patronis dat. Bart. † tum ibi, tum hic ſentit aduocatum quæſtioni intereſſe non debere, & quod ibi ait quæſtioni, interpretatur examinationi an debeat torqueri, & Accurſium reprehendit, ſed iniuria. Nam Accurſius non id pronunciat abſolute, ſed in ſpeciali caſu, nempe in quęſtione ſeruorum in cauſſa adulterij. Non ergo in omni cauſſa, nec cuiuſquam quęſtioni aduocati iubentur intereſſe. Vereor tamen, ne quod ait ibi textu. *Quæſtioni intereſſe iubentur,* intelligendum ſit, ſi velint, quaſi iudices eos vocare teneantur, quod legis initium perſuadet, ibi *ſiue ipſe voluit intereſſe, ſiue noluit, iubet iudices, æſtimari ſeruũ.* Secundum hic deducit legis pręceptum, quod ſeruos quęſtioni

ni ſubiectos publicos eſſe iubet, ne dum timent, ſe in reorum poteſtatem reuerſuros obdurent in quæſtione. Poſſunt alia afferri exempla ex lege duodecim tabularum, veluti dum filiosfamilias ſuos, & neceſſarios, ſeruos autem neceſſarios hęredes fieri iubet, ex iure Digeſtorum, vt teſtes in teſtamentis rogatos adhiberi, l. hęredes palàm, §. in teſtamentis, ff. de teſtamentis.

11 *VETARE.* Vetat lex † prędia minorum alienari ſine de-
creto, l. p. ff. de reb. eor. & C. de pręd. & ali. reb. min. Item res ec
cleſię, l. Iubemus, la. 2. C. d. Sacroſanc. Eccl. Accurſ. Sed non
tam videtur lex in ijs abſolutè vetare, quàm ſub certa forma, &
certis caſibus concedere, quanquam res Eccleſiæ Conſtantino
politanę, magis eſt, vt abſolutè alienari vetet. Vetat rurſus om
12 nia delicta, † ſed eorum reſpectu ponitur hic virtus puniendi
13 magis quam vetandi. Vetat formas † actuum a ſe excogita-
tas, & adinuentas pactis priuatorum lædi, l. 3. ff. de teſtam.
14 Et in hac lege vetare † ad ea referendum eſt quę lex vetat ſim
pliciter, non autem punit pęna, in ęre, vel corpore ſoluenda.
Nam & in ijs, quæ ſimpliciter vetat, ſi non aliam pænam, decer
nit nullitatem actus, ſi contra fiat. Quicquid enim fit reſiſten-
te lege, inutiliter fieri dicitur, vt expreſsim ad id pertinet, l. nõ
dubium, C. eodem, facit l. ſi non ſortem, vbi Bart. not. ff. de
15 cõd. indeb. & hoc nomine fideiubens † pro contractu reproba-
16 to non tenetur, l. cũ lex, ff. de fideiuſſ. Stipulatio † bonis mo-
ribus aduerſans inutiliter cõcipitur, l. ſtipulatio hoc modo cõ-
17 cepta. ff. de verborum oblig. captatorię † voluntates, quarum
conditio ad ſecretum confertur alienę voluntatis reprobantur,
l. captatorias, ff. de hęred. inſt. fundi dotalis alienatio nulla exi-
ſtimatur, toto tit. ff. de fun. dot. quoniam legiſlatori quod fieri
non vult, tantum prohibuiſſe ſufficit, vt quod contra factũ ſit,
reputetur inutile. Eſt autem nullitas hęc pęna quædam agen-
tis contra legem, cum ex prohibitione reſultat, vt docet Bal. in
19 d. l. non dubium, nu. 5. lex autem quid fieri vetat, † duplici
modo, verbis, & ſententia, ſic etiam imperat, punit, atq; per-
mittit. Non dico verbis à ſententia nudis, ſed vt ſententiam
verbis expreſſam ab ea, quæ tacitè ineſt, diſcernam.

PERMITTERE. Glo. in d. c. omni diſt. 3. tribus modis

20 dis † aliquid permitti contendit. Vno modò, quod nullo iure prohibetur vt ſecundas nuptias contrahere 31. q. p. c. hanc rationem, quia ſecundas nuptias permiſit Apoſtolus, vt euitaretur fornicatio, ſicut permiſit Moyſes libellum repudij, vt euitaretur homicidium. Ideo etiam reparandæ incontinentiæ, cauſſa, non tantum liberorum procreandorum gratia matrimonium celebratur xxxII. q. 2. §. his authoritatibus. Vereor
21 † ob id, ne genus hoc permiſsi tertio loco fuerit reponendũ, quo gloſſator ait, quod permittitur illicitum eius vitandi gratia, quod magis illicitum ſit. In ijs tamen, quæ proſus illicita ſunt regula prima eſt, non eſſe illicitum pro illicito faciendum, quoniam vtrumq; malũ nullumq; permiſſum. Altera eſt, ſi vnum ex illicitis facturus ſis, fac quod minus eſt illicitum, quę tamen neque permittit, vt facias, & ita habetur in c. 5. quod verius 33. q. 2. Tolleratur hoc, non propriè permittitur. At ſuperius nempe ſecundas nuptias habere permittitur, non tantùm tolleratur. In tertio genere ſunt meretrices in terris eccleſiæ, neq; enim permittitur fornicatio, ſed tolleratur, vt euitentur adulteria, & ſtupra. Nunquam igitur id, quod eſt abſolute malum
22 lege permittitur, ſed tolleratur quaſi minus malum, quod † reſpectu maioris aliquo modo redolet ſpeciem boni, ſicut minus bonum maiori comparatũ redolet quodam modo ſpeciem mali: & minus licitum hoc ſenſu videtur appellari illicitum, c. priuilegia 4. diſt. facit, quod tradit Caius de veneni venditione in l. quod ſæpe, §. veneni. ff. de contrahen. empt. Quoddam eſt permiſſum, quaſi relaxatio, vel indulgentia legis, vt cum Anglicis permittitur in quarta, & quinta generatione copulari, c. quædam 35. q. 3. & hanc gloſſator veram, & abſolutam permiſſionem appellat. Ego magis diſpenſationem, aut priuilegium reor, non enim generaliter, ſed ſpecialiter id permittit ſummus Pontifex. Ideo priuilegium quaſi priuatá lex cenſeri poterit.
23 Permiſsi † rationem habet iure patriæ poteſtatis filios vendere, ac diſtrahere ob ſummã egeſtatem, l. 2. C. de patr. qui fil. diſtr. & aliquando ius fuit occidere, l. in ſuis. ff. de lib. poſth. Ob æs alienum prędia minoris alienare habet eandem rationem, l. ob æs, C. de præd. men. l. magis puto, §. & magis. ff. de reb. cor.
24 Quidam vtilitatis cauſſa idquoq; permiſſum eſſe rati ſunt, ſed

falsò quidem, l. ſi fundus. eodem titulo, & recepta eſt ſententia,
in hoc diuerſam eſſe minorum, & Eccleſiæ cauſſam, vt in l. 2.
ff. de off. eius ibi Caſtr. & alij, & Dec. nu. 6. ibi de communi,
& ex cauſſa vtilitatis id fieri non poſſe tradunt, Affli. deciſ. 87.
Cupie. deciſ. 113. Rol. conſ. 7. nu. 26. vol. 3. Videamus, an per-
25 miſsũ ſit etiam quod a lege † permittitur omnibus, velut quod
nullius eſt cuique permiſſum eſt occupare, §. ferę inſt. de rer.
diuiſ. conceditur enim occupanti, & in hoc non alia virtus le-
gis elucet, non enim imperat, vetat, aut punit, & virtus legis
adeſt, ergo permittit. Alioquin enumeratio Modeſtini men-
dax dici deberet. Ex permiſsione legis eſt facere teſtamentum,
l. p. C. de ſacr. ſanc. eccl. l. 3. ff. de teſtamentis, l. ſi quando, C.
de inoff. teſt. §. diſponat Nouel. de nupt. In ijs omnibus, vbi
non punit, vetat, aut imperat. Opinor legem permittere, & ha-
bere, vel non habere contractus, l. ſicut. C. de act. & oblig. le-
gem ijſdem dare, l. contractus, ff. de reg. iur. Contrario conſen-
ſu ab ipſis abire, l. ab emptione. ff. de pact. Nouationes, accepti-
lationes, & id genus alia ex permiſsione proficiſcuntur. Ac ita
latius permiſsi nomen vſurpatur, vt omnia comprehendat, quę
26 minus propriè ad alia referri poſſunt. Multo † magis permiſ-
ſio legis eſt, quod miles poſt ſententiam poſsit opponere exce-
ptiones peremptorias, l. prima, C. de iuris, & facti ignor. cum
regulariter opponi non queãt, l. peremptorias, & ibi not. C. ſen-
tentias reſcin. non poſſ. Igitur priuilegia, & diſpenſationes
permiſsionis ſunt, ſed magis ſpecialis, Quare præmiandi actus,
quod in priuilegia pręrogatiuas, ac beneficia quædam, quæ non
conferuntur inuito, reſoluatur ab hoc permittendi actu proxi-
mè pendet.

PVNIRE. Virtus hæc conſpicua magis eſt, alioqui, ſi pro-
bitas, & innocentia ſeruaretur inter homines, nec quidem ne-
27 ceſſaria. Ad iuſtitiã diſtributiuam † refertur, & publicam re-
ſpicit vtilitatem, ne delicta remaneant impunita, l. ita vulne-
ratus, ff. Ad legem Aquiliam. Hinc Papinianus ſupra in l. pri-
ma, legem coercitionem dixit *Factæ ſunt leges* (ait Iſidorus
c. factæ, diſt. 4.) *vt earum metu humana coerceatur audatia, tu-
taq; ſit inter improbos innocentia.* Facit rerum malarum emẽ-

datio

datio, ne conceſſa videatur ex taciturnitate male agendi licentia, facit autem pęna, ne facilè quis proſiliat ad delinquendũ, l.
28 ſi operis, ff. de pœn. Tantumq́; poteſt ratio † puniendi criminis, vt ſi reus capitalis deponat centũ apud aliquem, & deportatus ſit, in publicum deferenda, non ipſi ex lege depoſiti reddenda ſint. Nã vt Thriph. ait in l. bona fides, ff. de poſ. *male meritus publice vt alijs exemplo ad deterrenda maleficia ſit, etiã egeſtate laborare debet*. Hinc Calliſtratus ait in l. capitalium, §.
29 vlt. ff. de pœn. *Famoſos † latrones in ijs locis, vbi graſſati ſunt furca figendos, vt & conſpectu deterreantur alij ab iiſdem facinoribus*. Lex aut metu pœnarum, aut premiorum exhortatione homines bonos cupit efficere, l. p. ſup. de iuſt. & iur. At, qui nõ metuunt, pęnas luant neceſſe eſt, ne dum non efficiuntur boni, quia non metuunt, in nequitia perſeuerent, quia non luant. Et ideo & ſi non ijs proſit, quos pęna ſoluta perdit, cedit tamen in aliorum commodum, quos ſimul pęna deterret, & exemplum, & bonis, & diligentibus iuſtitiam in ſolatium cedit. Eſt verò
30 legis adeo propria virtus; hęc puniendi, vt non cõueniat † priuatis perſonis, quibus altera iuſtitiæ pars quę in præmiando verſatur, non denegatur. Accurſius addit præter hęc, quod vir-
31 tus † legis ſit conſulere. Quo nomine Vlpianus in l. p. ff. de inoff. teſtam ait, *Cognati enim proximi, qui ſunt vltra fratrem melius facerent, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexarent, cum obtinendi ſpem non babeant*. Itidem in l. is qui deſtinauit. ff. de rei vend. conſultius eſſe docuit agere poſſeſſorio iudicio, quàm petitorio. Sic Alexander in l. age. C. de tranſact. Alph. in l. ſi quando. §. primo, ff. Si ſeru. vend. conſilium afferre videntur.
32 Subdit Accurſius hęc † ſub capite permittẽdi videri comprehenſa, ſtatuitq́;, nullam eſſe legem quæ aliquod horum, aut eorundem aliquod ęquipollens non efficiat, & ita ſentit Bartolus. Rectius hęc quaſi ſumma genera cenſeri poſſunt, ad quę comprehenſiue reducantur omnia, non per ęquipollens, & ita ſentio.

In L. 8.

1 *Legem generalem eſſe debere, ex proprietate, & vtilitate eiuſdem.*
2 *Priuilegia reprobantur.*
3 *Oppoſitiones plures ad hanc legem tolluntur.*
4 *Lex iſta ad leges ferendas, non ad latas pertinet.*
5 *An lex omnis regula ſit, diſtinguendo reſoluitur.*

L. VIII. Vlpianus, Lib. 3. ad Sabinũ.

IVRA non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur.

IVRA. Dictũ eſt in libro ſecundo, legem generalem eſſe
1 debere, quod non tam † ex proprietate legis, quàm ex vtilitate deduci videtur; ex proprietate, quoniam, quę perſonales ſunt, nec leges eſſe videntur; ſed hę duntaxat, quæ generales ſunt; §. ſed quod principi, Inſt. de iur. nat. gen. & ciui. Ex vtilitate, quòd lex generalis in commune conferat; quia commune pręceptum, l. 1. ſupra eod. contra in ſingularem per-
2 ſonam conſtituta naturam aſſumat priuilegij, † quod & odioſum eſt c. ſane de priuilegijs in 6. & iniuſtitiam redolet, ac propterea damnum infert. Tullius lib. 3. de legibus refert primo capite legis duodecim tabularum de iure publico duas pręclariſſimas contineri leges, quarum altera priuilegia tolleret, altera de capite ciuis rogari, niſi maximo conuitio vetaret. *In priuatos homines* (ſequitur ille). *leges ferri noluerunt, id eſt enim priuilegium, quo quid eſt iniuſtius? cum legis hæc uis ſit ſcitum eſſe, & iuſſum in omnes.* Idem etiam Athenienſibus inſtitutum fuiſſe patet ex Demoſthenis oratione contra Timocratem, vt Hotomanus refert, & ratio videtur eſſe (vt proxime dictum eſt) quia ſi ęquitatis fruendę cauſa leges ſanciuntur, hoc eſt, vt ſummi cum infimis pari iure retineantur, hæ demum habendę leges ſunt, quæ cũ omnibus ſemper vna, atq; eadem

voce loquuntur. Sed obſtat † l. ius ſingulare, inf. eod. Sol. vt ibi. Secundo obſtat l. neq; Dorotheum C. de decur. & fil. eorum, lib. x. Accurſius ait, excipiendum eſſe caſum illum ex regula huius legis. Sic Fabiani Epiſcopi laudationem, & Euthychetis abolitionem in l. quamuis venerabilis, C. de Epiſc. & cler. comprębenſam excipiendam putauit. At dicendum eſt, vt in l. p. in ver. commune ſupra eod. Tertiò obſtat l. p. §. plane inf. tit. p. Sol. Bart. quod ibi loquatur de priuilegio non redacto in corpore iuris. Sed indulta ob meritum rediguntur aliquando. d. l. neq; Dorotheum, & d. l. quamuis. Sol. ergo, quę vt leges ſanciuntur quoad verba ſunt in ſingulas perſonas, ſententia verò legis omnes intuetur. Cęterum vbi non ſanciuntur vt leges nihil ad nos. Vt enim leges eſſe velit, quę alicuius gratiam, vel odium continerent non tam mouet Principem ratio perſonę, quàm, vt eo exemplo omnes alliciat, vel deterreat. Nam vtilitate mouetur, d. l. ius ſingulare, & l. 2. inf. tit. p. Et licet gratia ſit vnius; vtilitas tamen vel omnes, vel pleroſq; reſpicit, l. ius pluribus ſupra tit. prox. Itaque conſtat, rationem legis eſſe generalem, quę ratio lex eſt. Accurſius, & Bartolus intelligunt, quod lex conſtituta in ſingularē perſonā trahetur ad ſimiles, & ita plura hic de extenſione legis admiſcent, quorum
4 propria ſedes eſt infra in l. non poſſunt. Ipſe † malim, hoc Vlpiani pręſcriptum referre ad leges ferendas, quàm ad leges latas, vt eos moneat qui ferre, nō doceat, qui iudicare, aut reſpondere debeat. Nam & ita rectius cohęret cum præcedentibus.
5 Quod inquiunt, non omnem legem † eſſe regulam, probatur ex l. p. ff. de reg. iur. & aliud ius eſſe aliud iuris regulam neceſſe eſt, ne regula, ſui ipſius ſit regula. Sed contra lex omnis regula eſt iuſtorum, & iniuſtorum l. 2. ſupra eod. Regula ibi eſt directio, quo ſenſu omnis lex eſt regula, at in lege p. breuis enarratio eſt, qua ratione non omnis lex eſt regula.

In L. 9.

1 *Origo Senatorum ex Feneſtella.*
2 *Senatus authoritas ante Cæſares ex Cicerone.*
3 *Tribuni plebis potuerunt vetare Senatuſconſulta.*

4 Ioan-

4 *Ioannis Bodini ſententia de auctoritate Senatus.*
5 *Authoris aduerſus eum concluſio.*
6 *Senatuſconſulta quomodo fierent.*
7 *Vlpianus a Conſilijs Alexandri Imperatoris*
8 *Accurſij ſententia in l. vlt. C. de legibus reprobatur.*
9 *Aliud eſt ius facere, aliud legem condere.*
10 *Senatus ex lege iudicare non tenebatur.*
11 *Poſt Cæſares quæ Senatui reſeruata ſint.*
12 *Poſt Principem ſuprema eſt Senatus auctoritas.*
13 *Conſpirans aduerſus Senatorem reus eſt læſæ Maieſtatis.*
14 *Auctoritas Senatus non eſt penes ſingulos, ſed apud omnes.*

L. IX. Idem Lib. 13. Ad edictum.

NON *ambigitur, Senatum ius facere poſſe.*

1 DE Senatorum origine † ſcribit Feneſtella, a Romulo primum inſtitutos fuiſſe, quippe qui vrbis parens, & conditor cum iam nouam Ciuitatem viribus, & robore iuuenum affatim a ſe munitam cerneret haud minoris momenti fore ratus eſt, ſi eandem conſilij ope fulſiſſet, & ex Primoribus Patrum, qui tunc aderant ciuibus centum numero elegit, quos ob honorem Patres ob ętatem Senatores appellauit. Sed quantū ad rem pręſentem pertinet duo tempora nobis obſeruanda sūt, vt Senatus auctoritatem intelligere poſsimus ante Cęſares, & poſt Cęſares. Et ante Cęſares quidē eam Marcus Cicero pro
2 † Publio Sextio ita deſcripſit; *Hæc eſt vna via (mihi credite) & laudis, & honoris, & dignitatis a bonis viris, & ſapientibus bene a natura conſtitutis laudari, & diligi, noſſe deſcriptionem Ciuitatis a maioribus noſtris ſapientiſſime conſtitutam, qui, cum Regiam poteſtatem non tuliſſent, ita magiſtratus annuos creauerāt, vt Conſilium Senatus Reipublicæ præponerent ſempiternum; deligerentur autem in id conſilium ab vniuerſo populo, aditusq; in illum ſummum ordinem omnium ciuium induſtriæ, ac virtuti pa*

teret

*teret: Senatum Reipublicæ cuſtodem, præſidem, propugnato-
rem collocauerunt huius ordinis auctoritate, vti Magiſtratus, &
quaſi miniſtros grauiſsimi conſilij eſſe voluerunt. Senatum autẽ
ipſum proximorum ordine confirmare plebis libertatem, & com-
moda tueri, atq; augere voluerunt.* Neque tamen in tanto ver-
borum ornatu video legis condendę poteſtatem. Sed, cum ea
penes populum fuerit, tum verò vt relatum eſt, quamuis Tri-
3 bunis plebis † curiam Senatus ingredi non liceret; tamen antę
valuas eius poſitis ſubſellijs decreta patrum attentiſsima cura
examinabant, vt ſiqua ex ijs improbaſſent, rata eſſe non ſinerent,
ac per nota T, & V. probare, & reprobare ſoliti fuerunt. Qua
4 ratione nouiſsime Ioannes Bodin. † lib. 3. de Republica, c. p.
ab eodem Gallicana lingua conſcripto negat ſupremam hanc
auctoritatem vllo vnquam tempore Senatui Romanorũ fuiſſe.
Addit ſępiſsime apud Liuium verba hęc obſeruari. *Senatus de-
creuit, populus iuſsit*, ac ideo deliberationem a Senatu profe-
ctam, vim cogendi, ac ſubijciendi à populo ſemper emanaſſe.
Cui non obſtant verba Iuſt. in §. lex in fi. Inſt: de iur. nat. gen.
& ciu. *æquum viſum eſt, Senatum vice populi conſuli*; nam iuſ-
5 ſum populi requiri ſemper aſſeuerat. Sed ego † ab hucuſq; re-
cepta ſententia (etiamſi ſciam, hanc facti, non iuris eſſe quęſtio-
nem) recedere non poſſum, quod veriſimile non ſit, fruſtra
Senatum fuiſſe conſultũ. Nam Senatus decernebat nomine
proprio, iubebat nomine populi, quia in iubendo eius vice fun-
gebatur; non tamen populi iuſſus per ſe ſeparatus, vel decreto Se-
natus deſiderabatur; quoniam qua ratione difficile erat popu-
lum in vnum cogi legis ſanciendę cauſa, eadem quoque diffici-
le erat in vnum conuenire iubendi cauſa. Sed, ne Senatus ali-
quando populi autoritatem vſurparet, ſed conſtaret, hanc eſſe
populo reſeruatam, veriſimile eſt, vice populi iuſsiſſe, nec ali-
ter populo aucto fieri potuit. Et hanc noſtram ſententiam pro-
bat Pomponius in l. 2. §. deinde ſupra de orig. iur. ibi. *Neceſ-
ſitas ipſa curam Reipublicæ ad Senatum reduxit. Ita cœpit Se-
natus ſe interponere, & quicquid cõſtituiſſet, obſeruabatur, idq;
ius appellabatur Senatusconſultum.* Potuit etiam facere hære-
dem, §. quos autem, Inſt. de bonorum poſſeſſ. quę res a legis
condendę facultate proficiſcitur. Quid verò poſt Cęſares ob-
ſeruatum

ſeruatum ſit, ſtatim dicemus. Hoc autem ius ad rogationem,
6 † ſeu conſultationem eorũ,qui ius agendi, & habendi Senatum haberent,ſolemni more,ſole exorto, & ante ſolis occaſum conſtituebatur. Gell.lib.14.c.7. Et quemadmodũ ab initio hanc opinor fuiſſe Senatus auctoritatem; ita paruo tempore conſeruatam fuiſſe credo, Tribunis primum, poſt verò alijs, interdum populo ipſo, tandem ipſis Principibus eam diminuentibus, ac ſępe negligentibus.

7 *NON AMBIGITVR*, Vlpianus † legis huius author fuit a conſilijs Alexandro Imperatori, quod maxime notandũ eſt, vt intelligamus poſt Cęſares talem fuiſſe Senatus auctoritatem. Et ideo cum Vlpiani temporibus lex Regia obtineret, qua populi ſuprema authoritas omnis in principem collata eſt, dubiũ eſt an Senatus poſsit cõdere legẽ. Obſtat l.vlt.C.eo. Ac-
8 curſ. † ibi quod dicitur Imperatorẽ ſolũ legem ferre poſſe, ait, accipi debere, vt excludat ſingula generum,non genera ſingulorum, vt nemo ſolus, niſi Imperator poſsit legem condere, cæterum in Senatu nemo cõdit ſolus. Sed nugatio eſt. Quid? ibi Iuſtinianus ait, *& leges interpretari ſolo dignum imperio eſſe oportet*: Quid? quod ſequitur *ex ſuggeſtionibus procerum*, nemo ibi ſolus? Sed tum ibi, tum hic ſoluit alio modo, quaſi correctio huius legis inducatur, & hęc ceſſet propter illam, nec Bartolus diſſentit. Verùm euitanda eſt correctio, c. cùm expediat, de elect. in 6. tum maxime quia Vlpiani temporibus vigebat Imperator, & lex regia obtinebat,vt admonui.
9 Dicendum eſt ergo, aliud eſſe † ius facere, aliud legem condere, ſancire, ferre: Nam ſententia facit ius inter partes, ſaltem vbi in iudicatum tranſit,l. Papinianus, §.vlt. ibi glo.ff.de inoff. teſt.l. ingenuum, ff. de ſta.hom. Bartolus in l. Iulianus verum nu.21.ff. de condict. indebiti. Et tamen hoc pronunciatum non accipitur pro generali lege, cum tertio non nocet, l. ſæpe ff. de reiudic. & C. res int.al. act. per tot. ergo Senatum ius facere poſſe ad iudicia, non ad leges referendum eſt, ac ita nouiſſime interpretatur Pet. Tolos. Sint.iur. Vni.lib.47.c. 25. nu. 32. quoniam, vt ille multis probat,adempta eſt illa Senatus auctoritas, tum aliorum, tum maxime quadam Nouella conſtitu-

tione

tione Leonis Cęſaris, cuius titulus erat, Ne amplius ſenatuſcō
ſulta fiant. Et Theod.& Valent. Impp. vel oratione miſſa ad
Senatum, vel de Senatorum conſilio ſibi legumlationes reſer-
uantes in l. leges, & l. humanum.C. de legi. ſatis demonſtrat,
antiquatam fuiſſe illam ſupremam Senatus authoritatem . Sic
ſenatuſcōſultum circa petitionē hæreditatis relatum ab Vlpia-
no in l. item veniunt, §. pręter hec, ff. de petit. hęredit. magis
conſtat auctoritate Traiani, Imperatoris, quàm Senatoria. At
Vlpianum ad iudicia reſpexiſſe mihi perſuadetur ex Quintilia-
10 no lib. 6. c. 5. dum ait, *In Senatu † verò, & apud populum;*
& apud Principem, & vbicunq; iuris clementia eſt habet locum
deprecatio. Vt authoritas eſſet Senatus in iudicijs pro arbitrio
procedere, & a iuris ſcripti rigore ad clementiam declinare, &
ita ius facere. Non enim ius pro generali lege vſurpari debet,
ne abrogatam hanc legem eſſe fateri cogamur, & a Senatu iuris
condendi poteſtatem receſsiſſe Pomponius in l. 2. §. nouiſ-
ſime.ff. de orig.uir. his verbis inſinuat, *Nouiſsime ſicut ad pau-*
ciores iuris conſtituendi via tranſiſſe ipſis rebus dictantibus vide
batur, vt eſſet neceſſe Reipublicæ per vnum conſuli. Nam Sena-
tus non perinde omnes prouincias probe regere poterat . Igitur
conſtituto Principe datum eſt ei ius, ut quod conſtituiſſet, ratum
11 *eſſet.* Sed quędam † etiam poſt Cæſares ipſi Senatui competūt,
in quibus lex iſta locum vendicabit. Nam poteſt reſtituere ad
famam, quod poſt Principem ſolus Senatus poteſt, l.p.§.de qua
ff. de poſtul. et ibi glo. quod eſt reſtituto facere poſtulandi ius.
Sic vetare poteſt, quominus publico ex flumine ducatur aqua,
l. quominus ff. de Flum. ibi *niſi Imperator, aut Senatus vetet*,
& cum ducere ius ſit, vetando facit, ius non eſſe. Principi etiā
comparatur in eo, vt ab eo non detur appellatio, l. p. ff. A qui.
appell. non lic. An veniam ętatis concedere poſsit, dubita-
tur? & Odofr.& Bart. hic nu. 2. negant poſſe, & rectè quidem;
quod probat l. 1.& 2.C. de his qui. ven.ęt. ibi *a Principali cle*
mentia quaſi ſpecialiter in hoc ſit Principi reſeruatum, quod
ipſi adnotarunt, tum quia Senatorum in ea re officium eſt de
moribus, & honeſtate impetrantis apud Pręfectū Pętorio do-
cere, non autem veniā ipſam concedere, d.l. 2. quoniam Impe
rator pręuia Senatorum informatione concedendam eſſe decer-

Ff nit

bit. Quinimmo cum ante non eſſet Senatorium iudicare, nec vſitatum; Principes ne Senatum in legibus ferendis occupari paterentur iudicijs præeſſe voluerunt vt ademptę auctoritatis amaritudinem aliqua ratione temperarent; Senatui datum eſt non modo vt ab eo nō liceret appellare. d.l. p. ff. a qui. app. non lic. ſed vt neq; a Principe reſcripta contra eius ſententiam impetrare liceret, l. p. C. de Senatusſconſ. quę non de reſcriptis aduerſus leges a ſenatu conditas, ſed aduerſus decreta Senatus intelligi debet, cum alioquin per ſe reſcripta iuri contraria non valeant, l. reſcripta, l. nec damnoſa, C. de præc. Imp. off. At-
12 qui poſt Principem ſuprema † eſt Senatus auctoritas, quod teſtantur Imperatores, dum ſe innumerum Senatorū adſcribunt, l. ius Senatorū. C. de dign. lib. xi. *Ius Senatorum* (ibi dicitur) *& auctoritatē eius ordinis (in quo nos quoque ipſos numeramus) neceſſe eſt ab omni iniuria defendere*. Quo fit, vt conſpirans
13 † aduerſus Senatores reus ſit læſe maieſtatis, l. quiſq; C. ad l. Iul. Mai. Sed tamen, vt prædixi in iudicio duntaxat obtinere debet hoc Vlpiani reſponſum, fac. l. vlt. C. de petit. hæred. cū glo. ibi. De ijs, quę Bart. & alij magis inquirunt, alias hoc ipſo loco dicetur.

14 *SENATVM* Ait, non Senatores †, quoniam auctoritas non eſt diſgregata per ſingulos, ſed iuncta apud ipſum collegiū Senatorum, & in forma collegij, Bal. hic. Vel vnus homo cenſeri poterit, qui multos pedes habeat, multàſq; manus, multóſque ſenſus, cum eos conſideremus non vt ſingulos, ſed vt omnes, Ariſt. lib. 3. Polyt. c. 7. Maior autem pars pro omnibus habita ſemper eſt. Sic quod maior pars curię facit pro eo habetur ac ſi omnes egerint, l. quod maior, ff. ad municip. & refertur ad vniuerſos, quod per maiorem partem efficitur, l. aliud eſt vendere, §. refertur, ff. de reg. iur.

In L. 10.

1 *Legis nomen ad quæ referatur.*
2 *Peccatum legiſlatoris eſt in ſermone, non in ſententia.*
3 *Ratio cur omnes caſus lege comprahendi non queant, an re-*

ctè ſumatur ab humani ingenij imbecillitate.
4 *Facta omnia incerta ſunt.*
5 *Ratio propoſitæ quæſtionis ex Baldo perfectè explicata.*
6 *Oratio vniuerſalis affirmatiua quum in vno redditur falſa, in totum vitiatur.*
7 *Quod ſit diffinitionis officium, & quod officium regulæ.*
8 *Dictio plerumq; ſignificat regulam.*
9 *Regula apud noſtros fungitur vice diffinitionis.*
10 *Et quamobrem omnis regula habeat exceptionem.*
11 *Exactum non in vnoquoq; genere eodem modo exquirendũ.*

L. X. Iulianus Lib: 59. ad Edictum.

NEQVE LEGES, neque Senatusconſulta ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus qui quandoque inciderint, comprahendantur, ſed ſufficit ea, quæ plerunque accidunt, contineri.

1 NEQVE LEGES. Accurſius nomẽ † legis generaliter interpretatur; ego vero ad legem Populi, & Tribunitiam referendum cenſeo, quoniam de cõſtitutionibus Principum, ſpeciatim inf. tractatur, & de iure honorario non ſatis conſtat nomen legis ipſi cõuenire Eiuſmodi acceptio ſatis cohæret titulo, Qui de legibus, & Senatuſconſultis inſcribitur, Legis nomen generaliter vſurpat Vlp. in l. omnes populi, ſupra de iuſt. & iur. ibi aut legibus, aut moribus reguntur; ius enim omne ſcriptum complectitur legis nomine, vt ibi Accurſ. docet, & rectè. Verum non inficior, quod hic de legibus, & Senatuſconſultis edicitur, ob rationis identitatem ad leges omnes generaliter pertinere.

SCRIBI POSSVNT. Vellet quidem legislator ita ſcribere,

bere, at minime poteſt, neq; tamen vitium eſt in arte boni, & ęqui. Nihil enim eſt, quod ars non comprehendat ſcripto, aut ſententia. Merito ait *ſcribi*; quoniam defectus eſt in ſcripto, non in ſententia. Semper enim quum caſus occurrunt, affirmare licet, ſi legiſlator ad eſſet, ita ſanciret. Neque ius abſolutè peccat, ſed tale ius ſcriptum. Ariſt. lib. 5. Ethyc.c. 10, vt ſupra lib. 3. dictum eſt de hoc ita plane loquitur, *Quando igitur lex in vniuerſũ dixerit & præter vniuerſale poſtea quippiam contigit, tunc recte ſe habet, ſi qua legiſlator omiſit, abſolutèq; ac ſimpliciter loquendo peccauit, corrigatur defectus, id quod legiſlator etiam ſi adeſſet, dixiſſet, & ſi ſciuiſſet ita præ-*
2 *ſcribentem legem ſtatuiſſet*. Ergo † peccatũ ponit in ſermone, non in ſententia. Neque verò ius ſcriptum aliter in artem redigi poſſet, niſi ea, quę plerunq; accidunt, inſpiciendo, vniuerſaliter ſtatueret, l. iura conſtitui, ſupra eo, vbi dixi, Cur ita leges ſcribi non poſsint, Accurſius quærit; varias affert ratio-
3 nes. Prima eſt † propter humani ingenij exiguitatem, confirmat ex Iuſt. in l. 2. §. ſed quia. C. de vet. iu. enucl. Ille ibi, *Sed quia diuinę quidem res perfectiſsimæ ſunt, humani iuris conditio ſemper in infinitum decurrit, nihil eſt in eo, quod perpetuo ſtare poſsit (multas enim formas edere natura nouas deproperat) non deſperamus quadã poſtea emergi negocia, quę adhuc legum laqueis non ſint innodata*. Sed hic locus vbi par eſt peccatum, ponit in ipſa rerum conditione, non in hominis ingenio. Et recte quidem quippe cum (vt Ariſt. relato in loco inquit) *peccatum in lege minime ſit, neq; in legiſlatore, ſed in rei ipſius natura conſiſtit, ſtatim enim rerum agendarũ materia eiuſmodi eſt.* Nam, cum ius finitum eſſe debeat, l. 2. ff. de iur, & fact. ignor. pluræ vero ſint negocia, quam vocabula, quod rerum natura inductum eſt, l. 4. ff. de prẹſcript. verb. peccatum eſt in hac ipſa materia, quę varia, inconſtans, atque fluxibilis eſt. Rurſus quę-
4 dã † facta adeo incerta, licet incerta ſint omnia, l. vbi ait. §. quidquid. ff. de verb. oblig. vt diffiniri non queant, atq; certis verbis compræhendi, vt diffinitio morę, l. mora de vſur. vt diffinitio fidei teſtibus adhibendę, l. 3. §. ideòq;, ff. de teſtibus, Vide amplius ex minima facti mutatione totum ius mutari, l. natura cauillationis, vbi Alc. not. ff. de verb. oblig. l. ea eſt, ff. de reg.

iur. At nullum plane factum eſt alteri ſimile ſi omnes circunſtantias diligenter ſcrutari velimus. Merito legiſlatori ad ea duntaxat reſpiciendum fuit, quæ plerumque accidunt. Et hoc nomine diſtat ius naturale a ciuili, & legitimo iure; quoniam immutabile eſt tanquam à diuina, non ab humana prouidentia conſtitutum, §. ſed naturalia, Inſt. de iur. nat. gen. & ciu. ciuile autem ius ob prędictã materię inconſtantiam ſępe mutatur Rectâq; ratio, quę tanquam lex quid rectum, & honeſtum ſi nobis oſtendit, reſpicit ſingulaqueq;, & in omnibus fungitur officio ſuo, vt primo libro explicatũ eſt. Nõ ita eſt lex ſcripta, neq; ita ſcribi ita ſcribi poteſt. Rationem omnem exponit Bal. inf.
5 † in l. nõ poſſunt in pri. lectura, eã deſumens ex parte rei, quia res ſunt infinitę ex parte agentis, quoniam legiſlator homo eſt, & in mortali natura nihil perfectum, nec in ſenſu, nec in intellectu. Ex parte accidentium, quia ſcientia noſtra eſt de accidentibus, & factis hominum, quę pro cuiuſq; voluntate variata vniformam certitudinem non admittũt, l. idem erit, ff. de ſtat. homi. l. ſi non ſortem, §. libertus, ff. de cond. indeb.

VT OMNES. Signo vtitur vniuerſali, quoniam illud eſt
6 propriũ vniuerſalis affirmatiuę †, vt cũ in vno redditur falſa, in totũ falſa reddatur, l. ſi is qui ducẽta, §. ſi quis ita, ff. de reb. dub.
7 Omnes † caſus cõprehendere officiũ eſt diffinitionis, compre-
8 hendere pleroſq; officium regulę. Vnde † notatur, quod dictio plerunq; ſignificat regulam, Inſt. de legit. patr. tut. §. quia,
9 & hac ipſa ratione † regula apud noſtros fungitur uice diffinitionis, l. p. ff. de Reg. Cat. & nomen diffinitionis pro regula vſurpatur, l. omnis definitio. ff. de reg. iur. vt Vigli. declarat Inſt. de teſtam. ordin. in principio Ant. Aug. lib. 3. Emend. c. 9. & omnes eruditiores admittunt. Et libri Papiniani, quos diffinitionum inſcripſit manifeſtè demonſtrant. Cęterum ſi quando nomen hoc propriè vſurpetur, tunc & Iureconſulti diffiniunt debere cum diffinito conuerti, quo nomine Vlp. Seruium repræhendit in diffinitione doli. Regula, quum in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum, l. p. ff. de reg. iur. diffinitio autem
10 non perdit officium, ſed non eſt diffinitio. Et ideo omnis † regula habet exceptionem, d. §. quia, vbi glo. quia non de omni-

T 2 bus

bus eſt, ſed de plerunque contingentibus. Verum tamen eſt, quod ea reſpiciens, ſtatuit vniuerſaliter, & abſolutè, vt ius in artem redigat. Qua ratione iuris ſcientiam eſſe Celſus dixit in l. Si ſeruum, §. ſequitur, ff. de verborum obligat.

11 *SED SVFFICIT*, quoniam † exactum non ſimili modo in vnoquoq; genere exquirendum eſt, Ariſt. lib. p. Ethyc. c. 3 ſed eam explicationem requirere debemus, quam rei ipſius natura pati poteſt. Vitium eſt enim ab oratore demonſtrationes exigere. Tum ſufficit, quoniam & ijs caſibus, qui præter legem eueniunt alio remedio lex occurrit, de quo in l. non poſſunt, & ſeq. inf. eod.

In L. 11.

1 *Lex iſta à præcedenti conſequentiam ducit, & quomodo.*
2 *Arguitur contra hanc legem ex legibus ſequentibus, ex l. Placuit, C. de iudic.*
3 *Quæſtionis ſtatus duplex, in altero dubium eſt de ſententia, in altero certa.*
4 *Certa cum ſententia eſt, non eſt Princeps adeundus.*
5 *Cum dubia, & incerta ſententia legis eſt, Principem adire oportet.*
6 *Exemplũ ſumitur incertæ ſententiæ ex l. quoniam indignum C: de teſtam. an in legatis obtineret.*
7 *Aliud ex l. vlt. C. de teſtam. manumis.*
8 *Quædam interpretatio legis eſt, quædam pro lege.*
9 *Accurſij intellectus examinatur.*
10 *Princeps quomodo procedat interpretando, & conſtituendo.*
11 *Principem optimum eſſe debere.*

L. XI. Idem Lib. 90. digeſtorum.

ET IDEO de ijs, quæ primo conſtituũtur, aut interpretatione, aut conſtitutione optimi principis certius ſtatuẽdũ eſt.

ET

ET IDEO, Verba hæc oſtēdunt conſequutiue ad prę-cedentem legem hanc eſſe ſubiectam hunc in modum,
1 Cum leges †, & Senatuſconſulta, non ita ſcribi poſsint, vt omnes caſus comprehendantur; ideo dubitare accidit de ijs legibus, & Senatuſconſultis, quę primo conſtituuntur, an aliquem caſum comprehendant, vel ne? quod non accideret, ſi omnes comprehenderent ab initio. Hac dubitatione exorta certius id ſtatuendum eſt, aut interpretatione, aut conſtitutione optimi principis, quo dubitatio ſubmoueatur. Cęterum obſtant le-
2 ges † ſequentes, l. placuit, C. de iudic. l. in omnibus. ff. de reg. iur. Cur enim Principis deſideratur interpretatio, ſi per proceſſum de ſimilibus ad ſimilia poſsint ij caſus certa iuriſdictione ſuppleri? Aut ęquitate ante oculos habita, ſi non ex ſcripto, ex ſententia tamen legis ex bono, & ęquo diffiniri? Sed poteſt
3 duplex eſſe quęſtionis ſtatus †; Alter cū verba legis dubia ſint, ſententia autem certa, aut cum plane pugnant verba cū ſententia: Alter, vt quum verba ſic dubia ſunt, aut argumenta hinc inde propoſita talia ſunt, vt dubiam quoque ſententiā reddant.
4 Exemplum † in primo caſu erit lex illa. Quicunq; muros Ciuitatis aſcenderit, capite puniatur; cum hoſtes murum aſcenderent, ciuis aſcendit, vt eos depelleret, petitur ad ſupplicium; verba legis eum comprehendunt; attamen & ſententia in contrarium certa eſt, non eum reum eſſe, qui ciuitatis ſeruandæ cauſa aſcenderit. Simile etiam illud eſt, liberi parentes alant, aut vinciantur. Num infans, quia non alat, erit allegandus? Tertium etiam cum prædictis ex Quintil. deſumitur lib. 7. c. 7. Qui nocte cū ferro deprehenſus erit, alligetur; Iuuentus ne cum annulo ferreo, an cum ferro nocendi cauſa erit alligandus? In ijs planè omnibus ſententia legis eſt certa, & quęſtio iudicantis ſententia diffiniri poterit, & contraria locum ſibi vendicant.
5 Cum vero dubia † quoque ſententia redditur, Principis interpretatione, aut conſtitutione ſtatuendū eſt, vt hac lege. Exempla afferri pleraq; poſſunt ex Iuſtiniani deciſionibus, quas, vt veterum controuerſias dirimeret, Lampadio, & Oreſte Conſulibus edidit. Quarum exempli cauſa duas afferre ſufficiat; quę velut inſigniores fructuoſam explicationem habent. Pri-

ma

6 ma † ſit, quod cum Conſtantinus Imperator in l. quoniam indignum, C. de teſtam. ſtatuerit circa hęredum inſtitutionem non eſſe neceſſariam verborum obſeruantiam, vt directis verbis conciperetur; in legatis tamen dubitatio erat, an minus aptis, congruiſq; verbis inutiliter conciperētur. Obſtabat ipſius legati diffinitio, quā Vlpianus in frag. titulo de legatis retulit, vt illud ſit, *quod legis modo, i. imperatiue relinquitur*. Verebantur omnes, an, ſi pari iure legata, quo fideicommiſſa cenſerentur, non eſſet quædam confuſio eorum, quę lex diſtincta volebat, argumento l. ſi ijſdem. C. de codic. Contra quod in inſtitutione receptum erat; quæ caput eſt teſtamenti, §. ante hęredis, Inſt. de legatis, multo magis in ipſis legatis recipiendum videbatur. At forte quod per eam ſubuerteretur teſtamentū, per legata non ita beniguius cum ea, quàm cum legatis agendū fuit. Plura hinc inde afferri poſſent, quę iudicem ancipitem eſſe cogerent, cumq; non ſit certa ſcientia, nec vllum habet ęquitatis argumentum, quoniam ex voluntate dubia deſumi non poteſt; & quicquid hic ſtatuendum eſt in modum legis, non ſententię pronunciandum eſt. Certius ergo hac de re ſtatuit Imperator in l. 2. C. comm. de lega; Certius, cum non ſatis eſt certum quid ſtatutum ſit, ac ita non eſt certa ſententia, cum enim ea certa eſt, fruſtra certius ſtatui deſideramus propter regulam iuris, quod verba nunquam ſenſu potiora eſſe debent, l.
7 3. C. de lib. præter. cum ſimilibus. Altera ſpecies † huic rei ac commodatiſsima legitur in l. vlt. C. de teſtam. man. Conſtitutione Diui Marci relata in. §. p. Inſt. De eo, cui lib. cau. bon. adij. cautum erat, vt libertatum conſeruandarum gratia bona adijcerentur ſeruo teſtamento manumiſſo, cuius nemo hęreditatem adiret, ſi de ſolido ſoluendo creditoribus idonee caueret, & hoc primo conſtitutum fuit. Poſtea addubitatum eſt, an, ſi res hęreditarię interim venditę eſſent, ſeruus recuperare poſſet. Amplius quid ſi plures ſimul eodem momento bona ſibi adijci peterent? Quid ſi bonis adiectis alius meliorem afferat conditionem? Reuocare ſeruum in libertatem iniquum; conditionem ſpernere meliorem, non ſatis iuſtum eſſe videbatur. Pro ijs non Iudex fuit, ſed optimus Princeps adeundus, qui certius ſtatueret interpretatione, & conſtitutione. Sic ſtatuit

tuit Iuſtinianus, vt remedium annale daretur ad recuperandū ex Vlpiani ſentētia, vt petitores ſimul admitterentur, vt priore in libertate manente, poſterior meliorem afferens conditionem audiretur. Deſiderabant hæ dubitationes legē ob incertam ſententiam. Ex ijs facile intelligi poteſt, qua ratione lex iſta a ſequentibus planè differat. Ad idem fere pertinent l. p. l. humanum, l. vlt. C. de legi. & huius ſententiæ videntur quoque eſſe D. Thom. in p. 2. q. 96. art. 6. Conn. lib. p. c. 1. nu. 7. Alb. Bolog. De leg. iur. & Aeq. c. 34. nu. 2. Et dilucide probant verba ſequentis legis ibi, *Sed cum in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt*; & ibi dicam.

AVT INTERPRETATIONE. Interprętatio verborum ad Iureconſultum pertinet, qua ratione Vlpianus verba edicti interprętatus eſt, tū Senatuſconſulti illius de petitione hæreditatis deliberantis, l. item veniunt, §. prętor hæc, in fi. ff. de petit. hæred. l. 2. §. prętor ait, ff. qui ſatisd. cog. l. 3. §. 1. ff. de neg. geſt. l. ait prętor. ff. de min. cum ſimil. & eſt interprętatio

8 legis. Atheç † interpretatio voluntatis videtur, & pro lege eſſe. Quod rectè probat l. vlt. C. de legi. quod enim ibi ait Imperator; *Si enim in præſenti leges condere ſoli Imperatori conceſſum eſt, & leges interpretari ſolo dignum imperio eſſe oportet*, ad quam interpretationem referendum ſit paulo infra aperit his verbis, *Vel quis legum enigmata ſoluere, & omnibus aperire idoneus eſſe videbitur, niſi is, cui ſoli legiſlatorem eſſe conceſſum eſt.* Enigmata verò nihil aliud, niſi legum ſententiā perplexā ac penitus incertam nobis oſtendunt, quod cum non rectè per

9 ceperit Acc. ad † verborum interpretationem hoc verbum retulit. Quod vt eſt abſolute falſum, ſic poteſt aliquo caſu verū eſſe, velut ſi de verbis ipſis ſit controuerſia inter Iureconſultos. At uix eſt, ne Iudex diffinire valeat. Niſi quæſtio non tam verborum, quàm voluntatis pendeat, vt in. l. cum auus, ff. de cond. & demons. in l cum acutiſsimi, C. de fideicom.

CONSTITVTIONE. in d. l. vlt. C. de teſtam. manu. quędam Iuſtin. interpretatur †, quędam conſtituit. Interpretari eſt ſententiam incertam rędderc certam, conſtituere eſt ad-

dere, non ſimpliciter interpretari. Quod primo conſtitutum eſt interdum incertum eſt, quo ad ſe ipſum, aliquando licet certum in ſe ſit, eius tamen occaſione dubitationes oriuntur, non de eo, ſed propter illud; In priori ſpecie optimi Principis interpretatio, in poſteriori conſtitutio deſideratur, ac ita reor.

11 *OPTIMI PRINCIPIS.* Ne putes † ad ornatum pertinere adiunctum hoc, ſed quod vel ſemper principem optimũ eſſe deceat; magis autem in legibus primo conſtituendis, maxime verò in conſtitutis interprętandis, aut alijs legibus ſuperaddendis. Id enim vitium detegit in ſuperiori lege, & quoquomodo mutationẽ inducit, quod faciliter facere nihil aliud eſt, quam virtutem legis infirmam reddere. Ariſt. 2. Polyt. c. 6. Neq; verò multum tribuet populus illi legi, quam velut incertam, & ambiguã diſceptationis cauſam prębere conſpiciet, & aliam deſiderare poſt ſe legem. Princeps de ſumma legum tractare videtur quid ſancitum ſit, quidue ſanciendum in hoc ipſo perſtringens. Optimum ergo eſſe requirimus.

CERTIVS, Vitium incerti quale ſit libro ſecundo explicatum eſt. Ius autem & poteſt, & debet eſſe certum, l. 2. ff. de iur. & fact. ignor.

In L. 12.

1 *Si omnia ſcribi poſſent, nihil eſſet relinquendum arbitrio indicantis.*

2 *Pauciora tamen quam fieri poſsit arbitrio iudicum committenda ſunt.*

3 *Facti quæſtiones ad iudices pertinent.*

4 *Lex iſta ad quæſtiones facti pertinere non poteſt contra Iacobum Menochum.*

5 *Sententia legis dubia arbitrio iudicis declaranda non eſt.*

6 *Extenſiones omnes eo minus fauorabiles ſunt, quod arbitrio iudicum indulgent.*

7 *Bartoli deciſio in l. in ambiguo ff. de reb. dub. legem habentem ambiguos intellectus non poſſe allegari ad cauſarum deciſionem, comprobatur.*

8 *Sen-*

8 *Sententia legis manifeſta ſatis dicitur ſi promanat a ratione eius vnica, licet non expreſſa.*
9 *Nam ea perinde habetur, ac ſi ſcripta foret.*
10 *Iudex eſt legiſlatoris interpres, ac iuſtitiæ miniſter authore Ficino.*
11 *Iudiciorum laus, & vtilitas.*
12 *Nullum ſimile eſt idem.*
13 *Similibus diſſimilitudo, & diſſimilibus ſimilitudo ſæpe ineſt ex Quintiliano.*
14 *In hac lege ſimilitudo exparitate rationis exiſtimari debet.*
15 *Dictio taxatiua non impedit extenſionem ad caſus ſimiles.*
16 *Sententia Alex. conſ. 203. lib. 2. comprobatur vt valeat exhæredatio facta ex cauſa ſimili, vel maiorem rationem habente expreſsis in Authenticis.*
17 *Similitudo eſt ibi, vbi eſt vtilitas eadem.*
18 *Sententia eorum, qui ſimilia arbitrio iudicis committunt, reprobatur.*
19 *Baldi ſententia exiſtimantis, ſtatutum, quod habet voluntatem pro ratione non extendi ad caſus ſimiles.*
20 *Neq; legiſlator, neq; lex ibi eſt, vbi eſt pro ratione volũtas.*
21 *Verbum debet eſt verbum neceſsitatis, & præcepti.*
22 *Legibus, non exemplis eſt iudicandum.*
23 *Accurſius modeſtiæ laudatur, qui in legum defectum dixit non eſſe propria gloſſemata alleganda.*
24 *Honeſtius eſt de aliorũ, quàm de propria ſentẽtia confidere.*
25 *Gloſſatoris diſtinctio reprobatur.*
26 *Lex, quæ ex alia lege, vel conſuetudine declaretur, dubia non eſt.*
27 *Legis huius regula etiam ad reſpondentes de iure pertinet.*
28 *Expenditur l. illud, ff. Ad leg. Aquil.*
29 *Producitur etiam conſuetudo ad caſus ſimiles.*
30 *Quando lex iſta locum habeat diſtinctione declaratur.*

L. XII. Idem Lib. 15. Digeſtorum.

NON poſſunt omnes articuli ſingulatim aut legibus, aut Senatuſconſultis comprehendi: ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt: is, qui iuriſdictioni praeſt, ad ſimilia procedere, atque ita ius dicere debet.

NON POSSVNT. Ea ratione, qua dixi in l. neq; leges ſupra hoc titulo quod, ſi fieri poſſet, nihil arbitrio
1 † iudicantis relinquendum foret; cum id fieri nequeat, † pau-
2 ciora relinquenda ſunt, Bal. hic poſt Ariſt. p. Rhet. c. p. Idem conſ. 427. lib. 5. Refert. & ſequitur Aymon. De Antiq. temp. Par. p. Sect. quid in libro officialis nu. 35. Menoch. de arbitr. Iudic. in Proem. in principio. Quia legiſlatoris iudicium non de ſingulis, neq; de prçſentibus eſt; ſed de vniuerſalibus, & de futuris, vt explicatum eſt, oportet Senatorem, aut iudicem eſſe, qui de præſentibus, determinatiſq; iudicarent. *Verum, cum iſti amerint, vel oderint* (vt ait Ariſt. c. p.) *ſua quoque vtilitas connexa ſit, non ſatis queant veritatem perſpicere; ſed propria, vel voluptas, vel dolor iudicia ſua obumbret. Quare minimam cæterarum rerum poteſtatem iudici tribuendam dicimus: factum verò eſſe, aut non factum, & fore, aut non fore, eſſe quoque, vel non eſſe: hæc omnia, cum non poſsit lator legis prouidere Iudicibus relinquenda neceſſario ſunt.* Hactenus Ariſtot. Itaq; facti quæſtiones ad iudicem † pertinent, nec ſuper ijs conſulendus eſt Imperator, vt Adrianus reſcripſit, cum quis ſeruos alienos ſolicitaſſet, aut intercœpiſſet, & an teneretur crimine plagij quod ei intendebatur, quæſtio eſſet, l. non ſtatim, ff. ad leg. Flau. de Plag. Et ad id pertinere legem hanc uiſus eſt ſentire Menoch. de arb. iud. in prœm. nu. 3. Quod mihi falsũ videtur.

Iul.

Iul. enim hac lege reſpicit ad iuris, non ad facti quæſtionem. Facti quęſtio ſemper ad iudicem pertinet, non aliquo caſu. Id autē permittitur iudici aliquo caſu, non ſemper. Et proceſſus de ſimilibus ad ſimilia eſt diffinitio iuris, non facti. Quod di-
4 citur † pauca arbitrio iudicantis committi debere, non attingit ea, quę in facto conſiſtunt, quia, cū à iure diffiniri non queant, l. mora. ff. de vſur. l. quatenus, ff. de reg. iur. iam iudicis arbitrio commiſſa ſunt. Igitur pauciora committenda ſunt de ijs, quę commiſſa non ſunt, id eo pertinet, vt nihil agāt pręter legem, niſi in quibus lex ipſa deficiat, agant tamen ex ſententia legis.

SENTENTIA EORUM MANIFESTA EST. Si quis hanc cum pręcedenti lege coniunxerit diſgnoſcet, eos
5 omnes erraſſe †, qui dubiam legis ſententiam iudicantis arbitrio relinquunt. Cum dubia eſt ſententia legis, adeundus eſt Imperator, l. præcedenti, l. vltima C. de legibus cum ſententia legis eſt certa, licet iudici ad ſimilia procedere. Extenſio
6 † omnis, vel eo minus fauorabilis eſt cēſenda, quod ſit arbitrio iudicantis indulgens. Quo perſępe fit, vt non leges magiſtratibus, ſed magiſtratus legibus dominentur. Salus autem Ciuitatis in eo maxime poſita eſt, vt ait Plato, lib. 4. de legi. *Si magiſtratibus ſeruientibus leges dominentur.* Hinc deſcendiſſe videtur, vt iureiurando iudices ab initio ſtatuta ciuitatū, in quibus iudicaturi ſunt, ſe ſeruaturos polliceantur. Itaq;, cum dubia legis ſententia eſt, nulla fieri debet extēſio, neq; eius interpretatio ad iudicē pertinet. Quo nomine defendi poteſt placitum illud Bart. in l. in ambiguo. ff de reb. dub. quod lex habens ambiguos intellectus non debet allegari, quoniam vbi ſententia legis non eſt manifeſta, nullum ſit iudicantis arbitrium, ſed principem oporteat adire. At vbi ſententia manifeſta eſt, iudex plane, magis quam ſuo, arbitrio legis vtitur, vt ideo neque ob id res ſuo arbitrio commiſſa videatur. Et hoc rectius dicitur, vt iudicibus ad inique iudicandum, anguſtior reddatur aditus. Erit autem ſententia manifeſta non tantùm ſi verbis expreſſa ſit, ſed etiam ſi ab vnica, & explorata ratione ſu-
9 matur; quia receptum eſt † perinde haberi ac ſi ratio eſſet ſcripta, glo. in l. quamuis, C. de fideicom. Alex. in l. ſi conſtante,

te, ff. ſol. matr. Rom. conſ. 32. nu. 5. vbi Mod. add. facit text. in l. nominatim ff. de leg. 3. Et plenius, Deo adiuuante, dicā in huius legis repet. In qua materiam extenſionis, me proſequuturum, polliceor. Et argumentum à ſimili plenè explicaturum.

10 *IS, QVI* iuriſdictioni præeſt legumlatoris † interpres eſt,
11 ac iuſtitiæ miniſter Ficin. in Plat. de leg. lib. 11. Eſt † autem
iudicium iuſtitiæ quædam praxis, & legum executio, quia parū
eſſet ius in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui iura reddere poſſint, l. 2.
§. poſt originem, ſupra de orig. iur. Per eos, qui iuridicundo
prçſunt, leges ad effectum producūtur, ignorantia docetur errantiū, malitia, publica emendatur auctoritate æquitas ipſa cuſtoditur, & caſus omiſſi per proceſſum ad ſimilia determinantur. Ex ijs itaq; cauſis diſceptationes iudiciorum apprime neceſſariæ fuerunt, vt ornatè admodum, ac diffuſe comprobat Petr. Tholos. lib. 47. c. p. Synt. iur vni.

AD SIMILIA. Difficilis admodum eſt ſimilium diſ-
12 finitio, nam licet † nullū ſimile ſit idem, l. quod nerua, ff. depo.
13 ſic tamen ſimile eſſe debet, vt plane videatur idē. Nā & † diſ-
ſimilibus ſimile ineſſe conſtat, vt formicę, & elephanto genus, quo ſunt animalia, vt docet Quint. lib. 5. c. 11. & ſimilibus diſſimile, vt canibus catulos diſſimiles eſſe dicimus, differunt enim ætate. Quamobrem quomodo ſimile exiſtimandum ſit
14 plane dubitatur. Sed in hac lege † ſimilitudo ex paritate ra-
tionis exiſtimanda eſt, Coras. hic, nu. 2. Menoch. de arb. iud. caſ. 84. nu. 8. Sententia enim eo ſolo manifeſta deſideratur, vt ex ſententia legis fiat extenſio, ea ſit ob rationis paritatem. Et
15 etiam ſi adeſſet dictio taxatiua †, non prohibetur extenſio ad
caſus ſimiles ex ſententia glo. in l. ob æs. C. de prçd. min. Et
16 ideo ſententia Alex. † conſ. 203. num. 5. lib. 2. poſt Gul. de
Cun. in Auth. non licet, C. de lib. prçter. minime videtur improbanda, qui dixit præter cauſas relatas in. §. cauſas, Auth. vt cum de app. valere exhęredationem factam ex cauſa ſimili, vel maiorem expreſsis rationem habente. Similitudo igitur verſatur in paritate rationis: Quæ paritas rationis non eſt in omnibus

bus, aut requirenda, aut exiſtimanda, ſed in eo, de quo agitur.
17 Tunc plane ſimilia † erunt vt leges ex legibus declaremus, cũ tendunt ad eandem vtilitatem, l. nam vt ait inf. eod. quę declaratio tum certior, tum cęteris omnibus & clarior, & verior videtur eſſe. Et ita paritas rationis ex vtilitate menſuranda eſt.
18 Ac ita reijcienda † eſt eorum ſententia, qui id etiam iudicis arbitrio committunt, velut Innoc. in c. cauſam quę de iudic. Fely. in c. tranſlato nu. 11. de conſt. & aliorum, quos refert Menoch. vbi ſup. nu. 7. quia eadem vtilitas certum eſt ſimilitudinis argumentũ, vt iudex, ad hoc reſpicere, non ſuo arbitrio con-
19 fidere debeat. Ex ijs defendi poterit quod tradit † Bal. in l. 3. nu. 4. C. de iur. dot. & ſequitur Dec. in l. quod contra, nu. 2. ff. de reg. iur. quod ſtatutum quod non habet in ſe aliam rationem, quàm quia ita placuit ſtatuenti non trahitur de ſimilibus ad ſimilia. Magis. n. traheretur ex paritate volũtatis, quàm, rationis. Non obſtat l. non dubium, C. de legi. vbi ſat eſſe videtur legiſlatorem ita velle, quia inibi ſupponitur voluntas ra-
20 tione munita, neque † enim legiſlator eſt qui voluntate vtitur pro ratione, neq; lex, quæ ratione caret, verè lex eſt. At de ſententia verę legis Iulianus loquitur. Neque ipſi ſententia aliud eſt, quàm vera, & certa ratio legis.

IVS DICERE DEBET Ait ius dicere, nõ legem ferre, vt pote, cum ex ſententia legis manifeſta procedat, videtur
21 ex lege lata ius dicere. Verbum debet eſt † verbum neceſsitatis, & pręcepti, glo. in clem. 2. in ver. debeant de ſtat. mon. c. vt fame de ſent. excom. Quod ſi non aliorum exemplis, ſed legibus iudicandum ſit, l. nemo. C. de ſent. & inter om. iud. & vt ait Procul. in l. ſed licet, ff. de off. præſ. non tam ſpectandũ ſit, quid Romę factum ſit, quàm quid fieri debeat, eoq; loci
23 Accurſ. modeſtiſsimus † legũ interpres non eſſe in defectum legum, vel ipſa gloſſemata inducenda nouerit, quoniam eſt pro lege gloſſam vſurpare, dicendum eſt multo minus iudicem ſui
24 arbitrij eſſe debere, cum longe honeſtius † de aliorum, quàm de propria ſententia confidere poſsit; & hoc caſu non lex, ſed verba legis deficiunt, quamobrem ius dicit ex lege, prout dice-
25 re debet. Ex ijs patet minus idoneam eſſe gloſſæ † diſtinctionem

nem hic, vt ſi dubitatio ſit ſuper nouo negocio, conſulédus ſit Imperator, ſi ſuper lege, tunc procedatur de ſimilibus ad ſimilia. Noſſe debuit Accurſ. non eſſe dubitationem in lege, quę certam interpretationem ſemper habuit, quia exploratum ſit
26 eam non eſſe mutandam, l. minime, inf. eod. neq; dubia † videbitur lex, quæ ex alia lege, vel conſuetudine declaretur, l. ſi de interpretatione inf. eod. Vt enim ſufficit, ſententiam eſſe certam per relationem ad acta, vt not. in §. iurare, Inſt. de act. Ita lex certa eſſe videbitur per relationem ad aliam legem, vel conſuetudinem. Altera enim alteri videtur ineſſe, l. ideo quia inf. eod. Neq; huic legi locus eſſe poteſt, cum dubitatio eſt in verbis; quia alię ſunt regulę ad eam eximendam, vel vt proprie accipiantur, l. non aliter, ff. de leg. 3. vel in benigniorem, ac tutiorem partem, l. benignius cum ſeq. inf. eod. neq; in his admittitur proceſſus de ſimilibus ad ſimilia; ſed vbi ſententia manifeſta eſt, quo caſu verborum dubitatio, vel nulla adeſt, vel ſperni debet ſeruata ſententia, vt Mod. docuit in l. ſcire oportet, §. aliud etiam ff. de excuſat. tutorum ibi, *Sed & ſi maxime verba legis hunc habeant intellectũ; tamen mens legiſlatoris aliud vult*. Summa omnium ſit, quod quæſtio facti tota ad iudicem pertinet, l. non ſtatim ff. ad leg. Flau. de plag. Ariſt. p. Rhet. c. p. Quæſtio iuris, aut emergit circa verba legis, & ſecundum iuris regulas verba interpretanda ſunt, aut circa mentem & conſulendus eſt Imperator, aut cum manifeſta volũtas legis eſt, verſamur in caſu præter verba legis, cui conuenit ſententia, & procedendũ eſt, vt hic. Sic aliquando veteres legem deferentem patronis libertorum, libertarumq; inteſtati ſucceſsionem, iure crediderunt voluiſſe etiam tutelas ad eos pertinere, Inſt. de leg. pat. & dicitur ex l. XII. tab. illa tutela deferri, non quia nominatim id caueatur; ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem, ac ſi verbis legis introducta eſſet. Quod certè ſecundum legis noſtrę regulã obtinuiſſe videtur, & ideo dixi, & hoc
27 caſu ius ex lege dici. Hęc ipſa regula & † reſpondentibus de iure pręſcripta videri debet, licet Ioann. & Accurſ. ſubdubitẽt, quoniam eadem eſt ratio reſpondendi, & iudicandi, vel reſpondendi maior, quod Iudices prudentum reſponſis addicti quodam modo ſint, & vſurpaſſe videtur Iulianus in l. ex facto ff. de neg.

neg. geſt. Vlpianus in l. ſi poſtulauerit, §. ratio, ff. Ad leg. Iul. de adult. Pomponius in l. quędam, §. numularios, ff. de eden. Ca
28 ius in l. nauta inſi. ff. naut. caup. ſtab. Idem in l. illud † ad leg. agl. quod eadem ratio eſſet in furto, & in damno; quamquam illa videatur potius productio conſuetudinis, aut obſeruantię cuiuſdam, quàm ſcriptę legis. Producitur enim, quod procon ſul. obſeruat in furto à familia facto, vt prętari id ſufficiat, quod pręſtaretur, ſi vnus liber furtum feciſſet, ne ex vno delicto tota familia dominus careat, vt etiam obſeruandum ſit in damno ex lege Aquilia. Manifeſta ſententia obtinet etiam in
29 damno, ex quo loco poterit adnotari, legem † hanc non tantùm in lege ſcripta obtinere, ſed etiam in conſuetudine, vt vbi certa ſit ratio conſuetudinis, & in ſimilibus obtineat, facit l. diu
30 turna, l. imò magnę inf. eod. Vt verò † conſtituamus, quando iſta lex locum habeat, dicendum eſt quoſdam caſus compręhendi verbis, & ſententia, vt in eo, qui corrumpit edi ctum propoſitum, l. ſi quis id quod, ff. de iuriſd. omn. iud.; quos dam. compręhendi ſententia, non verbis, vt, cum lex prohibet extrahi frumentũ, tu extrahis farinam iuxta traditá in l. non dubium, C. de legib. Quidam verò caſus non compręhendũtur, nec verbis, nec ſententia, vt caſus Galli reſpectu legis Vellei, ſunt tamen ſimiles compręhenſis in l. Vellea, & tunc licet procedere ex l. iſta de caſibus compręhenſis, ſiue verbis, ſiue ſententia; dummodo ſententia manifeſta ſit, ad caſus non compręhenſos, ſimiles tamen compręhenſis, & in ijſdem ſententiam legis inducere, quod in l. ſequenti mox clarius explicabitur.

In L. 13.

1 *Sententia notoriè iniuſta eſt nulla.*
Idem ſi contra regulas iuris.
2 *L. ob æs C. de præd. min. ad cauſam vtilitatis prauè producta*
3 *Sceuola Garbidius praxim huius legis optimè docuit.*
4 *L. Gallus, §. item credendum ff. de lib. & poſtb. declaratur.*
5 *Intellectus, §. & quid ſi tantum eiuſdem legis adducitur.*
6 *Explicatur, §. quid ſi, qui filium eiuſdem legis.*

7 *Gallus Aquilius, & lex Vellea ad eandem vtilitatem reſpiciunt.*
8 *L.p.S. hoc interdictum.ff. de font. expenditur.*
9 *Reg.l. huius, & l. non poſſunt non ex ui, ſed ex poteſtate legis ducuntur.*
10 *Interpretatio omnis, aut ex verbis, aut præter verba, aut cōtra verba eſt, exemplaque adducuntur ex quorundam ſententia.*
11 *Aduerſus quos dicitur legitimam patronorum tutelam ex mente, non ex verbis legis duodecim tabularum per interpretationem prodÿſſe.*
12 *Differentia eſt inter interpretationem, & coniecturam.*
13 *Franciſcus Mantica laudatur.*
14 *Diſtinctio inter Iudices, & Iuriſprudentes.*
15 *An verum ſit, quod generalia interpretemur, ſpecialia verò ſuppleamus.*

L. XIII. Vlp. Lib. p. Ad Edictū Curuliū.

NAM (*vt ait Pœdius*) *quoties lege aliquid vnum, vel alterum introductum eſt: bona occaſio eſt, cætera, quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certa iuriſdictione ſuppleri.*

LEGES. Idem etiam in Senatuſconſulto dicendū eſt, vel quia legis nomine comprehendatur, vel quia eadem ſit ratio, & vtilitas.

BONA OCCASIO. In hoc vno vniuerſa Iuriſprudentia pendet. Et nihil certè vtilius eſt, ſed nihil, quod magis periculo ſubiaceat. Errata præcipua eorum, qui iudicant, vel de iure reſpondent, in hoc ſolo verſantur. Vt erit aliquem repe-

rire,qui ſi leges certas ante oculos habeat, non eas ſequatur; vel
1 ſi recedere audeat,iam ſententia † tãquam notorie iniuſta vitio
ſubiacet nullitatis, quoniam de iure conſtitutionis pronunciaſ-
ſe videtur,l.p.§.contra,ff. quę ſententię ſine appellatione reſci.
Idem ſi contra iuris regulas, Dec. conſ.8.nu. 1. Ruyn. conſ.
41.nu.16.lib.p. Vant. tit. de Null.ex def. proc. nu. 118. Sed
in eo falluntur pleriq; vt non ſatis penſitent,an quod certa iu-
riſdictione ſupplet, ad eãdem tendat vtilitatem. Quo nomine
2 † Doctiſsimos viros erraſſe nõ dubito, qui l. ob ęs, C de pręd.
min. & l. magis puto, in fi.ff.de rebus eorum, dum ex cauſa vr-
gentis ęris alieni bonorum alienationem permittunt, & vbi nul-
lum vertatur ęs alienum ob ſolam pupilli vtilitatem valere alie-
natione defendere conati ſunt,non tam ſupplentes legem,quàm
deſtruentes. Tantum diſtat, vt eadem ſit vtilitas in vtroque
caſu, quantum vt ęgro, vel ſano medela paretur. Eſt enim æs
alienũ patrimonij morbus, qui alienatione curatur. Et cum
hęc cauſa neceſſaria ſit, non debet in argumentũ deduci, l. quę
propter, ff. de reg. iur. Sed in pręcitatę, l. ob æs repetita le-
ctione nihil prætermittam, quod reliquos ab eorum exemplo
abſtinere compellat. Iuſtiſsimè verò, quod hic Pœdius ait, ac
3 fœliciter quidẽ † Scęuola Garbidius obſeruaſſe viſus eſt circa
Galli Aquilij formulam, & l. Velleiam. Primum enim in l. Gal-
4 lus, §.idem † credendum,ff.de lib. & poſth. ait cũ Gallus con-
cepiſſet formulam de nepote, *idem credendum de pronepote.*
eſt enim in eo eadẽ ratio, & vtilitas: Ratio, quia ita rumperet
pronepos, vt nepos in caſu concepto per Gallum: Vtilitas eadẽ,
quia formula Galli pertinet ad conſeruanda teſtamẽta. Vtraq;
conceptio conſeruat, ergo vtilitas eadem. Tum in, §. & quid
5 † ſi tantum, vbi dubitat, an concipi queat Aquilij formula in
caſu emancipationis, vel interdictionis,& quidẽ formula Gal-
li loquitur de caſu mortis, non de ijs caſibus. Ideo verba non
conueniunt: nec etiam verba legis Velleę; quoniam ea non lo-
quitur de natis poſt mortem aui, ergo non Gallus, non Vellea
hos caſus attingit. Ait tamen Scęuola *ex ſententia legis Velleæ,
hęc omnia eſſe admittenda*, vt ad ſimilitudinem mortis cęteri
caſus admittendi ſint, vt & in his caſibus poſsint teſtatores in-
ſtitutionem concipere, non vt concepta in caſu mortis ad hos

caſus trahatur, quod praue pleriq; colligunt. Sed hoc non videtur ex ſententia, ſed ex verbis legis Velleæ; ſunt enim verba legis eiuſmodi. *Qui ei ſuus futurus erit*, & ita conueniunt omni caſui; quia, quauis ratione a poteſtate liberato filio nepos ſuccedit in iure ſui; §. ſui autem uerſ. *ſed vt nepos*, Inſt. de hęred. qual. & differ. Sed quia Vellea loquitur uiuo teſtatore conceptio Galli, & horum caſuum eo mortuo, ideo ad Velleam non pertinent, ſed ad Gallum ex ſententia legis Velleę. Et quod in ſuo caſu introduxit Vellea bona occaſione arrepta ſuppleuit Scęuola in formula Galli Aquilij. Dum enim Lex Vellea in ſpecie ſua admiſit caſus ſimiles morti, facit, ut q in Galli formula caſus ſimiles morti recipit, videatur recipere ex ſententia le-
6 gis Velleę. Tum verò in, §. † Quid ſi qui filium, vbi dubitatū eſt, ſi mortuo auo, filio autem apud hoſtes exiſtente, nepos, qui poſt mortem aui naſceretur, rumperet, vel adhuc viuis filio, & nepote; nec enim aliter conſtruendam reor particulam *illis uiuis*, vt à falſa, vel impropria aliorum interpretatione abſtineamus. quod particula *uel* ſatis inſinuat; quia duplex eſt caſus; alter ſi filius decedat ante teſtatorem, & ad formulam pertinet, & concipi poterat; alter eſt, ſi filio apud hoſtes manente, nepos naſcatur poſt mortem aui, & ita vel adhuc illis uiuis, videlicet filio, & nepote, dubitabatur, ne rumperet, & hic caſus ad Velleam non pertinet, quia nepos natus eſt poſt mortem aui. Nihil tamen in eo Gallus induxit, quoniam loquitur de morte naturali, non de ciuili Scęuola tamen inquit ex regula legis huius, *Melius eſt ergo vt in huiuſmodi vtilitate, præſertim poſt legē Velleā, quæ multos caſus rūpēdi abſtulit, interpretatio admittatur.* Ergo eā interpretationē admittit propter eādē vtilitatē nō admiſſurus, ſi ſine vtilitate foret. Eſt. n. ius noſtrum ars boni, & ęqui, l. p. ff. de iuſt. & iur. & id maxime ſpectat, quod eſt vtile l. ius
7 pluribus. ff. eod. Gallus, † & Vellea ad eandē vtilitatē tendunt, ne teſtamenta rumpātur, quod vtile eſt, l. vel negare, ff. quem. teſt. aper. Introduxit Vellea, ut generaliter conciperemus formulas in omnem caſum ſuitatis; & ideo multos caſus rumpendi abſtulit, non tamen omnes, quoniam & ſi generalem formulam admiſerit, reſtrinxit tamen ſe ad natos uiuo teſtatore; bonum ergo fuit, ut quemadmodū formula generalis admittitur

de

de natis uiuo teſtatore, ne rumpāt, cum hoc unum iam introductum ſit, introducatur & alterum, quod tendit ad eandem utilitatem, ut & de natis poſt mortem eadem formula admittatur, quod, quia non induxit Gallus, Scęuola bonam nactus occaſionem, fœliciter aſſequutus eſt. Idem in §. ſi eius, vbi quæſtionem excitatā cognouit utilitate carere reliquit indeciſam. Igitur exemplũ ipſius uelut ſpecioſum, & ad legem hāc mirum in modum accommodatum afferre uolui, ut ad illud reſpicientes, cōſultius cęteri agant, ſimulatq; qui in illorum. §. §. intellectu aut dubitant, aut errant certam ſimul ac ueram eorūdem explicationem aſſequātur. Huc etiam pertinet apertior,
8 at non ita celebris locus Vlpiani in † l. p. §. hoc interdictum, ff. de fonte. Inquit.n.interdictum de purgando fonte habere eandem utilitatem, quam interdictum de riuis reficiendis, quia niſi purgare, & reficere fontem licuerit, nullus erit eius uſus. Nihil aut certius, aut iuſtius quàm eadem utilitate moueri. Et ut rem ipſam concludam, cum ſcire leges ſit non tantùm uerba ea
9 rum tenere, ſed uim, & poteſtatem, l. ſcire inf. eod. regula † l. non poſſunt, & l. huius non a uerbis, non a ui, ſed a ſola poteſtate deducitur.

10 *VEL INTERPRETATIONE.* Quidam † interpretandi uerbum latiſsime accipiunt; ita ut quomodocunq; legis mentem ex uerbis pręter uerba, uel contra uerba prudentes eliciant ad ius conſtituendum in caſibus pro bono publico, dici debeant iuris intepretes. Exempla uerò ſunt ſecundum eos ex uerbis in tit. Inſt. de leg. patr. tute. pręter uerba in l. cũ auus ff. de cond. & demonſtr. contra uerba in l. ſcire oportet, §. ſed ſi maximè ff. de excuſat. tut. Atqui † legitima patronorum tutela ex mente, non ex uerbis eſt, Ait enim Iuſtinianus; *non quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur; ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem ac ſi uerbis legis introducta eſſet. Eo enim ipſo, quod hæreditates libertorum, libertarumq; ſi inteſtati deceſsiſſent, iuſſerat lex ad patronos, liberoſq; eorum pertinere, crediderunt ueteres uoluiſſe legem etiam tutelam ad eos pertinere.* Eſt ergo id totum pręter uerba, non ex uerbis. Et cum unum introductum eſt, nempe delatio ſucceſsionis ex re-

gula Pędij, & alterum introductum eſt, nempe delatio tutelæ
ſimilis eſt locus in l. utrum, §. de eo, ff. de petit. hæred. diſtin-
ctio tamen uera uidetur : quãquam interpretatio, de qua Pe-
dius intelligit ex uerbis eſſe non queat, quoniam ſupplet; at in-
terpretatio ex uerbis ſũpta uidetur magis declarare, quàm ſup-
plere. l. p. §. quamuis, ff. de uent. inſpic. Vlpianus ibi, *Quamuis
ſit manifeſtiſsimum edictum Prætoris; attamen non eſt negligen-
da eius interpretatio*. Niſi dicamus aliud eſſe interpretari uer-
ba, aliud mentem ex uerbis per interpretationem accipere.
Sed ſi ita diſtinguamus, eadem erit interpretatio ex uerbis,
& præter uerba, cum ſemper ex aliquo expreſſo colligatur.
12 Non obſtat l. cũ auus, ff. de condit. & demonſtr. Nam † mul-
tum mihi uidetur intereſſe inter interpretationẽ, & coniectu-
ram, Papinianus enim ibi coniectura pietatis, non interpreta-
tione aliqua niti uidetur. Interpretamur mentem legum, ut
hac lege, & præcedenti: conijcimus hominum uoluntates, ma-
ximè poſtremas. Meritò Franciſcus † Mantica non uulgaris
13 eruditionis uir librum, quem ædidit de coniecturis vltimarum
voluntatum inſcripſit. Quamquam & coniectura pietatis apud
Papinianum minus eſt, quàm voluntatis coniectura.

CERTA IVRISDICTIONE. Videtur mihi hęc di-
14 ſtinctio interpretationis, † & iuriſdictionis & ad iuris pruden-
tes, & ad iudices pertinere, Iuriſprudentes enim interpretari
conſueuerunt, l. 2. §. his legibus, ff. de orig. iur. Iudices verò
certa iuriſdictione vtuntur, qua ſe poſita nec iudices eſſent, ar-
gumento, l. iudex poſteaquam, ff. de re iudic. loquitur ergo
Pædius de occaſione, quę iuriſprudentibus, & iudicibus occur
rit, & ab ijs ſumenda eſt.

15 *SVPPLERI*. Verbum hoc eſt aduerſus † aliquorum di-
ſtinctionem, vt interpretari dicamus generalia, ſpecialia verò
ſuppleamus. Nã interpretatio hic pro ſuppletione vſurpatur, vt
& vſurpat Scæuola in d. l. Gallus, in §. quid ſi, & ibi Bal. not.
Et ideo hic locus non pertinet ad nudam verborum interpre-
tationem, ſed ad eam, quę eſt pręter verba. Et ſuppleri verba,
non mentem dicendum eſt. Quoniam illud & hic retinendũ
eſt,

eſt, vt ſententia legis, vel Senatuſconſulti in caſu quo aliquid introductum eſt ſit certa. Alioquin nullę ſunt partes iuriſconſulti, aut iudicis, ſi dubium ſit in ſententia, vt ſupra, l. & ideo.

In L. 14.

1 *Ratio quid ſignificet ex Coraſio.*
2 *Ius, & ratio iuris aduerſus eum differunt.*
3 *Receptum dicitur, quod in mores, & conſuetudinem tranſit.*
4 *Stipulatio ſine conſenſu nulla eſt.*
5 *Diffinitio contractus ex Theophilo.*
6 *Aliud eſt receptum eſſe, aliud eſſe conſtitutum.*
7 *Quędam conſequuntur poſito actu, quaedam poſita ratione actus.*
8 *Qui vult anteced**ẽ**s, vult etiam ſuum neceſſarium conſequ**ẽ**s.*
9 *Accurſij ad huius legis declarationem exempla varia.*
10 *Exemplum Coraſij ex l. ſi domus, §. ſi pecunia, ff. de leg. p.*
11 *Coraſij in ea re notatus error.*
12 *Exemplum Auctoris ex l. Iubemus, C. Ad Trebell. vtiliter declaratum.*
*Quod ibi obtinet in liberis primi gradus, ne fructus computentur in quartam ad par**ẽ**tes primi gradus nõ trahitur.*
13 *Limitatur lex iſta, ſi productio fiat ex maioritate rationis.*
14 *Maiori ſummæ ineſt minor.*
15 *L. ob æs C. de præd. min. obtinet multo magis in cauſa famis.*
16 *Paria ſunt aliquid non fieri, vel fieri inutiliter.*
17 *Facilius confirmatur aliquid inutile, quàm quod aliquid introducatur de nouo.*

L. XIIII. Paulus libro 54. ad edictum.

QVOD verò contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias.

RA-

RATIONEM IVRIS. Hoc idem caput relatum eſt in l. quod contra, ff. de reg. iur. Ratio † tum hic, tum alibi ſæpe pro ſtricto, ſubtili, exactoq; iure, quod cortici verborum adhęret accipi videtur d.l. quod contra, & l. nulla, inf. eod. ita Coras. hic nu. 1. Quod plane falſum mihi videtur, neque enim idem ſunt ius ipſum, & ratio iuris; nam fruſtra diceremus eandem rationem idem poſtulare ius, l. illud. ff. ad leg. Aquil. Sed hanc ſtricti inris rationem cenſendā eſſe non dubito, quæ non inhæret verbis, cum ſemper generalius vſurpetur, ne ſit eadem cum dicto, ſed eo generalior. Differunt
2 † penes me, aliquid recipere contra ius, vel contra rationem iuris: Primo caſu ius contrario iure tolli videtur. Secundo non ita, ſed ceſſat eo caſu. Paulus itaq; videtur contrahere Iuliani & Vlpiani ſententiam ad ea, quæ vniuerſali iuri, eiuſq; rationi reſpondent, vt liceat tunc procedere de ſimilibus ad ſimilia, cum à generali, non a ſingulari iure proceſſus iſte deſumitur. Et ideo id, quod recipitur ſecundum iuris rationem poterit produci ad conſequentias. Ratio diuerſitatis eſt, quoniam hoc modo tum lex, tum ratio legis hac productione conſeruantur. At per contrarium quo plura ſunt, quę recipimus contra rationem iuris, eo magis iuris finem perſtringimus, atq; in anguſtum redigimus.

3 *RECEPTVM EST.* Receptum † eſſe id maximę videri ſolet, quod in mores, & conſuetudinem tranſit. Sic Scęuola Iuliani ſententiam receptam dixit in l. gallus. §. vlt. ff. de lib. & poſt. vt duobus capitibus legis cōmixtis induceretur lex, ne rūperētur teſtamenta. Eodē plane ſenſu Vlp. in l. p. ff. de Senat. ait *nec vſquam relatū, nec receptum eſſe*, vt matres cōſulariū cōſulares ſint. Et ad rem noſtrā Caius in l. Seruū, ff. rem pup. ſal. fo. ait, *ſi præſēs ſit pupillus, & fari poſsit, etiā ſi eius ætatis erit, vt nō intelligat quid agat tamen propter vtilitatē receptū eſt recte eum ſtipulari, & agere.* Id certè contra rationem iuris receptum eſt ob defectum conſenſus, ſine quo † nulla eſſe ſtipulatio ſolet, l. p. § . adeo. ff. de pac. Ratio iuris exigit, vt in vnoquoq; contractu vtriuſq; contrahentis conſenſus interueniat, argumento l. Sicut, C. de act. & oblig. quæ vel a diffinitione

contractus tradita per Theoph. Inſt. de oblig. prope finem cō modiſsime ſumeretur. Ille ibi diffinit, *Contractus eſt duorum, pluriùmue in idem conuentio, & conſenſus ad conſtituendam obligationem, vt alter alteri fiat obnoxius*. Sed cum id in pupillo receptum ſit non eſt producendum ad conſequentias. Etſi ita
6 interpretamur † aliud erit acceptum eſſe, aliud conſtitutū eſſe, & de ijs, quę conſtituta ſunt, capita ſequētia tractare videntur.

7 *CONSEQVENTIAS*. Quædam † conſequuntur poſito actu, quædam poſita ratione actus: quę conſequūtur actū, ad hanc legem non pertinent. Ideo Caius in d. l. ſeruum, vbi dixit, *rectè pupillum ſtipulari*, ſubiecit & *agere*. Nam ſtipulationem actio ex ſtipulatu, vel certi condictio conſequitur, Inſt. de verb. oblig. in princ. Stipulatio verborum obligationem parit, nam ob eā ſit, l. 5. §. conuentionales. ff. de verb. oblig. obligatio parit actionem, l. licet. §. ea obligatio, ff. de procur. Cum itaque aliquid contra rationē iuris receptum eſt illud ſtatim producitur ad ea omnia, quę conſequuntur id, quod rece-
8 ptum eſt propter regulam iuris, quod qui vult † aliquod antecedens, ſuum etiam neceſſarium conſequens velle intelligitur, §. ſi ab hoſtibus, Inſt. Quib. mod. ius patr. poteſt. ſol. Cæterum conſequentias hic exiſtimat Paulus, non pro relationē ad actū, ſed ad rationem eius, quod agitur. Accurſius affert exempla
9 nonnulla. Primū † ne priuilegium hypotecæ mulieri competens, cum competat, & filijs ad extraneos hęredes producatur iuxta l. aſsiduis cum glo. in ver. eis, C. qui pot. in pig. hab. eſt enim contra iuris regulam; qua prior tempore prior etiam eſt in iure d. l. ver. duabus. Secundum ſumit ex l. p. in fi. inf. tit. prox. At ibi nō de eo agitur, quod receptū eſt, vt hic, quanquam eadem ratio ſit, & in ſingulari iure, & in perſonali conſtitutione, vt non trahantur ad exemplum, non tamen ſunt idem. Tertium ſumit ex l. 2. C. de patr. qui fil. diſtr. vt filius e contra patrem diſtrahere non poſsit. Sed pater diſtrahit iure patriæ poteſtatis, quo olim licebat etiam occidere, l. in ſuis, ff. de lib. & poſth. at filius nullum ius habet in patre; & eandem fere con tineret repugnantiam, quam ſi diceremus, dominū a ſeruo vendi poſſe. Nulla igitur ratio productionis adeſſet, etiamſi lici-

10 ta productio foret. Affert Coraſ. † exempli cauſa ſpeciem Vlpiani in l. ſi domus, §. in pecunia, ff. de leg. p. Qui ſi hęres ſeruum hæreditarium pręſtare recuſet, forte patrem ſuum, vel matrem, vel fratres naturales æquiſsimum ait *ex hac cauſa æſtimationem officio inducis præſtare*. At, cum alicui poculum legatum eſt, & velit hęres ęſtimationem præſtare, quia iniquum dicat id ſeparari a ſe, non impetrabit a Pretore. Et ita quod in perſona recipitur, ad res non producitur ex eodem affectionis argumento, quod dura ſeparatio ſit. At Vlp. ſubijcit ibi, *Alia enim conditio eſt hominis; alia cæterarum rerum*. In hominibus enim benigna ratione receptum eſt, quod ſupra probauimus. Igitur negat productionem, quia non ſit ratio ſimilis, non quia primum contra rationem receptum ſit. Et quidem contra eam rationem eſt, quæ iubet quiſque vti legaſſet, rei ita ius eſſe. l. verbis legis, ff. de verb. ſignif. & quod lega. tum ab hęrede præſtari debeat, §. p. Inſt. de leg. Ad id tamen non reſpicit Vlp. Quinimmo productio quædam ibi legitur de patre, &
11 matre ad fratres; quod non ſatis † expendit Coraſius. Igitur ſtatuendum eſt, quod hic Paulus ait facile faciendum non eſſę, non autem nunquam eſſe faciendum. Faciendum eſt autem, cum ex hoc relaxatio quędam iuris ſequitur. Non eſt faciendum cum euerſio. Ideo dura ſeparatio perſonarũ cum viſa fuerit illud in coniunctis perſonis recipere, laxamentum iuris dici poterit, quo ęquiſsimam dicitur. At producere illud ad res erat ius euertere non relaxare. Toties ergo hæc productio vitanda eſt, quoties euertit ius magis quam duritiem lenire videatur; toties facienda erit, quoties non tam euertere ius, quàm dirigere, ac emendare videbitur: quam laxamenti rationem ſuggerit eo loci Vlpianus, dum æquiſsimũ eſſe ait illud primum. Quoniam ęquitas laxamentum eſt quoddam, vt tertio libro dictum eſt. Exemplum omnium accommodatiſsi-
12 mum deſumi poteſt ex l. Iubemus, C. ad Trebell. qua ſancitur liberis primi gradus fructus in quartam ex Trebel. non eſſe imputandos, quod contra iuris rationem recipi exploratiſsimum eſt l. in fideicommiſſariam, ff Ad Trebell. hęc enim imputatio reddit pleniorem fideicommiſsi reſtitutionem. Quæritur tamen, an quod in liberis primi gradus conſtitutũ eſt id in aſcẽ-

dentibus primi gradus obtinere poſsit per productionem ad cõſequentias. Videtur par adeſſe ratio, l. nam & ſi ff. de inoff. teſt. & paritas gradus, facit l. non poſſunt, & l. nam vt ait, ſup. eod. Contrarium tamen decidit Bartolus in dicta l. in fideicom miſs. & Alexander ſequitur, & communiter recipitur quicquid in Curia Delphinatus iudicatum referat Guid. pap. q. 473. & apertiſsime probatur ex hac lege. Quoniam id, quod producere volumus, non eſt ſecundum rationem iuris, quo caſu obtinerent, l. non poſſunt, & l. nam vt ait, ſed contra rationẽ iuris; & rectiſsimè cum dubitari poſſet, an filiorum appellatione venirent nepotes ad liberos primi gradus eam retuliſſe videtur. Attamen & ſi productio hæc fieri non poſsit ex paritate, vel idẽtitate rationis, quominus a duerſemur iuri generaliter ſcripto,
13 eiuſq; rationi; fieri tamen † poterit ex maioritate rationis. Inſignis eſt locus in l. vnica in fin. princ. C. de rei vxor. act. vbi cum ſtipulationem intelligi adhibitam fuiſſe, ſi interpoſita non eſſet, Iuſt. decreuerit, ait, *multo magis etiamſi inutilis eſt, validam eam effici*. Et ita quod contra rationem iuris introductũ eſt, producit ad conſequentias ex maioritate rationis. Neq; obijciat quis eam productionem fieri Imperatori conſtitutione, vt in ſeruo corrupto deducit Accurſ. l. vt tantũ ff. de ſeru. corrup. quę vtilem tribuit pro filio corrupto, eoq; nomine ait vtiliter extendi, l. ſiquis ſeruo, C. de fur. & ſeru. corrup. quod non inficior, quia etiam idem licuiſſe Iuriſprudentibus in ſpecie ſuperiori conſtanter exiſtimo. Niſi fortè quiſpiam non inſubtiliter dixerit, hic nullam adeſſe productionem, ſed vnũ ca-
14 ſum ſub altero contineri. Vt enim maiori ſummę † ineſt minor l. minor, §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. obligat. ſic quia magis eſt fingere ſtipulationem, vbi nulla ſit, quàm inutilem confirmare, qui primum decernit, videatur vtrumq; decernere, quod
15 ei alterum videatur ineſſe. Similiter l. ob æs †, C. de pręd. min. obtinebit, ſi alioquin fame minor pereat, plus enim eſt vrgeri
16 fame, quàm ęre alieno. Ex ijs conſtat vulgatum † illud, paria eſſe aliquid non fieri, vel fieri, & fieri inutiliter, l. quoties, ff. Qui ſatisd. cogant. non omni ratione verum eſſe, quia alterum altero ab eo, quod vtile eſt remotius eſt, & facilius con-
17 firmatur †, quod inutile eſt, quam de nouo aliquid introduca-

Ii 2 tur

tur argumento l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieiur. Paria ſanè ſunt, quouſq; alterum maneat inutile, quia ſine effectu. In reliquis minime paria. Inutile enim ad id, quod eſt, accedit aliqua ratione, non ens autem nullo modo.

In L. 15.

1 *Regulæ firmiter inhærendum eſt.*
2 *Teſtamentum imperfectum inter liberos valet.*
Declaratur, ſi imperfectum ſit ratione ſolemnitatis, non ſi ratione voluntatis, nu. 10.
3 *Iuris regula pendent ex ratione iuris.*
4 *L. ſi ſeruum, §. ſequitur, cum, §. vlt. ff. de verb. oblig. declaratur.*
5 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
6 *Officium Iudicis nullam ſuppoſiti obligationem.*
7 *Stipulatio hominis mortui inutilis eſt.*
8 *Nemo debet poſſe ſuo facto propriam tollere obligationem.*
9 *Obligationem culpa interueniente perpetuari publicam continet vtilitatem.*
11 *Perfectio teſtamenti refertur ad quatuor ex Baldo ad materiam, ad formam, ad ſolemnitatem, ad confirmationem.*
12 *Cauſa pia in teſtamento imperfecto liberis æquiparatur.*
13 *Nomen teſtis ſcribi debet cum duabus ſaltem demonſtrationibus.*
14 *Locus loci in teſtamento ſcribi debet.*
15 *Conſenſus eſt materia remota ſtipulationis.*

L. XV. Iulianus. Lib. 27. digeſtorum.

IN IIS. quæ contra rationem iuris conſtituta ſunt, non poſſumus ſequi regulas iuris.

IN

IN IIS. Ex ratione dubitādi ad hanc legem inſinuari vi-
1 detur quo ad fieri poſsit, firmiter eſſe regulæ † inhęrendū, vt docuit Accurſ. in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. id enim continet, vt quouſque poſsimus regulas iuris ſequamur. Poterat autem dubitatio ſumi ex quibuſdam, vel ijs ſimilibus.
2 Imperfectum teſtamentum inter liberos valet † eorum ſpeciali fauore, & gratia, l. hac conſultiſsima, §. ex imperfecto, C. de teſtam. quod contra regulas iuris eſt. l. ſi vnus eod. tit. l. ſi quando, C. de inoff. teſtam. Nihilominus ſequimur regulas iuris, vt voluntatis imperfectione vitietur iuxta regulam, l. ſi quis cū, ff. de teſt. l. furioſum, C. qui teſt. face. poſſ. Nam cum valeat imperfectum aliquo caſu, non videbatur cęteris regulis de perfecto teſtamento ſubiacere, quaſi illi teſtamento poſitæ forent, quod non poſſet valere, niſi perfectum. Sic etiam cum vtilitatis gratia receptum ſit, pupillum ſtipulari poſſe, rem ſuam ſaluam fore, ſi fari poſsit, licet non intelligat, quod eſt contra regulam l. p. §. adeo ff. de pact. qua cauetur, nullam eſſe ſtipulationem, quę non habeat in ſe conſenſum; attamen requirimus, vt fari poſsit. l. ſeruus, ff. Rem pupil. ſaluam fore, vt ſequamur regulam iuris aliam, quod ſtipulatio confici non poſsit, niſi vtroq; loquente, l. p. ff. de verb. obligat. Contrarium tamen Iulianus reſpondet; Vt vero ratio huius deciſionis ſplēdeſcere poſſit, conſtituendum eſt, quid communne habeant inter ſe ratio iuris, & iuris regula. Et ſane vt Paulus ait in l. p. ff. de reg. iur. *Regula eſt, quæ rem, eſt, breuiter enarrat, non ut ex regula ius ſu-*
3 *matur, ſed ex iure, quod eſt regula fiat.* Ex ijs intelligitur † cū regula ſumatur ex iure, non alia eā ratione conſtare poſſe, quam ius ipſum, a quo ſumitur; quod igitur eſt contra rationem iuris, conſequitur eſſe contra eiuſdem iuris regulam, vt nihil minus regulę ipſi quàm iuris rationi repugnare videatur, quoniam ex ratione iuris ad eiuſdem iuris regulam peruenimus. Quod vt vtiliter explicetur, affero eiuſdem Pauli pulcherrimā
4 ſpeciem, in l. † ſi ſeruum, §. ſequitur vſq; in fi. legis, ff. de verb. obligat. Veteres conſtituerunt, vt ibidem refert, quoties culpa interuenit debitoris perpetuari obligationem. Et effectus cōſtitutionis eſt, vt ſi Sempronius Caio Stichum debeat; & occidat, nihilominus Stichus peti ponit, vt ibi in. §. vlt. Quod certè

contra

contra rationem iuris, iuriſq; duas potiſsimum regulas intro-
5 ductum eſt. Altera eſt, quod † non entis nullæ ſint qualitates, l. eius qui, ff. Si cert. pet. ac ideo nulla ſolet eſſe obligatio eius, quod per naturam ſolui impoſsibile eſt, l. ſi ſtipuler, ff. de verb. obligat. Altera eſt, vt euitetur circuitus inutilis, neq; fruſtra petat actor, quod conſequi non poteſt, cũ neceſſe ſit fieri condemnationem in pecunia numerata, non videbatur intereſſe ſtipulatoris hominem petere, quem conſequi nõ poſſet; & ideo recta via id, quod intereſt, petendum videbatur, argumento. l. Dominus qui teſtamento, ff. de condictione indeb. Sed cum ob interuentum culpę recedamus ab ijs regulis, & earum iure; ad eo vt etiam hominem mortuum petere poſsimus; quęritur apud Paulum, an illa obligatio ita perpetuata homine adhuc mortuo nouari poſsit, & ait Paulus de hoc dubitari. *Quia nec hominem, qui non eſt, nec pecuniam, quæ non debetur ſtipulari poſſumus.* Nam condemnatio etiam ſi in pecuniam eo ca-
6 ſu fiat fit tamen officio Iudicis, quod † nullã ſupponit obligationem, l. qui per colluſionem, §. p. ff. de act. empt. Et ait, *ego puto nouationem fieri poſſe, ſi hoc actum ſit inter partes, quod Iuliano placet.* Sumit itaq; Paulus rationem dubitandi ex re-
7 gulis iuris, quarum altera eſt, inutilem † eſſe ſtipulationem hominis mortui, d l. ſi ſtipuler. ff. de verb. oblig. §. p. Inſt. de inut. ſtipul. Et hęc prohibet nouationem reſpectu hominis. Altera eſt, non poſſe nouari id, quod nullo modo debetur, l. p. ff. de nouat. & hæc pecuniam reſpicit. Sed cum contra rationem iuris receptum ſit, hanc obligationem perpetuari, iam non poſſumus ſequi illas iuris regulas, quæ ea iuris ratione nituntur, & ab eo iure deſcendunt, contra quod receptum eſt hanc obligationem perpetuari; itaq; alio iure nobis vtendũ eſt, quoniam alioquin fruſtra id contra rationem illam iuris introductum eſſet. Placuit autẽ veteribus ab ordinario iure recedere in hac ſpecie,
8 ne quis facto † ſuo propriam tolleret obligationem contra l. ſicut, C. de act. & oblig. & l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. Quibus maxime repugnat, vt quam quis ſolo ſuo facto obligationem non introduxit, ſeruum occidendo poſsit ſuo facto tollere. Et quamquam certum ſit, ſtipulatori non poſſe mortuo iam ſeruo aliud ſolui, quam illud, quod intereſt, & ſatis hoc

nomine

nomine ei conſultũ ſit, nec aliter conſuli poſsit, ea tamen con-
9 ſtitutio de obligatione perpetuanda † non priuatam, ſed publi-
cam reſpicit vtilitatem, & non priuati iuris ſed publici conſer-
uationem. Non ergo intuitu ſtipulatoris obligationem perpe-
tuant ſed publico intuitu, quia vtile eſt, certos eſſe modos in-
ducendę, vel tollendę obligationis, l. obligationum fere, §. pla-
cet, ff. de act. & oblig. Ex hac Pauli ſpecie perſpicuum eſſe po
teſt verba legis huius ad eas duntaxat regulas pertinere, quę ex
eo iure ſumuntur, contra cuius rationem aliquid introductum
eſt. Ideoq; in ceteris quantum fieri poteſt, ſequi debemus re
gulas iuris; Tum etiam compertũ eſt, qua ratione non obſtent
ea, quæ in contrariũ adducta ſunt. Nam quod attinet ad primã
rationem de teſtamento imperfecto; non abſolute recipitur om
10 nis imperfectio † ſed imperfectio reſpectu ſolemnitatũ. Per-
11 fectio enim teſtaměti referri poteſt ad quatuor †, vt tradit Bal.
in l. p. ff. de teſtam. ad materiam, ad formam, ad ſolemnitatem.
ad confirmationem. Igitur cum inibi remittatur ſola imper-
fectio ſolemnitatis, quoad eam ſolam, non poſſumus ſequi re-
gulas iuris; in ceteris poſſumus, & ideo requiritur, vt ſit perfe-
ctum ratione voluntatis, ac ita ſentiunt Bal. Caſtr. & alij tum
in d. §. ex impefecto, tum in d. l. ſiquis cum, quod maxime no-
12 tandum eſt pro teſtamentis ad pias cauſſas, quę † eadem priui-
legia ſortiuntur ob iuris ęquiparationem, vt per Tiraq. de pri-
uil. pię cau. priu. 2. Socc. Iun. conſ. 64. nu. 11. vol. 4. Et ideo
alias reſpondi ſuper quodam teſtamento, in quo erat inſtituta
Eccleſia illud non fore executioni demandandũ, quia duo cum
tantum teſtes adeſſent, alterius nomen ſine cognomine ſcriptũ
erat, tum dictum erat in domo, non autem locus loci deſigna-
tus apparebat; non quia non valeret teſtamentũ imperfectum
ratione pię cauſę; ſed quia ſit remiſſa perfectio ſolemnitatis, nõ
autem probationis; ideòq; debeat legitime probari per duos te
ſtes, licet non ſolemniter per l. vbi numerus. ff. de teſti. neq; vi-
13 deatur teſtis legitimè deſignatus † per ſolius nominis expreſ-
ſionem, cum requirantur vltra nomen ſaltem duę demonſtra-
tiones, Alex. conſ. 153. nu. 4. vol. 2. Ruin. conſ. 11. nu. 15. &
ſeq. vol. 3. Socc. Iun. d. conſ. 64. nu. 3. Tum maxime ex. c. re-
latum el. p. extra de teſtamentis. ibi *tribus, aut duobus legiti-*
mis

mis teſtibus requiſitis, neq; enim ijs demonſtrationibus prætermiſsis intelligi poteſt, an legitimi ſint. Sic etiam reſpectu deſignationis loci debuit teſtamentum eſſe perfectũ, quod hoc idem concernat probationem, non ſolemnitatem, & ob id receptum eſt locum loci † exprimi debere, vt contrarium probari poſsit Bart. in l. de pupillo, §. qui nunciat, nu. 2. ff. de no. oper. nunc. vbi de communi, & in puncto Caſtr. conſ. 420. Viſo, & examinato nu. 1 lib. 2. vbi & de conſuetudine teſtatur Alex. conſ. 59. nu 5. lib. 2. Denique nullum facit negocium l. ſeruũ, ff. rem pupil. ſal. ſo. quoniam vt in l. p. ff. de verb. oblig. hoc anno diſputaui, non conſenſus, ſed verba pertinent ad materiam ſtipulationis, eſt enim cõſenſus † materia quędam valde remota cum qua viſum eſt facilius, quàm cum proxima ſtipulationis materia potuiſſe diſpenſari. Neq; propterea ſequitur regulas iuris in eo, quod contra rationem iuris introductum eſt, ſed in alio.

NON POSSVMVS. Abnegatur potẽtia propter repugnantiam, argumento l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur: repugnat enim in eo, quod contra rationem iuris conſtitutum eſt, ſequi regulam eiuſdem iuris eo modo, quo ſequi ius ipſum ex quo regula fit.

REGVLAS Regula hic accipitur eo ſenſu quo in l. p. ff. de reg. iur. non vt in l. 2. ſuper eod. quoniam regulam illam ſemper ſequimur, ab iſta verò aliquando recedimus. Videtur autem caput huius legis, tum ad legiſlatorem, tum ad iudicem pertinere, & ęque ad leges, & ſententias ferẽdas aptari commodiſsime, vti accidentia requirunt iudicem adiri, vel Imperatorem iuxta notata in l. & ideo, & in l. ſeq. ſup. eod.

In L. 16.

1 *Ius vniuerſale à ſingulari diſtinguitur.*
2 *Aequitas dum ſcribitur, efficitur ius ſingulare.*
3 *Quid interſit inter æquitatem, & ſingulare ius.*
4 *Senatuſconſultum Velleianum continet ius ſingulare.*

5 *Contractus ab initio volũtatis ſunt, ex poſt facto neceſsitatis.*
6 *Minor læſus reſtituitur aduerſus hanc neceſsitatem.*
7 *Non ſi ipſius minoris dolus interuenerit, aut in minimo ſit læſus.*
8 *Non rectè quidam conſtituunt ius ſingulare eſſe ius excipiēdi*
9 *Ex iure ſingulari etiam regulę fiunt.*
10 *Ius ſingulare latius patet, quàm ius priuilegiatum.*
11 *Tenor rationis quis ſit.*
12 *Lex conſiderari poteſt, & per ſe, & in ordine cæterarum legum.*
13 *Ius singulare, cur aliqua vtilitate nitatur.*
14 *Ratio deducitur cur idem facilius tollatur, quàm ius cõmune*
15 *In iure communi maior vtilitas ſemper elucet.*
16 *L. proſpexit, ff. qui, & a quib. præter alios diligentiſſime declaratur.*
17 *Bartoli ad eam error depræhenditur.*

L. XVI. Paulus libro ſingulari de iure ſingulari.

IVS ſingulare eſt, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate conſtituentium introductum eſt.

IVS ſingulare eſt; nõ quia in ſingularem perſonam introductum ſit, ſed intuitu iuris vniuerſalis. Ius enim ipſum
1 eſt vniuerſale, vel ſingulare: Vniuerſale † in omne genus perſonarum edicitur, ſingulare verò non in ſingularem perſonam, quia nec ius eſt, ſed in ſingulare perſonarũ genus. Quoq ita dignoſci poteſt: Depoſitum eſſe reddendũ ius vniuerſale eſt, non eſſe reddendum latroni, aut capitali crimine damnato poſt publicationem bonorum ius ſingulare eſt; vt ũque ſcriptum in l. bona fides, ff. depo. Et ſi ea retineamus, quę tertio libro explicata ſunt, ius ſingulare eſt ęquitas ſcripta. Dixi quidem æqui-

tatem ſcriptam minime concedi, ſed verum eſt, quum ſcribitur, effici ius legitimum; at non vniuerſale, ſed ſingulare, & in
2 hanc iuris ſpeciem † incidit æquitas, dum ſcribitur, ac nomen
3 deſerit æquitatis. Illud verò diſtat † inter æquitatem, & ius hoc ſingulare, quod æquitas antecedit, ius hoc conſequitur æquitatem. Illa emendat ius vniuerſale, eo modo, quem explicaui. Ius autem hoc derogat, æquitas eſt circa ſingula; ius ſingulare & ipſum vniuerſaliter edicitur, & cũ ſtatuat æquitas, Titio furioſo gladium non eſſe reddendum; ius ſingulare non eſt circa Titium, ſed ex Titio ad quemlibet furioſum inferens, ſtatuit furioſo gladium non eſſe reddendum. Idem ergo ius, & ſingulare, & vniuerſale eſt; Vniuerſalem, ſi ad æquitatem reſpexeris, quæ verſatur circa ſingula; Singulare: quoniam non eſt vniuerſale abſolutum, vtrumq; enim conſiderat Ariſt. lib. 5. Ethic. c. 10. quod vniuerſaliter, & abſolute legiſlator loquutus ſit. Abſolute loquitur, qui dicit depoſitum eſſe reddendum, vel ne; qualitatem adiungit, qui dicit furioſo latroni reo damnato non eſſe reddendum. Eſt aut ſingularis qualitas adiuncta non ſingularis perſona, & ideo non obſtat l. iura ſupra cod. Quadrat etiã Accurſij exẽplũ de Senatuſconſulto Velleiano, nã fideiubẽtem obligari vniuerſaliter deduci videtur ex l. ſicut, C. de act. & oblig. ex toto tit. de fideiuſſoribus. Mulierem fideiubentem
4 non obligari, ex Velleiano eſt, ſingulare † quidem ius ad illius vniuerſalis differentiam. Non ſingulare, quia de Lucretia, aut Camilla ſtatuat Senatuſconſultum: In Lucretia potuit æquum eſſe, at in omni muliere non tam æquum, quàm iuſtum eſt. Falluntur qui ius ſingulare ius æquum putant; eſt enim ius legitimum ab æquitate deductum, non tamen ipſum eſt æquum, nam & ſuis caſibus poterit ab æquitate emendari. Contractus
5 † ex poſt facto neceſſarios eſſe, & ſemel conſtitutæ obligationi renunciari non poſſe; vniuerſale ius eſt, d. l. ſicut. Mino-
6 res † læſos, atque deceptos ab ea obligatione diſcedere benefi-
7 cio reſtitutionis ius ſingulare eſt. Aliquando † eſt emẽdatum, ne minoribus decipientibus illud remedium opituletur, ne ve ob minimam læſionem l. 2. C. ſi minor ſe maior. dixe. l. ſcio ff. de reſt. in integ. & caſu occurrente ante eas latas leges non deficit æquitatis emendatio; & poſtea ipſa emẽdatio in ius

ſin-

ſingulare conuerſa eſt, ſed ita videtur vtrunque ſingulare, & quidem eſt, ſed prius illud eſt etiam vniuerſale, ac quaſi genus ſubalternum, quod reſpectu ſuperiorum ſpecies eſt, & ad inferiora ſe habet vt genus. Illud de minoribus reſtituendis vniuerſale, ac ſingulare dici poteſt. Itaq; primũ edicitur nemini licere à ſemel conſtituta obligatione recedere. Tum ſingulari qualitate adiecta receditur, licere minoribus lęſis. Amplius ſuperaddita qualitate doli vel minimi, neq; decipientibus minoribus licere, neq; in minimo lęſis. At videbitur quibuſdam nos ex duplicata qualitate non deſcendere ad ius magis ſingulare, ſed ad vniuerſale redire, quod eſt falſum; quia ius eſt ſingulare ob qualitates adiũctas, ob quas eſſe non poteſt abſolutũ, neq; tam redit ad vniuerſale primum quam ſecundo vniuerſali
8 contradicit. Hinc detegitur error † eorum, qui ius ſingulare conſtituunt omnem exceptionem de regula, quia & ex iure ſin-
9 gulari † regula conſtituitur, l. ob æs, C. de præd. min. l. quoties ff. de reg. iur. Male etiam Accurſius ad iuris vſurpat communis differentiam, quia & ius ſingulare eſt commune præceptũ, & ita ius commune, l. p. ſup. eod. niſi commune ſumatur pro vniuerſali; ſed ius commune interdũ ponitur ad differentiam iuris priuilegiati, l. ſi non ſpeciali, C. de teſtam. l. eius, §. militia, ff. de milit. teſt. & hoc ipſum ius ſingulare eſt, ſed non om-
10 ne, latius ergo † patet iuris ſingulari appellatio.

QVOD CONTRA TENOREM RATIONIS.

Paulus idem, & Iulianus in ll. proxime pręcedentibus dixerũt contra rationem iuris, non contra tenorem rationis. Sed ad idem reſpiciunt, & rationem pro tenore vſurpant. Eſt autem
1 rationis tenor, ipſius † rationis aſpectus, ideſt proxima ratio, quę ſe ſe nobis offert. Ita tenorem inſtrumenti, vel ſcripturæ pro prima ipſius facie vſurpamus. Duplex autem ſe ſe offert ratio iuris, altera primo aſpectu; altera poſtremo primus aſpectus rationem indicat illius iuris in ea re, vel negotio conſtituti; veluti ius eſt, depoſitum eſſe reddendum, ratio obuia eſt, ne lo cupleteris cũ alterius iactura, ac ne deponentis fidem fallas, & hęc eſt ratio in illa depoſiti lege. Sed quemadmodum lex illa legi vniuerſali reſpondet, quę publicam ſalutem intendit, ac

 ciues

ciues bonos efficit & quidam eſt ordo legum, quo inter ſe col-
ligantur, l. bona fides, ff. depoſiti, firmiorem rationem repe-
ries, quę communem omnium vtilitatem coſiderat, cui con-
tradicit reddi furioſo gladium, & latroni ſpolia, domino vendi-
12 cante. Ergo † aut legem aliquam per ſe conſideras; & ius ſin-
gulare eſt contra rationem illius iuris, aut eandem in ipſo legũ
ordine colligatam, & inuicem non contradicunt, ſed iuri le-
gitimo cohęrent. & illud ex vtroque conſtat, & vtrunq; ſubij-
citur ęquitati, & illi cedit.

PROPTER ALIQVAM VTILITATEM, Non eſt aliqua hæc vtilitas, quaſi particularis, nam cõmunem vtilitatem ius omne quærit, vt finem, in quem dirigatur, vt ſecundo libro explicatum eſt, & priuatã vtilitatem, quæ non in cõmunem dirigeretur perperam quęreret; quoniam ea non eſt finis vltimus, & niſi in communem conſentiat vtilitatem, non eſt vtilitas; ſed velamento vtilitatis cooperta pernicies. Aliquam ergo dicit vtilitatem intuitu ſingularis circumſtantię il-
lius, quę ius ſingulare conſtituit. Vt ſicut propter adiectam
13 qualitatem ius ſingulare eſt de aliquo, non de omni, ita † vtili-
tas dicitur aliqua, quod reperiatur in aliquo caſu. Hinc rectè
deducitur, quod hic not. Alberic. quod ius ſingulare facilius
14 tollitur †, quàm ius commune, nam etiam hoc rationem ha-
bet vtilitatis. quia maior eſt vtilitas in omni caſu, quàm in ali-
15 quo. Quar- † ea poſita neceſsitate, vt alterutrũ eſſet eligen-
dum, eligendum eſt magis beneficium reſtitutionis omnibus
denegari, quam omnibus concedi, ſucceſsiue reſtitui minores
etiam decipientes, quàm non reſtitui deceptos; duplici enim vti
litate poſita id ſequi debemus, quod eſt vtilius.

AVTHORITATE. Hinc liquere poteſt etiam ius ſingulare eſſe ius ſcriptum, & ab ęquitate diſtare, quæ prętei legem ſcripta eſt. Ex quo rectè deduci poterit, quid ſibi voluerit Cõſtantinus in l. p C. de legib. † inquiens, *Inter æquitatem, iuſq; interpoſitam interpretationem nobis ſolis & oportet, & licet inſpicere*. Ius dicit, depoſitum eſſe reddendum, æquitas, verò dicit non eſſe reddendum Titio furioſo. Pendet inter-

pretatio

pretatio an ex æquitate conſtituendũ ſit generaliter furioſo non eſſe reddendum; Titio non eſſe reddendum pronunciet iudex, argumento l. placuit, C. de iudic. Furioſo reddendum ſit, vel ne, ſtatuat Imperator; quoniam hæc eſt interpretatio poſita in ter ius, & æquitatem. Quod his verbis aperte probatur; quia ius ſingulare, non ſecus ac vniuerſale auctoritatem deſiderat conſtituentis. Quod ſi quis Iuriſperitus ita generaliter interpretetur, interpretatio illius auctoritate non facit ius, vt docuit Alber. de leg. iur. & Equ. c. 35. nu. 6. & ſeq. quãquam ad hunc locum minime reſpexerit. Et eiuſmodi interpretatio non verborum eſt, quę Iureconſultis permittitur, ſed ſententię, quoniã ęquitas emendat verba; ergo interpretatio quatenus ab æquitate pendet, tota refertur ad ſententiam, ac ideo ad Principem pertinet, vt probatur in l. & ideo ſupra eod. vbi hanc in interpretando differentiam adnotaui. Ac ita quidem d. l. placuit, d. l. p. recte conciliari videntur. Quod amplius ex ſingulari Vlpiani reſponſo minus commode adhuc ab alijs explicato ipſius ſententia declarata confirmandum exiſtimaui. Ait ille in l. proſpexit † ff. qui, & a quib. *Proſpexit legiſlator, ne mancipia per manumiſsionem quęſtioni ſubducantur, idcirco prohibuit ea manumitti, certumq; diem præſtituit, intra quem manumittere non liceat. Ipſa ergo quæ diuertit omnes omnino ſeruos ſuos manumittere, vel alienare prohibetur, quia, ita uerba faciunt, ut ne eum quidem ſeruum, qui extra miniſterium eius mulieris fuit, uel in agro, uel in prouincia poſsit manumittere, uel alienare, quod quidem per quàm durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt.* Aequitatis emẽdationem aduerſus eiuſmodi duritiem cur negligat Vlpia-
17 nus, cęteri non intelligunt. Bartolus † adnotauit, legem, quæ generaliter loquitur ex defectu rationis non eſſe reſtringendã, vt lucri amiſsio euitetur. Pręter rem inducit lucri, vel damni conſiderationem. Sed rectius dici videtur. Vlpianum ibi abſtinere à iure ſingulari, & ab interpretatione poſita inter ius, & ęquitatem, non ab ipſa ęquitate. Aequitas verſatur circa ſingula, non quęrit Vlpianus eo loci ſpeciem ex ęquitate diffiniendam, ſed de iure ſingulari ex cauſa introducendo, abſtinet, quod hoc nõ ſui muneris eſſet, ſed Imperatoris auctoritate fieri oporteret. Quod ſi in ſingulari ſpecie accidiſſet, Sulpitiam a-

marito

marito de adulterio accuſatam ſeruam in Hiſpania, vel in lon-ginquo, tempore adulterij prętenſi degentem manumiſiſſe, cōtra quem vel nullum minimum quærendi occurrat iudicium, puto iudicem aduerſus legem ratam eiuſmodi manumiſsionem habere poſſe innixum, l. placuit. C. de iudic. & eiuſdem legis argumento. Nam Vlpianus non ad ſpeciem ſingularem reſpexit, verum ad ſingulare ius, quod ex interpretatione inter ius, & ęquitatem poſita deſcendere, ac fluere poterat. Et quo argumento non audet ius illud inducere, eodem in relata ſpecie æquitatis vim latenter inſinuat, dum ait *ita verba faciunt;* nam error in verbis potiſsimum deſiderat æquitatem, ſed eo etiam reſpexit, ne durities illa vitio adſcriberetur legiſlatori, quod eſſet in verbis, non in ſententia; & ita iuriſdictio iudicis eam moderationem poterit admittere, quam verba non patiuntur, argumento, l. quamuis. ff. de in ius vocando. Tribonianus autem ęquitatem illam in ius recipere noluit, quod ius illud prohibitiuum non perpetuum foret, ſed ad tempus, ac ita modicum pręiudicij ſeruis afferret, argumento l. ſed & ſi, §. vlt. infra de iudic. faciunt quæ dixi in l. ex ijs ſupra hoc tit.

In L. 17.

1 *Celſus vterq; iuris ciuilis ſcientiam eſſe arbitratus videtur.*
2 *Argumentum in contrarium quod iuris non ſit ſcientia.*
3 *Celſus in l. ſi ſeruum, §. ſequitur, ff. de verb. oblig. a ſe ipſo conuincitur.*
4 *Ciuilis, ſiue legitimæ diſciplinæ finis non eſt cognitio.*
5 *Larga, & impropria ſignificatione ſcientia de iuris ciuilis cognitione prædicatur.*
6 *An ius ciuile ſit ars, dubitatur contra Vlpianum in l. p. ſupra de iuſt. & iur.*
7 *Ars a natura diſcernitur.*
8 *Ars nulla in ſe ipſa verſatur.*
9 *Iuſti, & iniuſti diſcrimen non recipitur in ſenſu, ſed in intellectu.*
10 *Artis nomen magis, quàm ſcientiæ conuenit iuri ciuili.*
11 *Artis nomen in latiſsima ſignificatione vſurpatur.*

Ana-

12 *Analogia explicatur, ſecundum quam ius ars rectè dicitur.*
13 *An in hac lege ſubaudienda ſit dictio taxatiua.*
14 *Probatur eſſe ſubaudiendam.*
15 *Verba legis negligenda non ſunt.*
16 *Eorum, qui contrarium defendunt, in proxima dubitatione conſequentia proſternitur.*
17 *Vera iſtius legis explicatio per uiam comparationis ex Domino Hieronymo Beneuolento.*
18 *Iacobus, & Albericus rectè poteſtatem vim extenſiuam interpretantur.*
19 *Reprahenditur eorum error, qui putant, Celſum ad æquitate reſpexiſſe.*
20 *Quæſtio quum uertitur inter uerba, & ſententiam quomodo dirimenda.*
21 *L. ſi alij, ff. de uſufr. leg. declaratur.*
22 *Dupliciter conſideratur aliquid agi propoſito, & diſpoſitione.*

L. XVII. Celſus: Lib. 26. digeſtorum.

SCIRE leges non eſt verba earum tenere, ſed cum, & poteſtatem.

1 SCIRE. Sentire videtur † Celſus, legum eſſe ſcientiam, quod etiam Celſus adoleſcens exiſtimaſſe viſus eſt in l. ſi ſeruum, §. ſequitur ibi *ſub authoritate iuris ſcientiæ, perniciosè (inquit) erratur*, ff. de verb. oblig. Sed Vlpianus artem, non ſcientiam iuris noſtri ſtudium eſſe voluit. Non eſſe ſcien-
2 tiam †, probatur tum ex parte rei, quam ſcire dicimur, tum ex modo ſciendi: Ex parte rei, quoniam non ſunt res neceſſariç, quç nunquam fiant, res etenim ſubiectæ, vt ad Rubricam declarauimus, humanç actiones ſunt, prout in his actum eſt refulgere iuſtum, & legitimum ergo, cum hçc iuris diſciplina ſit de rebus, quæ non ſunt per ſe, & neceſſario, ſed fiunt a nobis earum ſcientia eſſe non poteſt. Conſeqoentia patet ex Ariſt. Sexto Moral. c. 3. & c. 5. Nam c. 3. probat ſcientiam eſſe habitum

bitum demonſtratiuum, ac propterea, rerum,quæ neceſſario ita ſe habent, & nos ipſi exiſtimamus ſe aliter habere non poſſe. Tum c. 5. vbi demonſtrat, prudentiam non eſſe idem, quod ſcientiam, ait.n. *Scientia quidem propterea quia id quod in actionem uenit eſſe aliter poteſt*. At res,quæ ſubijciuntur legibus ex noſtra voluntate procedunt, & aguntur merito. Tum vero ex modo ſciendi (Celſi † teſtimoniū valeat)quoniam errari non poſſet, ſi eam animi certitudinem aſſequi poſſemus, qua ſciremus, rem aliter ſe habere non poſſe. Quare quod inquit *ſub auctoritate iuris ſcientiæ erratur* eſt illud adijcere,quod probat, non eſſe ſcientiam. Neq; illinc in contrariū aliter argumentari licet, quā ſi quis ex eo quod aliquis eſt homo mortuus colligere vellet, eum eſſe hominem. Vt enim in illo adiecto mortuus contrarietas ineſt, quę totam hominis naturam interimit, facitque ſolum hominis nomen æquiuocum remanere, ita adiunctū illud erroris ſcientię contrariatur, & illud idem oſtendit, non eſſe ſcientiam. Tandem & à fine comprobatur, quoniam ſcientię, finis eſt cognitio. Rerum verò agendarum, earūq;
4 diſciplinę,finis & actio,vel effectio. Quare nemo legibus † operam nauat, vt ſimpliciter ſciat leges, ſed earū adepta cognitione de iure reſpondeat, ſiue ius dicat, & Reipublicæ adminiſtrationi pręſit, §. vlt. Inſt. in proem. Quod ergo Celſus hic
5 ait *ſcire leges* † largo quodammodo accipiendū eſt, quatenus ſcientia ſumatur pro omni cognitione quęcunq; ſit, quo nomine ars etiā omnis docet & poteſt vocari ſciētia, propterea quod
6 cognitionem aliquam tradit. An ars † ſit etiam dubitari poteſt ars enim eſt habitus cum ratione vera effectiuus, vt tradit Ariſt. c. 4. lib. 6. Moral. Eorū enim omniū, quæ fiunt, a nobis quędam effici, quædam agi videntur, & effectio quidem ab actione diuerſa eſt, & non actionis,ſed effectionis artem eſſe neceſſe eſt, vt a Prudentia diſcernatur, quæ habitus eſt cum vera ratione actiuus circa ea, quæ bona, vel mala homini ſunt. Amplius arti opponitur inertia, vt ille docet;legi aut illegitimum iuri iniuria opponitur, in quibus magis in iniquitatem, aut vitiū, quàm inertiam damnamus. Et illegitimus non tam iners, quàm iniquus eſt. Tum eodem Vlpiano authore bonos efficere cupit, a malo deterret, æquū, ab iniquo, licitum, ab illicito diſcernit

id

id autem eſt agere, non efficere, & actio eiuſmodi eſt circa ea, quæ, bona, vel mala ſunt. Ergo ſtudium iuris non eſt ars. Quod vel ipſa comprobat diffinitio, quia boni, & ęqui non eſt ars, nam actio non effectio circa bona, vel mala conſideratur, ſiue habitus actiuus. Tum verò illud eſt proprium effectionis quod efficitur, vt extra edatur. Ideo Ariſt. lib. 2. Phyſ. dicit,
7 artem eſſe principium, operandi in alio, & hoc diſcrimine † artem à natura diſcernit, quod natura eſt principium operationis receptę in eo ipſo, in quo natura ineſt, quã dicũt operationem immanentem, ars verò eſt principium operationis in alio, quam transeuntem appellant; propterea in ipſo artis opere ars non ineſt, ſed extra eſt, nempe in animo artificis. Qua ratione Cõ
8 nanus lib. p. c. 3. nu. 4. dixit artem † nullam in ſe ipſa verſari, & aliud artem eſſe, aliud opus artis, ac ideo ius pro ſtudio vſurpare Vlpianum aſſeuerat, quod idem ſit cũ arte. Recipi autem in alio, pręterquam in corpore naturali opus artis non poteſt, quia omne opus artis eſt corporeum; ſed artis noſtrę operatio in animo recipitur, & in eo manet, eaq; operatio eſt ſine vlla ma-
9 teria, & iuſti, † & iniuſti diſcrimen non recipitur in ſenſu, ſed in anima intellectiua, vbi locus ſpecierum eſſe dicitur, vt per Ariſt. de anima lib. 3. tex. 6. merito proprie ars dici nequit.
10 Verùm per analogiam † quãdam & rectius quidem ars dici po-
11 teſt, quàm ſcientia, artis enim nomen, & in latiſsima † ſignificatione vſurpatur, vt quancunque mentis noſtrę artificioſam cogitationẽ, vel operationem ſignificet, & artificium in eo conſideratur, quod ad propoſitum finem ordinata per conuenientia media progrediatur, ſic & naturam ipſam lib. 3. c. 2. artificioſam diximus, ex Hippocratis ſententia, & ſcientijs ſpeculatiuis nomen artis aliquando tributum eſt; Minus late, ac minus impropriè, exceptis cõtemplatiuis ad omnes actiuas diſciplinas transfertur, proprie ad operis alicuius corporei effectionem.
12 Itaq; Vlpianus † inſpecta methodo iuris ciuilis quomodo per oportuna dirigat media in finem hunc, vt quis iuriſprudentiæ conſequatur habitum, ac propterea artificioſę tractationis intuitu artem viſus eſt appellare. Vel qua ratione ars dicitur, quæ eſt alicuius operis effectiua in corpore aliquo, ita per analogiam ars etiam dicatur ſtudium iuris ciuilis, quod iuriſpru-

dentiæ opus in ipſo efficiat animo.

13 *NON EST VERBA.* Dubitatur †, an ſubaudienda ſit dictio taxatiua, vt varijs in locis ſubaudiri not. Alc. in l. anniculus la. 2. & in l. prouinciales, ff. de verb. ſignif. & licet quibuſdam viſum ſit, non eſſe ſubaudiendam, quoniam eam ſubintelligere frequens eſt apud Iureconſultos, & a Celſo ſubintelle-
14 ctam exiſtimo ex more eorum. Mouet † me, quod aliàs imperfecta ſit iſtius regulæ collectio, nempe quod leges ſcire, ſit ſcire vim, & poteſtatem, non verba. At quicunq, ita verborũ ſcientiã diſcernit, diſcernat etiam id ſeparare, quo ſine, vt plurimũ, nec vim, nec poteſtatem intelligere valemus, argumento l. labeo, ff. de ſupell. leg. lex eſt conſtitutio ſcripta c. lex diſt.
15 p. qui verba † negliget, ſcripturam ipſam, ac propterea legem omnem negligere, & ignorare videbitur. Neq; verò quod obiectât conſequitur, quod ſcire verba ſit ſcire leges, concedo hoc eſſe falſum, ſed non hoc conſequitur, falſa enim eſt collectio diſiuncta, quæ coniuncta fieri debet hoc modo, vt ſcire non tantũ verba, ſed etiam vim, & poteſtatem ſit ſcire leges. Non diſiunctã, vt quodlibet eorũ per ſe ſit ſcire leges; id enim a Celſi intentione nimis abhorret. Vlpianus confirmat, quod aſſero in l. nominis, §. verborum, ff. de verb. ſignif. *Verbum ex legibus* (ait) *ſic accipiendum eſt, tam ex legũ ſententia, quàm ex uerbis*. & ita coniungit vtrunq; ; non abnegat de altero. Idem in l. proſpexit, ff. Qui, & a quib. ad verba legis ſe retuliſſe videtur, dum ſe in duram concluſionem incidiſſe animaduertit.

SED VIM. Pro ſenſu reſultante tam ex verbis, quàm ex ratione legis interpretor, Voluntas, & ſententia legis dicitur in l. non dubium, C. de legibus. Iniquum etenim eſt verbis legis niti contra eiuſdem legis voluntatem, neq; ſenſu potiora exiſtere debent, l. 3. C. de lib. præter. Sic lex, quę prohibet extrahi frumentum, de farina etiam ſentit propter identitatem rationis, & verba de frumento, & ſententiam de farina tenere debemus, alioquin non tenemus legem, ſed ſęua prærogatiua verborũ eludimus, contemnimus. Et in hac re ſi verba conſideramus, extenſio eſt, ſi mentem, comprehenſio. Sic

vim.

vim, & ſententiam edicti optime tenuit Vlpianus in l. ſiquis id quod Inf. de iuriſdictione omn. iud. Tum Senatuſconſulti Macedoniani Iulianus in l. ſi filiusfamilias in fi. infr. ad Macedon. quod hic Accurſ. notat.

ET POTESTATEM. Specioſam in his tribus explicandis
17 Hieronymus † Beneuolentus comparationem afferre ſolet. Ignem, vel materiam quancunq; ignitam, ſi conſideremus, tria quædam reſpiciemus, quibus hæc in quibus ſcientia legum verſatur, maxime reſpondēt. Materiam ipſam, nempe lignum, vel aliam quamlibet, tum ignē inhærentem, & in ea ardentem, tertio calorem, qui circum diffunditur. Verba legis, materię vicem gerunt, uis eiuſdem igni comparatur, poteſtas verò calori. Calefacit ignis eam aeris partem, quam non attingit, ſic ſententia legis Velleæ aliquando iuuat caſus Galli, qui ad eam non pertinent, l. Gallus, §. & quid ſi tantum, & §. ſequen. ff. de liber. & poſth. id fieri videtur ex poteſtate legis
18 non ex ui ipſius. Quare non male Iacob † & Alberic. poteſtatem ipſam vim extenſiuam interpretantur; Cū etenim ſententiam legis in caſu deciſo manifeſtā ad caſus nō deciſos producimus, hoc eſt ipſius legis poteſtatem, tū intelligere, tum negocijs congruenter aptare, quod quomodo fiat in l. non poſſunt, & in l. nam vt ait, ſupra ſatis videtur explicatū, in quibus legibus non verba, non vim, ſed poteſtatem legis conſideramus, & ea præcipue vtimur. Hinc quorundam error corripiendus
19 erit †, qui huc vim ęquitatis retulerunt, cum quibus ſentire videtur Duaren. Titulo de iuſt. & iur. c. 2. dum eum ſcire leges opinatus eſt, qui boni, & ęqui artem optimè callens, leges ex bono, & ęquo interpretari valeat. Neq; ibi ius ſingulare pro lege vſurpatur, neq; hic lex pro iure. Tum verò legem de caſu ad caſum extendere, vt ex poteſtate legis fieri concedimus, ſic ad officium ęquitatis minime pertinere ſupra lib. 3. c. 3. ſatis abunde probauimus. Tum verò cum æquitas ſit legis emendatio, & ita aliud ab ea iam ſcire legem eſſet, non ſcire quid eſſet lex, ſed quid non eſſet lex, & ita neſcire. Aequitas non eſt lex, ergo ſcire eam, non eſt legem ſcire. Vlpianus verò, dum iuris ſtudium dixit, artem eſſe boni, & ęqui, oſtendere voluit,

 ſcien-

ſcientiam hanc non eſſe de vniuerſalibus, vt legum noſtrarum pronunciata probe teneamus, ſed eorundem ad particulariũ
20 applicationem, quę plurimum ab ęquitate pẽdet. Quærit † Albericus, vbi quis, & verba, & ſententiam probe teneat, an verba ſententię, vel ſententia verbis anteferenda ſit. Dubitat, quia interdum plus valet quòd ſcriptum, quàm quod actum eſt, l. ſi
21 alij † ff. de vſufr. leg. Vbi Modeſtinus in ea ſpecie, in qua teſtator alij fundum, alij vſumfructum fundi legauit eo propoſito, vt alter nudam proprietatem haberet, erraſſe ait, & aduerſus eius propoſitum vſumfructũ communicari; & quamquam Bartolus, & alij dicant, non probari id, quod eſt actum, quod ſi probari poſsit, id ſequendum eſſe; tamen hoc a verbis illius legis nimis abhorret, quia quod ait Modeſtinus plus valere ſcripturam, quàm quod actum ſit, determinat ſubſtantiam actus,
22 non probationem. Ego aliquid agi dupliciter † intelligo, vel vt ita agatur, vt non in diſpoſitionem aliquo modo tranſeat, & tunc obtinet regula, quod propoſitum in mente retentum nihil operatur, l. ſi repetendi. C. de cond. ob cauſ. poteſt enim aliquis proponere, & non diſponere, quod propoſuit; aut propoſuit, & diſpoſuit etiam ſiue tacitè, ſiue expreſſe, & tũc attendi, quod eſt actum opinor, & ita intelligo Rub. C. plus val. & cę. quo nomine ſępiſsime noſtri inculcant volũtatem teſtatoris, quę in diſpoſitionem non tranſeat, non opitulari, quod maxime notat Imola in l. quidam cum filium, ff. de hęred. inſt. per eum tex. ergo verba contradicunt propoſito, & illud vincunt, non diſpoſitionem. At ſententia legis pro diſpoſitione eſt d. l. non dubium, C. de legibus. Ergo nullo caſu verba cõtra ſententiam interpretanda ſunt.

In L. 18.

1 *Benigna interpretatio ſecundum, quid conſiderata.*
2 *Et in duritie legis tolleranda benignitas aliquando verſatur.*
3 *Cum pars iudicum pro teſtamento pars in querela inofficioſi, contra illud iudicat, ea præualet, quæ pro teſtamento eſt.*
4 *Legem benignè interpretari tam Princeps, quàm iudices debent.*

5 *Verba*

5 *Verba legis nunc producenda, nunc corripienda ſunt.*
6 *Alberici ad hanc legem intellectus reprobatur.*
7 *Iſtius legis cum ſequenti vera differentia ſubnectitur.*

L. XVIII. Idem Lib. 29. Digeſtorum.

BENIGNIVS leges interpretãdæ ſunt, quo voluntas earum conſeruetur.

1 BENIGNIVS. benignitas † non per ſe conſideratur, ſed ab effectu, & ita non ſimpliciter, ſed ſecundũ quid. i. vt voluntas legum conſeruetur, & in hoc debet eſſe benigna. Vlpianus in l. proſpexit, ff. qui, & a quib. (vt dictum eſt ſupra in l. ius ſingulare) legem illam in ſua duritie reliquit, nec benignam applicuit interpretationem, ſed ea ratione id fecit, quo legis eius voluntatem conſeruaret, & benigne in eo ſe geſsit, nõ Vlp. qui ius ſingulare inducere nõ potuit, ſed Tribonianus quia legem illã eo pacto cõſeruauit. Ergo & in ipſa duritie tollerãda 2 benignitas † eſt quatenus legẽ cõſeruat. Et quidẽ iuſtiſsime regula eiuſmodi a legũlatoribus ſubijcienda fuit; ipſi. n. cũ priuatorũ pacta, conuẽtiones, teſtamenta, actus deniq; omnes quoad fieri poteſt, perire non patiãtur, l. quoties, ff. de verb. obligat. l. quoties, ff. de reb. dubijs, l. proxime, ff. de his, quæ in teſtam. delen. l. ex hac ſcriptura, ff. de donat. cũ ſimilibus, an legũ ſuarũ obliti, eas nulla ratione iuuari præcipient? Igitur quod in alijs 3 ſtatuũt, eodẽ iure, & ipſi iuſtiſsime vtũtur. Quare † ſi in iudicio teſtamẽti inofficioſi cũ pars iudicãtiũ cõtra teſtamẽtũ, pars pro eo ſentiat. Martianus in l. ſi pars, ff. de inoffic. teſtam. humanius eſſe reſpondit, ſequi eius partis ſententiã, quę ſecũdũ teſtamentũ pronũciauit, ita dupplici interprętatione poſita, altera, quę legis volũtatẽ impugnet, altera, quæ cõſeruet, ea retinẽda eſt, quę quo conſeruat, benignior eſt, altera prorſus reijcienda, cũ huic regulę apertiſsime refragetur. Huc pertinet, quod tradit Bal. cõſ. 294. ad euidentiã lib. p. in fi. quod verba legũ nõ ſunt iudaice interpretanda, ſequitur Aymon. conſ. 3. nu. 23.

LEGES. Accipe, vt in l. pręcedenti, quamquam interpretatio referatur ad verba; ratio tamen interpretandi ſumitur ex vi, & poteſtatę.

4 *INTERPRETANDAE.* Ego verbũ † interpretandi latè accipio, & refero tum ad eam, quę reſeruatur Principi, vt in l. & ideo, tum ad eam, quę iudici permittitur, vt in l. nam vt ait, vterq; enim id ſeruare debet. Nam Princeps cum dubitat in aliquo caſu de ſententia legis, quod in eo ſatis certa non ſit, dum certius conſtituit, ad id maxime reſpicere debet, vt in quibus caſibus legis voluntas eſt certa, eamdem conſeruet; Nam tum Iudex, tum Princeps vel hic magis, quàm ille de ea conſeruanda dębet eſſe ſollicitus.

VOLVNTAS. Satis oſtendit voluntatis, non verborum haberi rationem; aliquando enim benigna interpretatio rigori verborum opponitur, l. ex hac ſcriptura, ff. de donat. Itaq; ver-
5 ba † legis nunc producenda ſunt, nunc verò corripienda: producuntur in l. ſiquis id quod, ff. de iuriſdict. omn. iudic. corripiuntur in l. quia quod ff. ad Maced. Tum verò benigna eſt interpretatio, quę legem non ſinit eludi, l. non dubium, C. de legibus. Ex ijs neſcio, an rectè legem hanc intellexerit Alberi-
6 cus † hic, qui dixit, tunc procedere, cum lex dupplicem habet intellectũ, vtrumq; vitio carentem, vt ſequamur benigniorem, & hoc nomine à ſequenti differre, quod ibi vitioſa ſignificatio euitetur, hic minus benigna interpretatio. Nam vel in duos incidimus intellectus, ex quibus ęque conſeruatur voluntas legis, & non obtinet lex iſta, vel altero magis, altero minus, & non poteſt carere vitio intellectus, quo legis voluntas minus
7 conſeruatur. Mihi † lex iſta videtur ad totius legis interpretationem reſpicere, lex verò ſoquens ad unius ambiguę uocis ſignificationem, & hoc nomine ſatis differre uidendur, ſed in eo conuenire, ut uitioſa tum interpretatio, tum ſignificatio euitetur, hęc unam uocem, aut alteram, illam legem uniuerſam reſpicit.

In

In L. 19.

1 *Alberti Bolognetti ſententia circa eiuſmodi legem.*
2 *Ambiguum dari ſupponitur contra Diodorum.*
3 *Ambigui exempla ex Quintiliano.*
4 *Ambiguum eſt, cum duo dicuntur ab eo, qui vnum ſentit.*
5 *Ambiguum dictum quaſi ambiuiũ, quod in duas ducat vias ex Coraſio.*
6 *Differentia inter ambiguum. & obſcurum.*
7 *Relata Alberti ſententia confutatur.*
8 *Eiuſdem error in intellectu l. proſpexit ff. Qui, & a quibus, repræhenditur.*
9 *An eadem regula in ambigua voce hominis recipiatur Coraſij, & Authoris ſententiæ diuerſæ.*
10 *Lex omni vitio carere debet.*
11 *Si ſcholaris præbendatus poſsit recipere fructus exiſtẽs in ſtudio, an ſi exiſtat, nec ſtudijs operam nauet, recipere poſsit.*
12 *Alberici argumenta reprobantur, ſententia probatur.*
13 *Verbũ peruenire nunc latius, nunc ſtrictius acceptum, & qua ratione.*
14 *Vitium eſt etiam referre legem ad caſus ſingulares, nõ ad ea, quæ frequenter accidunt.*
15 *Dictio præſertim cauſam finalem ſignificat.*

L. XIX. Idem Lib. 33. digeſtorum.

IN AMBIGVA VOCE LEGIS ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ vitio caret, præſertim, cum etiam voluntas legis ex hoc colligi poſsit.

1 IN AMBIGVA. Albertus Bolognettus † in ſæpe citato tractatu c. 34. nu. 1. triplicem verborũ ſtatum conſtituit. Aut enim verba vſque adeo dubia ſunt, vt nihil plane ſit, ex quo voluntas legiſlatoris colligi poſsit, vt non tantùm de verbis, ſed etiam de ſententia dubitetur; aut verò dubia quidem ſunt, ſed eorum talis eſt ambiguitas, quę non tollat certitudinem ſententię, neque prorſus impediat, quo minus ad voluntatem, & ſenſum legiſlatoris aliquibus veſtigijs perueniri poſsit: Aut deniquæ verba nulla ex parte dubia ſunt, ſed vndequaque apertiſsima; ita vt, quod in ea lege ambiguitatis ineſt, id non ex verbis oriatur, ſed ex eo tantùm, quod aperta legis ſcriptura a veriſimili legiſlatoris mente videatur abhorrere. Et in hoc tertio capite idem num. 8. tres caſus diſtinguendos cenſet: primus eſt, cum verba aperta ſic ſunt, vt illud, de quo agitur expreſſe decidant, atque determinẽt: Secundus, cum prorſus illud omittũt. Tertius, cum neq; prorſus omittunt, neq; etiam ſpeciatim decidunt, ſed generalibus verbis illud idem tantũ complectuntur. Et in primo ſubdiſtinctionis caſu opinatur procedere legem hanc, & ita eandem inducit nu: 10. Atq; ita etiam intelligit. l. proſpexit ff. qui, & a quibus. Argumentum ducit ex dictione *præſertim*, de qua in hac lege, qua probatur, idem concludendum eſſe, etiam ſi voluntas colligi non poſsit, hoc enim implicari videtur. Sed certè ſi verum amamus, tantum abeſt, vt in relato caſu poſsit eiuſmodi lex procedere, vt nihil deterius poſſit pronunciari. Quod ſatis liquere poterit, ſi conſtituamus, quid ſit ambiguum. Et dum quærimus quid ſit aduerſus
2 Diodorum, cui Crono cognomentum fuit ſupponimus † dari & verba, & voces ambiguas, cum tamen ille contenderet, nullum verbum eſſe ambiguum, vt retulit Aul. Gell. lib. 11. noct. Attic. c. 12. quod enim ait ille, vt nemo dicat ambiguum, vel ſentiat; ne ſentiat verum eſt, ſed ne dicat porrò falſiſsimum. Cic. in Topicis, & Quintil. lib. 7. c. 10. afferunt vo-
3 ces, & verba ambigua, Veluti †. Hæres meus vxori meę dare damnas eſto, argenti, quod elegerit pondo centum. Vter eligat, quęritur, quoniam ex proprietate ſermonis vtriq; competit eligendi facultas, ſed ex ſententia alteri tantum competit.

Rurſus

Rurſus, quidam teſtamento iuſsit poni ſtatuam auream haſtam tenentem. Quęritur, an ſtatua haſtam tenens aurea eſſe debeat an haſta aurea in ſtatua alterius materię. Sed in l. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tut. propter duos Titios verſatur ambiguũ, vt in Aiace conſtituit Quintilianus, cum quęri poſsit, an Tela-
4 monis, an Oilei filius intelligeretur. Ambiguũ autem eſſe † videtur, cum duo dicũtur ab eo, qui de vno ſentit, vt diſerte probatur ex l. in ambiguo, ff. de reb. dub. Quare Coras. vim vocis
5 expendens hoc loci dixit, ampiguum eſſe quaſi † ambiuium, quod in ambas ferat vias, eius etenim videtur id eſſe proprium, vt duas tantùm demonſtret ſententias. Hinc deduci poterit,
6 quid interſit † inter ambiguum, & obſcurum: obſcurum etenim latius patet, & comprehendit etiam caſum illum, cum verbum poteſt plura comprehendere, & vnum, plura tamen generice, & ita ſub ratione vnius. Sed apud noſtros unum pro altero uſurpatur, & hęc differentia confunditur, Pomponius in l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. urban. præd. u erborũ generale, quod verè erat obſcurum dixit ambiguũ. Et ego arbitror, & de ambigua re, & de obſcura uoce legem hanc fore accipiendam, cum eadem ſit ratio in utroq;. Quo poſito cõſtat contradicere, quod aſtruit
7 Albertus, † quod verba expreſſe decidant, & ſint ambigua; quia nec plus poſſunt uerba non ambigua, quam apertè, & expreſſe decidere. Pręterea uerba ambigua non abhorrent a ſententia legis, ſi quidem eam exprimunt, ſed aliam etiam exprimunt, quæ non eſt ſententia legis. Et ideo miror quod l. proſpexit, ff.
8 bui †, & a quibus induxerit, in qua nulla eſt uerborũ ambiguitas, & quod inquit ibi Vlpiamus. *ita verba faciunt*; ſatis oſtendat uerba non eſſe ambigua. Itaq; caſus legis huius, cum ſit de uoce ambigua ex ipſa ſuppoſitione euertit Alberti ſententiã.

LEGIS. Neq; uerò eadem regula recipitur in ambigua
9 uoce hominis, ut hic Coras. ſentit nu.4. † Mihi uidetur Iulianus in l. quoties idem, ff. de reg iur. idem ſentire; Ait, *quoties idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſsimum accipitur, quæ rei gerendæ aptior eſt*. Id penes me eſt, eam præeligere, quæ uitio caret, cum minus apta aptiori comparata uitio minime careat.

SIGNIFICATIO. Hinc ambiguum verbũ illud Celſus exiſtimat, quod plures ſignificationes habet, id quod errorem confirmat Alberti, quoniam, & id ſignificat, quod cohæret ſententiæ.

VITIO CARET. Vitium intelligo in re ipſa, non ſatis eſt vitium in oratione, & in verbis propter vocem ambiguam, & generice nomen hoc vſurpatur, vt omnia comprehendat vitia, quibus legem carere decet, ſiue iniquitatis, ſiue rigoris, ſiue eluſionis vitium ſit, ſiue quod altera ſignificatione lex vtilitate
10 caret. Hinc † enim per ſuppoſitionem optime deducitur, quod lex vitio carere debet, quod reijciendi ſunt omnes intellectus, ex quibus in vitium aliquod, vel abſurbum incidimus. Multòq; magis admoneri videtur legiſlator, ne tales condat le-
11 ges, quæ vitium aliquod habeant. Albericus infert † ad quæſtionem, ſi ſcholaris præbendatus poteſt recipere fructus præbendæ exiſtens in ſtudio, quid ſi exiſtat, neq; literis operam nauet? Ait verbum *in ſtudio* eſſe ambiguum, quia ſtudium poteſt accipi pro loco ſtudij, vt Bononia, tum pro actu *ſtudendi*, ſicut iuris nomen, & locum ſignificat, in quo ius redditur, & ius ipſum quod redditur, l. ius pluribus ſupra de iuſti. & iur. Ait intelligendum de actu, non de loco, quia hæc interpretatio vitio caret, & ad eam veroſimiliter voluntas conſtituentis magis apta-
12 tur. Sed longe fallitur †, quia vel intelligit pro actu, non pro loco, & exiſtens in villa, dummodo actu ſtudeat, poterit prætendere fructus, quod vitium continet, & eſt contra propoſitũ conſtituentis. Quod ſi copulatiue intelligat de actu, & de loco, iam verbum non dicit vtrunq; per modum ambigui, ſed per modum ſententiæ, quia de vtroq; conſtituentem ſentire affirmamus. Mihi verbum *exiſtens* videtur determinare locum, non actum. Ergo non eſt recurrendũ ad regulam legis huius, quia nec uideo verbum ambiguum, ſed a fructibus excludetur ex regula l. non dubium, C. de legibus, quia ſæua prærogatiua verborũ vtitur aduerſum legem. Accommodatius eſt exem-
13 plum, quod affert Accurſius de verbo *peruenire* † ex l. vtrum ff. de petit. hæred. adhibita, l. item veniunt, §. item placere. eod. tit. Verbum illud ambiguum eſſe teſtatur Vlpianus in d. l.

vtrum.

vtrum. Nam & perueniſſe dicitur, quod conſumptum eſt, in edicto de eo, quod metus cauſa l. videamus, ff. de eo quod met. cauſa & perueniſſe id quod conſumptum non eſt, quo quis eſt locupletior. Ambiguum verbum in bonę fidei poſſeſſore benignius accipit, durius, vbi res malum habuit initium. Et alterutra ſignificatio vitio caret, quia vitium eſt bonę fidei poſſeſſorem vltra teneri, at ſcelere illati metus attento, vitium eſſet conſumptionis habere rationem. Ergo verbum ambiguum in vtraq; ſpecie ad eam flectitur ſignificationem, quæ vitio caret.

14 Neq; † verò hæc tantū vitia ſunt, quæ adnotauimus; ſed etiam ſi altera verbi ſignificatio legem generalem, & de ijs, quæ plerunque accidunt, altera de raro contingentibus, aut ſingularem cōſtituat, hęc poſterior ſignificatio vitioſam legem reddit, l. iura 1. & 2. ſupra hoc titulo.

15 *PRAESERTIM.* Hæc dictio † eius ſignificationis eſſe videtur, cuius dictio maxime, vt cauſam finalem oſtendat, vt notatur in l. 2. ſupra hoc titulo. Quod igitur ex hoc voluntas legis colligi poſſit, cauſam oſtendit finalem. Hoc enim præcipue agimus interpretando, vt legis voluntatem conſeruemus, l. benignius ſupra eodem, l. non dubium Cod. eodem.

In L. 20.

1 L. iſta deſumpta ex Ariſtotele lib. 2. Polyt. c. 6.
2 Supponit vero mentem legiſlatoris certam, ſed rationem incertam.
3 Vt lex ciuilis a naturali lege, æquitas ciuilis a naturali æquitate, ſic ciuilis ratio a naturali ratione promanat.
4 In quibus ius ciuile a naturali recedit, accidere facilè poteſt, ne omnium ratio reddi queat.
5 Cur dixerit Iulianus non omnium, non autem quorundam.
6 Aliud eſt legem carere ratione, aliud eam reddi non poſſe.
7 Maiorum ſignificatio varia.

 8 Natu

8 *Natu maiores prę ſumuntur etiam prudentia, & ſapientia maiores.*
9 *Maiorum nomen ad anteriores legiſlatores in hac lege relatum eſt, & quare.*
10 *In omiſsis quæri ſemper ratio debet aduerſus Emilium Perettum.*
11 *Vna duntaxat ratio, eaq; finalis reddi deberet, etiam ſi inquirentibus ſe plures offerant.*
12 *Inartificialis multarum rationum inueſtigatio, & cumulus contra Moderniores reprobatur.*

L. XX. Iulianus Lib. 55. digeſtorum.

NON OMNIVM, *quæ a maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt.*

1 HAEC Iuliani lex deſumpta videtur † ex Ariſt. lib. 2. Polyt. c. 6. circa finem, vbi relata Platonis ſententia de legibus mutandis ita ait, *Alio autem modo conſiderantibus cauendum videtur eſſe maxime, cum enim vtilitatis quidem acceſſio parua ſit, aſſueſcere verò faciliter leges mutare improbãdum, conſtat errata quædam eſſe tolleranda, & legumlatorum, & Magiſtratuum; non enim tantum proderit, qui corrigere perget, quantum nocebit aſſuefactio ſuperioribus non parendi.* Itaq; ſi quædam errata tolleranda ſunt, conſequitur, non omnium rationem reddi poſſe, in quibus enim erratur, de ijs recta ratio reddi non poteſt; neq; ratio (cum de lege loquimur) aliud ſignificat, quam rectam rationem. Dixi in l. p. ſupra eodem ex Platonis ſententia fas non eſſe, vt iuniores legum rationem quęrant, & an rectè poſitę leges ſint. Nunc verò dicam, nec iuuenibus, nec ſenioribus id fas eſſe, vbi ius certum eſt pruden tum interpretatione, & conſuetudine totius populi confirmatũ, nam par eſt credere munus Dei eſſe, ac ob id obſeruare decet; Obtinet enim Iuliani ſententia in iure certo, vt probatur ex l. ſeq.

ſeq. tum etiam quia vbi incerta eſt mens legiſlatoris, principem adeundum eſſe docuit idem Iulianus ſupra in l. & ideo. Hic
2 verò ſupponit certam eſſe mentem † legiſlatoris, ſed incertam rationem. Id accidere poterit, vt Coras. notat non quidem ſi rationi naturæ ſeruientes aliquid maiores noſtri conſtituerunt, quoniam ea non poteſt non eſſe facilè cognita ratio, ſed in ijs, quę ex mera ciuili ratione proficiſcuntur. Ego tamen vix exiſtimo, rationem aliquam eſſe poſſe ita mere ciuilem, vt a naturali ratione non promanet, & cum ea non conſentiat. Quo
3 enim argumẽto † primo ad Rubricã libro legẽ ciuilem a naturę lege deſcendere ſatis oſtendi, eodem & tertio libro ciuilem æquitatem a naturali deduci, hoc ipſo haud dubie credo omnem ciuilem rationem in naturalem quaſi principiũ vnde fluat
4 eſſe referendam. Sed veriſsimũ arbitror, quod ait † Coraſius in ijs, quę iuris ciuilis ſunt non omni ex parte naturali rationi ſeruientes, rationem aliquando eſſe cognitu difficilem. Poſsũt enim illæ circunſtantię nunc latere, ex quibus ratio depręhendi poſsit, quę tempore ferendæ legis ante omnium oculos eſſent.

NON OMNIVM. Exponit Albericus, ideſt quorun-
5 dam; At rectius Iulianus dixit non omnium, † vt contradiceret apertius exiſtimantibus omnium eſſe reddendam rationem. Nam iſtę duæ enunciationes, omnium reddenda eſt ratio; non omnium reddenda ratio eſt, ſunt contradictoriæ, quæ ſimul verè eſſe non queunt. Sed oppon. idem de c. Corepiſcopi, diſtinct. 68. ibi *quod ratione caret, extirpare neceſſe eſt*. ſol. non
6 dicit † carere ratione, ſed eam reddi non poſſe. Quod autem inquit, legum ſubſtantiam magis authoritate conſtituentium, quàm ratione conſiſtere, plane falſum eſt. extrinſecus accidunt legi, potentia, & volũtas; intrinſecus autem eiuſdem eſſentiam perficiunt, Prudentia, & Sapientia, vt dixi in l. p. ſup. eod. Tũ & ſecundo libro ab Rubricam ſatis probaui, non eſſe legem ſine ratione, & ideo in contrarium ſe ſe res habet, quam ille crediderit.

7 *MAIORIBVS*. Maiores † antiquiores Accurſius interpretatur

prętatur in l. more inf. de iuriſdictione omn. iudic. interdum dicuntur maiores omnes aſcendentes vſq; ad tritauum, & poſteriores conuerſa rota in infinitum, l. iuriſconſultus, §. parentes, ff. de grad. & affinit. Aliquando ad facultates relatum eſt eiuſmodi nomẽ, vt cum liberti maiores centenarijs dicũtur, §. ſed noſtra, Inſt. de ſuccefs. libert; ijq; ſunt, quorum patrimonium ſummam centum aureorum excedit. In dubio maiores dicuntur reſpectu ętatis, niſi aliud ſubiecta materia poſtulet, l. ſi pater, ff. de adopt. §. minorem natu. Iuſt. eod. tit. Alex. conſ. 4. nu. 2. vol. 4. Et ij quidem vt maiores natu ſunt, ſic prę-ſumuntur † prudentia, & ſapientia maiores, c. de quibus, 20.
8 diſtinc. c. vlti. diſt. 84. Dec. conſil. 443. nu. 25. Maiores hic legiſlatores † ipſos dictos eſſe non eſt ambigendũ, non tam ęta-
9 te, nam & ſeniores fuerunt, quàm dignitate, & officio, quòd cęteris omnibus pręſint.

CONSTITVTA. Conſtitutiones proprie dicuntur leges à Principibus conditę, vt infra de conſtitut. princ. cæterùm hic *conſtituendi* verbum ad quamcunq; legem ſcriptam referendum eſt, cum inter vnam, & alteram iuris ſcripti partem
10 ratio differentiæ reddi non poſsit. Ait *conſtituta*. Quare † mihi damnandus videtur Aemilius Per. ad l. Gallus in princ. nu. 7. qui huius legis argumento omittit inquirere, cur alieno poſthumo inutiliter legaretur, quia id non conſtitutum fuerat, ſed omiſſum; eorum, quę omiſſa ſunt, ratio hic non prohibetur inueſtigari, ſed eorũ, quę conſtituta ſunt. In omiſsis enim nullum eſt periculum ſubuerſionis, in conſtitutis aliquod, vt l. ſeq.

RATIO. Quęro, cur hic vtatur ſingulari numero, & in l. ſequenti Neratius vtatur plurali ibi, & ideo rationes. Et in-
11 quirentibus † nobis, plures ſæpe ſe rationes offerunt, vnam tamen, non plures reddere debemus, quoniam plures inquirimus vt finalem reperiamus, quæ vnica eſt, vt ſecundo libro ad Ru-
12 bricam oſtendi. Hinc † verò repręhendi debet iners noſtrorum diligentia, quę ſæpe tot ad eandem ſpeciem dubitandi, & quod longe deterius eſt, tot etiam decidendi rationes inculcat,

quod

quod quantum a Iurecõſultorum veſtigijs abhorreat quis non videt? Hi quidem (vt cuiq; obſeruare facile eſt) vnam duntaxat dubitandi, alteram decidendi, & eas quidem proximas, & ſpeciei connexas rationes afferunt, ſępe dubitãdi rationem implicant, non explicant, nec raro decidendi rationem indicant, potius quam declarent. At Moderniores à remotis ſine vlla vtilitate ſępe dubitant, tũc verò maximè gloriantur contra Iuliani prǽſcriptum, cum de omnibus rationes inquirunt, & etiam ſuper indubitato iure dubitationes afferunt. Quod ſi docentibus paulo latior ſit inquirendi facultas, non tamen male docendi, & à veteri diſciplina tantopere declinandi venia concedi deberet.

REDDI. Neque dicit, non omnium eſſe rationẽ, ſed non omnium reddi poſſe. Lex ſine ratione lex non eſſet. at cum ratione, quę reddi non poſsit, lex erit. Neq; putandum eſt, iuris ſtudioſos vetari rationes diligenter perſcrutari, vel inquirere. Quoniam in Gymnaſticis diſputationibus non idem eſt periculum ſubuerſionis. Rationis inquiſitio prohibetur; non quatenus acuit ingenia, ſed quatenus leges ipſas ſubuertere poteſt.

In L. 21.

1 *Eadem eſt ratio legis huius, & l. benignius, ſupra eodem.*
2 *Eadem quoque ratio inquirendæ, vel omittẽdæ rationis, n. 13*
3 *Verbum conſtituendi pertinet ad ius ſcriptum, nõ ad ius vniuerſale.*
4 *Ius naturale per rationis inquiſitionem ſubuerti non poteſt, ſed maxime confirmatur.*
5 *An l. iſta obtineat in conſuetudine, negat author.*
6 *In regulis procedit lex iſta, non tantùm in cæteris legibus.*
7 *In ambiguis vere locum non habet.*
8 *Lex incerti vitio per conſequentiam ſubuertitur.*
9 *Certa quæ ſint.*
10 *Verba vbi ambigua non ſunt, quæſtio voluntatis non admittitur.*

11 *Vbi*

11 *Vbi ſenſus verborum manifeſtus eſt, interpretatio accedit ad cauillationem.*
12 *Improba res eſt, ſubuertere legem.*
13 *Maligna dicta eſt ſubauditio perſonę infirmandæ ſtipulationis cauſa.*
14 *Cum agitur de lege ſubuertenda, hoc fieri debet per exactam rationis inquiſitionem.*

L. XXI. Neratius Lib. 6. Membranarũ.

ET IDEO rationes eorum, quæ conſtituuntur, inquiri non oportet, alioquin multa ex ijs, quæ certa ſunt, ſubuertentur.

ET IDEO. Cum ratio omnium reddi non poſſit (vt Iulianus ait) conſequens, eſt, quod Neratius ſcribit, vt non omnium etiam oporteat inquiri rationes. Neq; vniuerſaliter accipiendum eſt omittendam eſſe rationis inquiſitionem, nam,& uis orationis, & rationis contradicunt; orationis, quia ſi dicamus,& ideo rationes eorum. omnium, quę conſtituntur inquiri non oportet, negatiua negat de vniuerſali, quaſi dicat nullor; Rationis, quia rationis inquiſitio proficere poteſt ad multa; tũ vero cum eam ſubijcit rationem, quod alioquin multa ex ijs, quę certa ſunt, ſubuertentur, conſequitur non omnia ſubuerti, ac ceſſante ſubuerſionis periculo rationẽ
1 inueſtigandam eſſe. Hæc regula, † ne omnium inquiratur ratio, ſed ommittatur, cum periculum ſubuerſionis imminet, ab eandem ratione profluit. à qua deſcendit l. benignius ſupra eod. Nam ſi in dubio in hominum diſpoſitionibus maxime cauemus ab ijs, ex quibus perire, vel ſubuerti poſſent, l. quoties, ff. de reb. dubijs, l. ſi pars, ff. de inoff. teſtam. l. proxime, ff. de his, quæ in teſtam. delen. & humanior dicitur interpretatio, per quã actus defenditur potius quàm ſubuertatur, infertur humanam quoque eſſe, atq; benignam omiſsionem inueſtigandę rationis,

cũ inde lex ſuberti poſsit. Adde rationis inquiſitionem pertinere ad legis mentem ſũmopere conſeruandam, vt ea cognita legem extendamus, l. non poſſunt, ſupra eodem, vel eludi non patiamur, l. non dubium, C. eod.; ergo non debet in odium legis retorqueri, vt per eandem ſubuertatur, per quam maxime
2 conſeruari ſolet, ac ita eadem ratio erit & † inquirendę, & omittendę rationis, ac ideo & ad tollendas antinomias, & nequid abſurdi, vel iniquitatis contingat, prętermittẽda eſt diligens, & ſollicita rationis inquiſitio Coras. in l. pręcedenti, in fine.

3 *CONSTITVVNTVR.* Verbum conſtituendi † late patet, vt dixi in l. pręcedenti, non tamen vltra pretenditur, quam vt compręhendat, quę ſcripto conſtituuntur. Et ideo ad ius naturale non pertinet hęc traditio, quoniam non à maioribus, ſed a Diuina Prouidentia conſtitutum eſt, §. ſed naturalia, Inſt. de iure naturali, gen. & ciuili, & cum ius naturale nihil aliud ſit, quàm inſita ratio, vt primo ad Rubr. lib. dictũ eſt. quem ius naturale non fugiat, eiuſdem ratio latere non poterit, vel ſi quouis modo dictamen rationis ab ipſa ratione ſeiunctum, conſiderans non rationem inueniat, ſuę id ad ſcribat imbecillitati. Ius enim ipſum rationis inquiſitio-
4 ne confirmatur, † nam & rèctam eſſe rationem, & à D. O. M. tractam reſpiciet; & periculũ ſubuerſionis ſemper aberit, quoniam ius illud immutabile manet, d. §. ſed naturalia. Conſue-
5 tudinis † an requirenda ratio ſit, dubitari poteſt; & cum oporteat eam inter cętera rationabilem eſſe c. vlt. de conſuet. inquiri debet; ſed an interdũ omitti ex Neratij pręſcripto? & ſi verbum conſtituendi ad ius ſcriptum pertinet, iam excludi videtur conſuetudo; quę non tam a maioribus conſtitui, quam totius populi ſuffragio videtur introduci, l. de quibus, infra hoc titulo. Sed vel irrationabiles conſuetudines interdum tolerantur, & licet in ius non tranſeant, tamen ad excuſationem proſunt, notatur in c. cum venerabilis de conſuet. ergo non illico ſubuertuntur ex defectu rationis; niſi Principis auctoritate tollantur, ac ideo cum rationis inquiſitio non ſit periculum allatura, non ſubiacet huic traditioni, ſed tota ad ius ciuile ſcriptũ contrahi debet, quod huic periculo ſubiacet. Quod ex Iabo-

leno confirmatur in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. ille enim ſcripſit; *Omnis diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt, rarum eſt enim, vt non ſubuerti poſsit.* Diffinitio ibi regulam ſignificat, & probatur ex l. p. ff. de reg. Caton. & inſcriptio librorum Papiniani, quæ eos Diffinitionum indicat, ex ſubiectis reſponſis diffinitionem pro regula vſurpari, euidenter oſtendit, quod
6 alibi tractatum quoque eſt. Regula † autem eſt breuis narratio eorum, quę conſtituta ſunt, ac ita eius quoque rationem inquiri non opportet propter periculum ſubuerſionis, adiecit Iabonus illa verba In iure ciuili, vt ad iuris ſcripti regulas id pertinere ſignificaret.

QVAE CERTA SVNT. In ijs, quę certa ſunt, non oportet inquiri rationem, cum enim certa ſe ſe nobis offert volūtas legiſlatoris, ſtudioſa rationis inueſtigatio temeritatem demonſtrat inquirentis, et quodam modo parere recuſat, aut non paret quidem, dum in hac inquiſitione remoratur, neque verò paret legi, qui illud inquirit, quod legem poſsit ſubuertere. Hinc Vlpianus in l. proſpexit, ff. qui, et a quibus cum legē nimis durā videret rationis inueſtigatione facilè poſſe ſubuerti, & eam certam animaduerteret, ſat eſſe putauit, quod ita
7 ſcripta foret. In ambiguis † quidem vel circa mentem, vel circa verba dubitemus, non obtinet lex iſta. Declaratio etenim, vel dubiæ legis interprętatio non poteſt fieri rectius, quàm per rationis inquiſitionem. Qua prętermiſſa nihil operaretur diſpoſitio dubia, vel ambigua, Bal. in l. potuit, nu. 13. C. de
8 iur. deliber. quod † eſſet, legem ſubuertere per conſequentias, nempe inutilem conſtituendo ob vitium incerti. Certa autem
9 videntur † eſſe, vel ea, quę cum ab initio dubia eſſent, certam tamen interpretationem ſemper habuerūt, l. minime infra eod., vel cum ab initio etiam nulla fuit in verbis ambiguitas; Cum enim verba certū præbeant voluntatis argumentū, l. labeo, ff. de ſuppell. leg. ſi in verbis nulla ſit ambiguitas † quęſtio voluntatis admitti non debet, l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg.
10 op. & cū verborū manifeſtiſsimus † eſt ſenſus interpretatio facilè accedit ad cauillationē, Dec. conſ. 633, nu. 4. Vix enim pręſumi poteſt legiſlatorem aliud voluiſſe, quàm quod loquutus ſit, quod conijcere ad officium ęquitatis potius pertinet, quam

quod

quod ſola interpretatione aſſequi poſſimus.

12 *SVBVERTENTVR.* Improbat † res eſt ſubuertere legem, quia donum Dei ſubuerti videtur, l. 2. ſupra eodem, ac ideo ſubuertendi cauſa maligna eſt rationis inueſtigatio. Sic

13 maligna † aliquando dicta eſt ſubauditio perſonæ, quæ ad infirmandam ſtipulationem pertinere poterat, l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de verb. obligat. Alibi tamen adiuuandę eiuſdem ſtipulationis cauſa perſonę ſubauditio comprobatur, l. ſi ſtipulatus fuero, ff. eodem. Quare quemadmodũ in ſpecie relata eadem eſt ratio recipiendę vel reijciendæ ſubauditionis, ita hic eadem ratio eſt inquirendę, vel omittendæ rationis. Sic in correctionę, quę, & ipſa quędam ſubuerſio legis eſt, idem ius obſeruatur, vt ad eam inducendam ſubauditi intellectus reprobentur, glo. in c. cupientes, §. quod ſi per viginti in ver. petere de elect. in 6. Alex. conſ. 25. nu. 13. vol. 5. ad eam euitandam admittuntur, glo. in Auth. ex teſtamento, C. de collat. quod mihi ad mentem iſtarum legum probe traditum eſſe videtur.

14 Cęterùm fieri † aliquando poterit, vt lex quamuis certa ſubuertenda ſit. ſ. corrigenda vel abroganda; tunc certe id nullatenus faciendum eſt non niſi diligenter inueſtigata, atq; perpenſa ratione. Temere enim lex tollenda non eſt, at imprudenter tolli videbitur eius non perquiſita ratione, vt quantum valeat animaduerti potuerit. Sic in ſubuertenda lege Fuſia Caninia rationẽ Iuſtin. attulit, quod libertatẽ impediret, quod inuidiã cõtineret, quod in humana foret, Inſt. de leg. Fuſ. Canin. tollen. Sic latinam libertatem ſubuertens, receptitiã pecuniam in conſtitutam, Pegaſianum in Trebellianum transferens concludenti ſubuertendi adducta ratione id feciſſe videtur, l. p. C. de lat. lib. toll. §. libertinorũ, Inſt. de libert. l. 2. C. de conſtit. pecun. §. sed quia, Inſt. de fideicomm. hæred. cui conſequens eſt eiuſdem inducendę, vel conſeruandæ infirmam fuiſſe rationem; & vtrunq; eadem inquiſitione aſſequimur. Inquirere autẽ rationes ſubuertẽdi propoſito ad ipsũ pertinet legũlatorem, quod ipſe & raro, & nõ niſi magna ex cauſa facere debet, vt dicetur in l. minime infr. eod. Quare cũ fiũt leges, cũ reuocãtur, quęrenda ratio eſt, at cũ factę ſunt, non eſt de eis diſputandũ, ſed ſecundũ eas iudicandum c. in iſtis, diſt. 4. Alberic. & Caſtr. hic.

In L. 22.

1 *An legis ſit indulgere dubitatur.*
2 *Concluditur in quo indulget non eſſe legem.*
3 *Indultus alius particularis, alius generalis.*
4 *Siſtatutum ſit Bannitos pro homicidio rebanniri, futuros homicidas non compræhendet.*
5 *An ſi ſimpliciter rebanniantur legis conditiones habeat.*
6 *Committens homicidium punitur ex lege puniente non ex l. ſimpliciter, aut per conſequentiam vetante.*
7 *Lex Indulgens in præteritum, an in futurum vetet, per argumentum à contrario, vel per argumentum ab abſurdo Baronis ſententia reprobatur.*
8 *Indultus à lege quomodo diſcernatur.*
9 *An indulgentia criminum ſit contra leges.*
10 *Facilitas indulgendi, legibus reprobata.*
11 *Indulgendi ius eſt penes Principem quia nemo poteſt leges remittere, qui non poſsit condere.*

L. XXII. Vlp. Lib. 30. ad Edictum.

CVM LEX: In præteritum quid indulget, in futurum vetat.

1 CVM LEX. Dubitari poteſt † quomodo lex in præteritum indulgeat? Nam Virtus legis non eſt indulgere niſi Iureconſultum male enumeraſſe velimus in l. legis virtus ſupra eod. Tum legis eſt futuris negocijs dare formam, non ad facta præterita reuocari. l. leges & conſtitutiones C. eod. & cum ſit præceptrix faciendorum, prohibitrix non faciendorũ l. 2. ſupra eod. ſatis ea quæ facienda, non quę facta ſunt reſpicere videtur. Amplius indulgentia videtur potius eſſe remiſsio legis, quàm lex, neq; trahitur ad conſequentias. l. p. inf. de conſt.
2 princ. Et quidem † . in eo, quod indulget non eſt lex: patet

quia

quia pręterita reſpicit non in modum ligandi, ſed ſoluendi, & remittendi, & ideo in ijs non fungitur officio legis; Indultus
3 † autem poteſt eſſe perticularis, vt in l. p. inf. de conſtit. Princ. ibi *Nam quæ Princeps alicui ob merita indulſi* & ad hunc non pertinet lex iſta. Poteſt etiam eſſe generalis, vt toto tit. C. de gener. abolit. & maxime in l. 2. ſecundum quam Doct. videntur intelligere legem iſtam; Sed etiam addunt exemplum, veluti, cum pro homicidio imponatur pœna capitalis, exorto
4 bello facta lex eſt, vt banniti † pro homicidio habita pace, & ſoluendo decem rebanniantur, & hanc ſpeciem generalis indultus confingunt Bart. Bal. Fulg. Caſtren. An ad futuros homicidas pertinebit indulgendo, vel vetando? vetando quidem non, ne pœnæ leuitate ad delinquendum inuitentur; nam remiſſio peccati non debet dare licentiam delinquendi 1. q. 7. c.
5 exigunt. Quid † ſi ſimpliciter rebannirentur, neq; pacis, neq; ſolutionis adiecta conditione? pax enim, & ſolutio reſpiciunt futurum, & ideo proprium legis pręſtant. Ego quidem opinor hanc non eſſe legem, ſed manere in puris terminis generalis indultus. Non obſtat l. iſta, quoniam ſupponit legem eſſe citra vetandi virtutem. Quærit enim de lege, & eo ipſo rem dicit, quę futuris negociis dat formam. At quia dubitari poterat, an pręteritis indulgens, indulgeret futuris, ideo dixit in futurũ vetare, vt quilibet intelligeret ex indulgentia non abrogari legem, de quo dubitari poſſet, niſi in futurum vetaret; ſed in propoſita ſpecie non eſt dicenda lex propter indultum ex rationibus ſupra deductis, non ex eo, quod vetet in futurũ, quoniam hoc facit tacite, & in conſequentiam, & quod magis eſt,
6 inutiliter tanquam lex: Etenim committens † homicidium punitur ex lege id expreſſe vetante, non ex indultus tacita prohibitione, quia illa tacita prohibitio ſola non facit legem, ſed potius in eo confirmat legem. Quare lex iſta ad eos pertinet indultus, cui non deſunt conditiones legis; ſed dubitatur an in futurum indulgeat, ac ita dubitatio verſatur circa id, quod non eſt legis. Et quanquam legis virtus ſit vetare, non tamen lex eſt, quo vetat, quia non vetat in modum legis, eſt enim modus legis imperatiuus ſiue pręceptiuus. l. p. vbi dixi ſupra eod. Sed vetat † per argumentum à contrario, vt Baro. cenſet; ego po-

tius

tius arbitror argumentum ab abſurdo, quia lex non debet dare materiam delinquendi, vt Fulg. & Caſtr. notãt. Tum vero non video contrarium; quoniam rebannire bannitos in pręteritum, & infuturum non rebannire, non ſunt contraria, ſed diuerſa, vt potius ab vnius temporis incluſione alterius excluſionem co-
8 nijciamus arg. l. cum prętor. ff. de Iudic. Indultus † itaq; à lege diſtingui poterit, an ſolum indulgeat in præteritum, an vero
9 futurum negocium quoq; reſpiciat. Sed † amplius dubitari poteſt, ne non vlla debeat eſſe criminum indulgentia; quoniam ad publicam utilitatem pertinet ne remaneãt impunita. l. ita uulneratus, ff. ad. l. Aquil. & qui uni indulget indigno ad prolapſionis contagium prouocat uniuerſos, & ob id iniuſta miſericordia eſt, quæ formam iuſtitię non tenet: 23. q. 4. c. eſt iniuſta; & non poteſt delinquẽdi aboleri licentia, niſi fuerit in delinquentibus per correctionem diſciplinæ ſubſecuta correctio. c. pla-
10 cuit 21. q. 2. Cæterum hęc † ita ſe habent abſolute quidem, ſed interdum ex cauſa generales abolitiones fiũt C. de gener. abol. per totum. l. Relegati in fi. ibi *niſi ſemper ex aliqua cauſa*, ff. de pœnis. Neq; venia, aut indulgentia, ſed ueniç, uel indulgentię, facilitas repræhenditur; ea enim tribuit incentiuum delinquendi. d. c. eſt iniuſta. l. ſi operis, C. de pœn. ibi *cui non remitti pœnam facile publice interſit, ne ad maleficia temere quis proſiliat*, & ex hoc diffinitum eſt, an lex in præteritum indulgens in futurum uetet, ne delinquendi prębeat occaſionem.

11 *INDVLGET*, Solus † Imperator, ſiue Princeps, cui legis cõdẽdę poteſtas ſit poteſt remittere pœnas, & indulgẽdi ius habet, d. l. relegati. l. moris. §. Sed enim l. ad beſtias, ff. de pœn. quia cum in ea remiſsione recedat a lege, ille ſolus id facere poteſt, qui cum legibus ſolutus ſit. l. Princeps inf. eod. ſolus poteſt tollere legem. Quanquam indultus non in modum legis promulgetur, non tamen ab alio proficiſci poteſt, quàm ab eo qui legis condendę poteſtatem habeat.

In L. 23.

1 *An hac lege prohibeatur mutatio legis, vel Interpratationis.*
2 *Ratio dubitandi ad hanc legem.*
3 *L. dos a patre, C. ſol. mat. de conſuetudine non procedit, filia in matrimonium cum liberis decedente.*
4 *Verum in agibilibus quæritur ſub ſpecie boni*
5 *L. Iuſto ff. de Vſuc. declaratur.*
6 *Laudatur illatio Caſtrenſis ex ea l.*
7 *Moniales tertij ordinis in Ciuitate Senarum acquirunt Monaſterio.*
8 *Lex iſta in interpretatione etiam erronea locum vendicat.*
9 *Si mutari non debet interpratatio legis, multo minus lex ipſa mutanda erit.*
10 *Quod obtinebit in lege aliquantulum dura, & non vndequaque perfecta.*
11 *Ligurgi conſilium ne leges mutarentur.*
12 *Locrentium inſtitutũ ſuper legibus, ferendis, vel abrogandis.*
13 *Quibus caſibus leges mutandæ ſint.*
14 *L. in rebus inf. tit. proximo declaratur.*
15 *Ob minimam læſionem reſtitutio non conceditur.*
16 *Leges facile mutare eſt vim earum infirmam reddere ex Ariſt.*
17 *Platonis & Ariſt. ſententia de legibus mutandis.*
18 *Solonis conſilium de eadem re.*
19 *Vlpianus in. l. p. §. deniq; ff. da aq. plu. arc. declaratur.*
20 *Quę Vlpiano in hac. l. certa interpratatio dicatur.*
21 *Eiuſdem exemplum in. l. qui habent, ff. de Tutel.*

L. XXIII. Paulus Lib. 4. ad Plautium.

M*INIME ſunt mutanda quæ interpratationem certã ſemper habuerunt.*

MI-

1 MINIME. Non ſatis conſtat † quę nam mutatio prohibeatur, legis, vel interpręt ationis, & hęc verba ad interpretationem legis non ad legem ipſa reſpiciunt, licet Coraſ. generaliter de legis mutatione accepiſſe videatur. Rectius Accurſ. quem cæteri ſequuntur ad intellectũ legis retulit. Nam Tribonianus, poſtquam docuit leges benignius interpretãdas, & in ambigua voce ſignificationem, quę vitio caret eſſe ſumendam, tum vero non omniũ rationem eſſe quærendam, ne multa ſubuertantur, recte etiam adiecit ex Pauli ſententia, ea quę interpretationem certam ſemper habuerunt, non eſſe mutanda.
2 Ratio dubitandi † ea videbatur eſſe quod veteri interpretatione eſſet erratum, vel ea à recto iuris tramite deflectere videretur, quod accomodatiſsima ſpecie nobis Accur. Suggeſsit. Cũ
3 † dubitatum eſſet, an conſtitutio Alexandri in l. dos à Patre, C. Sol. mat. qua cauetur quod *dos a patre profecta ſi in matrimonio deceſſerit mulier filia familias ad patrem redire debet*, obtinere etiam ſi decederet cum liberis, & cum in puncto Iuris, vt Azo Accurtius & cæteri antiquiores probant, quos ſequitur Bart. in l. poſt dotem nu. 27. & ſeq. ff. ſol mat. potiorem patris, quam liberorum cauſam eſſe innoteſcat, Martini tamen opinio contrarium ſentientis, de conſuetudine obtinuit. An mutanda erit vſu recepta illius. l. interpretatio, quod contraria ſubtili diſputandi ratione verior appareat? Minime quidem; Non quia optima legum interpres conſuetudo ſit. l. ſi de interpretatione inf. eod. nam conuinci hoc caſu videtur erroris, ſed quia, vel ſi errore introductum dici queat, præualeat tamen, licet ad ſimilia non producatur. l. quod non rationem inf. eod. quamquam in re ambigua hæc interpretatio minus continet erroris arg. l. quod te, ff. ſi cert. pet. facit. l. nam Imperator Inf.
4 eod. Sed in hac re admonendi ſumus, † quod in rebus agibilibus, non ſimpliciter quęrimus verum ſub ſpeciei veri, quoniam non eſt pro fine cognitio, ſed verum ſub ſpecie boni; quare iuſtum metimur ex vtilitate l. ius pluribus ſupra de Iuſt. & iure, magis quàm ex veritate, ſic in l. Barbarius. ff. de off. præt. non ſpectamus quod verum eſt, ſed quod eſt vtile. Papinianus,
5 † etiam in l. Iuſto, ff. de vſucap. rationem afferens cur per ſeruum putatiuum magis quàm per putatiuum filium nobis acquiratur,

ratur, prudentiſsime conſiderauit quod *propter aſsiduam, & quotidianam comparationem ſeruorum, ita conſtitui publice interfuit. Nam frequenter ignorantia liberos emimus, non autem tam facilis, & frequens adoptio, vel arrogatio filiorum eſt.* Ibi Caſtr. recte ad notauit in ijs, quæ multum frequentatur propter publicam vtilitatem quædam eſſe recipienda, quæ alioquin
6 non reciperentur, tum vero rectiſsime † intulit in quæſtione illa creditorum, qui faciunt capi debitores ſuos tanquam ſuſpectos, præſtito ſolo iuramento de ſuſpicione, non facta fide, quod cauſa ſuſpicionis ſuperuenerit de nouo iuxta. l. ſi creditores. ff. de Priuil. crędit. vt ſi opponatur contra vnam capturam, ne valeat, quærela recipi non debeat propter frequentem vſum, ne
7 multę capturę irritentur. Hoc ipſo argumento † lite quadam Senis exorta de ſucceſsione inteſtati ad Moniales Clamidatas ſub titulo Sanctę Catherine de Senis, quas Tertij ordinis appellāt deferēda, & obijceretur eaſdē non eſſe, neq; ſolemniter profeſſas, neq; regulares, ac ideo non acquiri Monaſterio, iuxta not. in Auth. ingreſſi. C. de Sacr. Eccl. dum plura eſſent huius hordinis Monaſteria, eaq; in hac quaſi poſſeſsione ſuccedendi longo tempore fuerint; replicaui cum D. Hieronimo Beneuolento in ea cauſa Compatrono, non eſſe ſuper ea exceptione partem audiendam, ne in irritum reuocarentur (vel ſi id minus verum foret) tot ſucceſsiones eiſdem Monaſterijs delatę, & acquiſitę, ne ve quod diu obſeruatum eſſe euerteretur, ac
8 ita reiecta fuit. Quare † vt ad rem redeam in caſu magis dubitabili locum ſibi vendicare debet lex iſta, quicquid in contrariū voluerint Irnerius & Albericus; quanquam vſu recepta interpretatio a veritate aliquando recedat, tamen vtile eſt eam minime mutari, & in legibus non tàm quęrimus, quod verum eſt, quàm quod bonum, & vtile, & ideo verum conſideramus ſub
9 ſpecie boni. Quod ſi ita ſe habet per argumentum † à minori ad maius, ex hac ipſa lege deducitur non eſſe mutandas leges ipſas, quando earum interpretatio licet minus vera, vſu tamen
10 recepta, ita conſtanter retinenda ſit. Id etiam non eſt † intelligendum, vbi lex omni ex parte perfecta ſit, quod non niſi pernicioſa, & in deterius fieri mutatio poſſet, cū hoc caſu res nullam dubitationem habere poſsit. Sed cum lex aliquid erroris

Oo con-

continet, & dubium eſt, an tolleranda ſit, potius quam emendanda. Cuius rei ratio in excuſatione, vel defenſione erroris poſita non eſt, ſed in maiore damno euitando. Quò reſpexit Ariſt. ſupra relatus in lib. 2. c. 6. Polit. *Non enim* (ille ait) *tantum proderit, qui corrigere perget, quantum nocebit aſſuefactio ſuperioribus non parendi*. Et quidem *per ſe* primum omnis legum mutatio periculoſa eſt, nam eam vitę quoq; , & morũ mutatio ſequi ſolet. hanc vero multa ſemper conſequuntur
11 incommoda. Quare Ligurgus † ad conſulendum Appollinis Oraculum Delphos profecturus Lacedemonios Ciues ſuos iure iurando deuinxit, nihil ipſos de legibus ſui immutaturos, quo ad vſq; ipſe rediſſet. Ille autem Delum profectus, & accepto oraculo quę ſanciuiſſet omnia iuſta eſſe, nec interituram lacedæmonem, dum iјs legibus pareret, Carmen quidem Oraculi lacedemonijs miſit, ipſe verò mortem ſibi cõſciuit, vt deſperato eiùs reditu, de legibus abrogandis nũquam ciues ſui co-
12 gitarent. Apud Locrenſes † nemo potuit aliquando, aut legem nouam, aut veteris abrogationem proponere, niſi laqueo collum circũducto quo ſi non perſuaſiſſet ſtrangularetur; Omnis mutatio ſubuerſio legis eſt; ſed ne ſubuertantur leges earũ rationes inquirendę non ſunt. l & ideo ſupra eod. ergo nec cõcedenda mutatio eſt, cum ſubuerſio ſit; cuius rei momentum nulli magis, quam Principi conſiderandum eſt, ne facile audiat, qui nouas leges proponunt & veteres abrogare contendunt.
13 Non tamen inficiandum eſt † aliquando mutandas eſſe; id vero tunc concedi poterit cũ eaſdem, vel vſus coarguit, vel Reipublicę ſtatus inutiles fecit, vt ex Liuio tradit Coras. in. l. in re-
14 bus inf. tit. Proximo. Quo loci ſcribit Vlpianus. † *In rebus nouis conſtituendis euidens eſſe debet vtilitas, vt recedatur ab eo, iure quod iam diu æquum viſum eſt*, Euidens non modo quia certa ſed quia non modica, vix enim videri poteſt, id quod eſt parũ. Pręterea euidens in recedẽdo eſſe nõ poteſt, niſi id à quo receditur aut inutile, aut damnoſũ eſſe incipiat. Quod ſi ob mi-
15 nimam † læſionem non conceditur reſtitutio. l. ſcio, ff. de reſt. in integ. multo magis lex ob minimã cauſã reſcindi non debet. Tũ vero ob minimã cauſam, vel ex modica vtilitate mutare le-
16 ges † eſt eas facile mutare. *Quod* (vt Ariſtoteles ait) *eſt vim ea-*

rum infirmam reddere, Et quamquam a Platone in relato loco
diſſentire videatur, magis tamen eſt, vt doctiſsimus Piccolo-
mineus animaduertit Gradu x. c. 24. vt in re ipſa nulla vere di-
17 ſsenſio ſit. Etenim ex vtriuſq; ſententia † eſt, ne facile mu-
tentur, ſed vrgente neceſsitate non cito, ſed pręuia cõſultatio-
ne, non à quo vis, ſed ſenioribus, ac prudentioribus ita fieri de-
18 bere Principi Suggerentibus. Ad id reſpexit Solon, † Qui
leges ſua ęternas facere noluit, ſed cẽtũ annis, vt ratæ eſſent
poſtulauit, quo ſi quid in ijs iuſtum eſſet, durũ tamen, & acer-
bũ, tanti temporis leniret conſuetudo ſi quid pernicioſũ, & inu-
tile poſt id temporis emendaretur. Summa omnium eſſe vide-
tur tunc legem eſſe mutandam, cum vel nocet, vel nihilum
prodeſt. Nam in rebus agibilibus præcipua finis ratio eſt, at
finis legis eſt vtilitas.

INTERPRETATIONEM. Nulla quidem interprę-
tatio legibus accõmodatior eſt, quàm quæ proficiſcitur ab vſu.
Ob eam etenim cauſam nos tenent, quod Iudicio populi rece-
19 ptę ſunt. l. de quibus inf. eod. In agro ſcripſit Vlpianus † in
l. p. §. deniq; ff. de aq. pl. arc. *ſi tamen agri lex non inueniatur,
vetuſtatem vicem legis tenere*, quod non alio pertinet quàm ne
noua lege lata mutaretur id, quod diu obſeruatum eſſet; quod
ſtatim ſeruitutum exemplo confirmat.

20 *CERTAM*: Excluditur † interpretatio varia, magis quàm
dubia. Vix enim fieri poteſt cũ ipſa tollendę dubitationis cau-
ſa interponatur, ne non certa ſit, ſed certam dicit Paulus, quaſi
vndiq; conſtantem. Nam cũ ad conſuetudinem accedat quo-
quomodo, licet conſuetudo interpretatiua, vt lib. 3. c. vlt. ad
Rubr. ſcripſi, minus proprie conſuetudo ſit, vt iuri ſcripto ma-
gis ineſſe videatur, attamen vim accipit ex vſu, quæ ſtatim infir-
ma redditur, cũ actuũ non eſt vniformis obſeruantia Bart. in l.
2. nu. 22. ff. ſol. mat. Dec. conſ. 3. nu. 4. verſ. ſecundo vt narratur
Aymon. conſ. 95. nu. 3. & cõſ. 313. nu. 4. quia nulla cõſuetudo,
nec etiam interpretatiua poteſt induci ex actibus difformibus:
aſsidua quędam mutatio eſt ipſa varia interpretatio.

SEMPER. Confirmat id, quod dixi, nõ enim poterit eſſe
ſemper certa, ſi aliquando variauerit, quoniam ex ipſa varia-

21 tione, vna quęq; redditur incerta. Certę interpretatiōis † exēplum habetur in l. qui habent, ff. de tutel. lex.n.12.tab. de curatore furioſis dando ita ſemper accepta eſt vt ad pupillos non pertineat, & ſi furore teneantur.

In L. 24.

1 *Inciuile Quid ſig. ex Coraſio.*
2 *Habitus Intellectus, quinque, Ars, Scientia, Prudentia, Sapientia, Intellectus.*
3 *Prudentiæ ſub habitu, Ciuilis facultas collocatur.*
4 *Viri prudentis quid proprium ſit.*
5 *Prudentia quid.*
6 *Habitus prudentiæ, quæ inter extrema collocetur.*
7 *Turpe idem, quod inciuile apud Quintum Mutium.*
8 *Inciuile apud Celſum dicitur quaſi habitui prudentiæ contrarium.*
9 *Præcedentia ad ſequentium declarationem conferunt, & e conuerſo.*
10 *Baronis ad hanc legem interpretatio.*
11 *Authoris de eadem re ſententia.*
12 *Baldus nullum ius ignoraſſe dicitur.*
13 *L.p.ff. de leg.p. à Triboniano in Vlpianum relata.*
14 *Repræhenditur Moderniorum in allegationibus oſtentatio.*
15 *Lex eſt inſpicienda tota ſed ſufficit proponere partem.*

L. XXIIII. Celſus Lib. 9. digeſtorum.

INCIVILE eſt, niſi tota lege perſpecta, vna aliqua particula eius propoſita iudicare, vel reſpondere.

1 INCIVILE. Id eſt † indecorum, & hominis leuis, atq; intemperati Coraſius interpręatur arg. l. 2. C. de furt. ſed vim

vim iſtius ſignificationis vtilius eſt ex re ipſa petere, potius quã
2 ex nomine. Itaq; † ſciendum eſt ea,quibus affirmando, vel ne-
negando verum dicere ſolenmus eſſe numero quinq; , Artem,
Scientiam, Prudentiam, Sapientiam, Intellectum. Ariſt.lib.6.
Ethic. c. 3. Alioquin ſi noſtra opinione duntaxat aliquid affir-
memus, vel negemus, facile fieri poterit, vt mentiamur. Et
quidẽ neq; Scientia, neq Ars, neq; Sapientia, neq; Intellectus
3 ciuilem facultatem determinant, ſed ſola † prudentia, quo-
niam pertinet ad res agibiles ſiue in humanis verſatur actioni-
4 bus, dixi in.l.ſcire ſupra eod. videtur † autem illud eſſe propriũ
viri prudentis, vt recte conſulat de his quę bona, & vtilia ſunt,
& non quidem ex parte, vt quę ad ſanitatem, & robur confe-
rant, ſed quæ ad bene viuendum in vniuerſum conducant.
5 Quare idem Ariſt.c.5.de lib.6.diffinit Prudentiam † eſſe habi
tum vera cum ratione actiuum circa ea, quę bona, vel mala ho
6 mini ſunt. Videtur autem habitus hic † qui ſolus ciuilis eſt,
inter duo extrema collocari, imprudentię, atq; calliditatis, ſiue
malitię, vtrumq; eſt quid inciuile. Nam ciuili facultati, vel
7 prudentię contradicit. Quare † quod Mutius Sulpitiũ obiur-
gaſſet dicens turpe eſſe *Patricio & nobili cauſas orãti ius, in quo*
verſaretur ignorare, perinde eſt, ac ſi dixiſſet inciuile eſt. Alte
rius extremi exemplum legi poteſt in.L. p.ff. de reg. cat. vbi ca-
uillatio repræhenditur; Vtrunq; prudentiæ opponitur, quoniã
neutrum vtitur ratione vera, ac ideo vtrumq; in ciuile eſt, ſed
alterum ab ignorantia alterum à malitia proficiſcitur. Qua ra-
8 tione † in eos omnes inuehi poteſt, vt Celſus ait, qui tota lege
minime proſpecta, vna aliqua eius particula propoſita iudicãt,
vel reſpondet, & vndecumq; procedat inciuile eſt, verę q; ra-
tioni ac ciuili prudentię contradicit. Nam cum pręcedentia
9 † ad ſequentiũ declarationem plurimum conferant, & e con-
tra. l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. ff. de leg. p. licet magis influant
præcedentia ad ſequentium declarationem, quàm e conuerſo,
vt poſt. gloſ. tradit Bart. in l. quis quis, ff. de leg. 3. Iaſ in. l. Gal-
lus. §. etiam ſi nu. 23. ff. de lib. & poſth., quod mihi ſatis per-
ſuaſum eſt, temere videtur nõn niſi ad particulam reſpicere,
qui ex integra lectione de ipſius legis ſententia certior fieri
poſsit.

LEGE

10 *LEGE*. Baro † Vniuerſam Iuſtinianeam legiſlationem,
& præſertim eam, quę ad cauſam pertineat legis verbo ſignifica-
tam exiſtimat. Totū enim ius; vna lex, vna ſanctio eſt. Con-
firmat quod earum quas leges dicimus multæ ſunt; quarum aliæ
ex alijs interpretationes mutuantur, vt Galli formula ex l. Vel-
11 leia, & alię eiuſdem generis; Sed ego † laudo quidem ad leges
omnes reſpicere, quæ ad cauſā pertinent, ad omnes abſolute ne-
que neceſſarium, neq; facile exiſiſtimo. De vno duntaxat Bal-
12 do circumfertur. † quod nullum ius penitus ignorauerit; Quod
an ita ſe habeat cęteri viderint. Fragilis tamen, & infirma eſt
ſolutio Aymon conſ. 92. nu. 2. ex eo deducta, quod Baldus nul-
lum ius ignorauerit, recteq; ad alias confugit, nec ille ſoluen-
dī modus in exemplū tranſire deberet. Tū etiam, quod Celſi
tempore non hęc legum in capita per Tribonianum diſtributio
facta foret, opinor Celsū intellexiſſe legis nomine legem Aqui-
liam, legem Aliam ſentiam, legem Falcidiam, vel ſimiles, vt qui
legem Aquiliam induceret, eam omnem inſpexiſſe debuerit.
Ad has pertinet c. quędam. diſt. 2. ſed tamen Tribonianus qui
in modū cuiuſdam Centonis ius noſtrum digeſsit ad pręſentem
legū adnotationem, ſententiam Celſi traduxiſſe videtur, ſicut
13 Vlpianum de exequatione † reſpōdentem introduxit l. p. ff. de
leg. primo vt Iuſtiniani, conſtitutioni deſeruiret, ac ita vſus ob
ſeruat. Quod comprobatur ab effectū iudicādi, vel reſponden-
di, vtrūq; enim verſatur circa ſingula. Igitur ſingulis ſpeciebus
ſingulæ leges accomodandę ſunt, quę ex reſpōſis prudendū de-
ſūptę, plerūq; ſpecies etiam ſingulares diffiniūt; Sed in cōtrariū
14 nō minus in eos inuehi † deberet, qui leges & authoritates coa-
ceruāt, vt vel nullius artificij ſtudium, atq; laborem exhibeant,
vel profuſa ſcriptura vanam, indoctęq; doctrinę oſtentationem
ignaris litigātibus vendāt. Porrò quātū, bone Deus, ab ingenuo
Iurecōſulto abhorrere dicendū eſt, vel etiā in regulis ipſis, non
modo in legibus apertis ſuperuacanee cōfirmādis, lōgo ordine
interpretū omniū authoritatē ſubijcere, vt illud probes, quod
etiā pars aduerſa tanquā indubitatū gratis cōcedere nō grauabi-
tur? Cū cōmunis opinio in quęſtionibus cōtrouerſis plurimū va
leat, laudari poterit receptioris ſententiæ per enumerationem
oſtenſio; Cæterū cū lege diffinita res eſt, nec dubia, aut varia il-
lius

lius interpretatio, ad eam reſpicere ſat eſſe ex hac ipſa lege probatur, quę nihil vltra pręſcribit, quàm, vt eam totam inſpicias. Cætera quidem faxit Deus O. M. ne magis auaritiæ quàm ſolertiæ ſint addimenta.

PROPOSITA Non † omnem legem proponere neceſſe eſt, ſed inſpicere eaq; tota inſpecta, cũ particula toto non contradicit, ſed bene reſpondet, eam ſolum allegare fas eſt.

IVDICARE VEL RESPONDERE. Poſt ipſum Legumlatorem, qui primum tenet gradum, Iuſdicentium, & Reſpondentiũ gradus ſunt. Ille cõdit leges, hi vero inſpiciunt, & ſecundũ leges iudicant, ſiue reſpondent, quod autem in legibus pręſcribit Celſus quoniam vtilitas eadem eſt, trãsferri debet, ad cęteras etiam, vel interpretationum, vel conſiliorum inſpectiones, Vidi aliquando allegari conſilium eximij alicuius Iureconſulti in rationibus dubitandi, quo paulo infra perlecto conſtitit contrariũ definire in rationibus decidendi. Omnem Celſus in legendo negligentiam redarguit. Tum vero pręſcribit per modum ſuppoſitionis, quoad fieri poteſt ex lege iudicandum eſſe, aut reſpondendum. Male ergo ex Moderniorum authoritate, id ſępe probare cõtendimus, quod niſi repertorijs duntaxat incumberemus, ex legum noſtrarum fonte (qua in re vel maxime Hieronimus Beneuolentus ſemper excelluit) foeliciter haurire poſſemus.

In L. 25.

1 *Ratio naturalis, & ciuilis ad. l. hanc inducitur.*
2 *Quid interſit inter hanc. l. & l. quod fauore. C. eod.*
3 *Sententia Baronis de hac re probatur nu. 14.*
4 *Accurſij error in hac lege.*
5 *Regula iſtius legis declaratur exemplis.*
6 *Coraſij in ratione iuris interpretanda expoſitio damnatur.*
7 *Stante ſtatuto quod bona pupillorum poſſint arbitrio magiſtratus alienari ſine, ſolemnitate vel ſubſtantialitate, non tamen poterunt alienari ſine cauſa.*
8 *Cauſa non venit appellatione ſubſtãtiæ, vel ſolemnitatis.*

9 In

9 *In hac.l. quid interſit inter Iuris rationem, & æquitatis benignitatem.*
Authoris ſententia.
10 *Ratio diſcernens, & ratio corrigens.*
11 *Regula iſtius l. in æquitate fundata.*
12 *Tum hęc, tum omnis alia regula, quæ in æquitate fundata ſit exceptionem non habet.*
13 *L. quod Fauore C. eod. limitationes admittere poteſt.*
14 *Baronis differentia probatur.*
15 *Durior interpretatio quæ?*
16 *Aliæ Regulæ de ll. Interpretandis huic cedere compelluntur.*
17 *Nimia remiſſio damnatur.*
18 *Res eccleſiæ quæ pro redemptione captiuorũ alienari queunt, non poſſunt alienari pro ijs qui proprio ſcelere ad triremes damnati ſunt.*
19 *Hyeronimus Cerretanus laudatur.*

L. XXV. Mod. Lib. 7. Reſponſorum.

NVLLA IVRIS RATIO, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro hominum vtilitate introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad Seueritatem.

NVLLA IVRIS RATIO. Ergo neq; naturalis, neque ciuilis hoc patitur argumento §. conſtituitur Inſtit. de Vſuf. Naturalis † quidem quoniam quandam repugnantiam contineat, ea nocere introductione, qua prodeſſe contendas. Non ciuilis, quoniam cum aliquid vtilitatis gratia introductum eſt, ſi producatur ad incommodum à coſtituto fine de-

clinat

elinat: at vniuerſa Ciuilis Philoſophia ita laborat ita laborat in aſſecutione finis, ceu ſpeculatiua in ſubiecti cognitione verſatur; quare ab omni ciuili ratione abhorret, quod à fine declinat.
3 Quæritur † quid interſit inter .l. hanc & l. quod fauore C. de leg. 8
Fulg. arbitratus eſt vtriuſq; eandem eſſe deciſionem, & ſentire videtur Alberic. Contrarium defendunt Iacobus & Paul. Caſtr. & Aegumarius Baro. Caſtrenſis legem hanc de interpretatione, illam vero de vſu accipit Rectius definit Baro † eam reſpicere ad ius ſingulare, hanc ad vniuerſale; quod ſi ita ſe habet, vt vtriuſq; legis verba ſatis inſinuant inferri poteſt non ex toto
4 † cum lege noſtra concordare plerſaq;, quas hic Accur. inducit, veluti .l. non eo minus, C. de procur. multoq; minus .l. plures. C. de fid. inſtr. quoniam procedunt in Iure ſingulari, ac ideo magis concordant cum .l. quod fauore. C. eod. Idem dico de .l. generaliter. §. in iis autem. C. de ſecund. nupt. Hanc vnam il-
5 luſtremus exemplis † Prohibet lex murum ciuitatis aſcendi .l. Vlt. inf. de rer. diuis. (hoc exẽplo Baro. & Coraſius vtũtur hic, & in lib. 3. in tractatu de æquitate, & ſupra in iis commentariis veluti plurimũ accomodatò ſæpe eodẽ nos vſi fuimus) aſcẽdit ciuis, vt hoſtes depelleret. Si legis introductionem reſpicias pro ciuium vtilitate ſalubriter introducta eſt; at ſi hoſtium depulſor puniri debeat, iam ad ciuium producitur incommodum: nulla Iuris ratio id fieri patitur. Induci etiam poteſt eiuſmodi lex in illa Bartoli quæſtione de pœna illius, qui ſanguinem fecerit in Palatio: incommodũ .n. Ciuibus affert, ne preſcripto Medici ægrotis mitti e vena queat; igitur ad hanc ſeueritatem pro-
6 ducenda non eſt. Ex quo † conſtat male Coraſium hic iuris rationem verborum proprietatem & ſubtilitatem fuiſſe interpretatum, quia hic opponantur benignitati, quoniam non opponitur, ſed ad hanc duriorem interpretationem euitandam cum æquitate conſentit. Cæterum quæſtiones, quas noſtri excitant ad ius ſingulare non ad hanc legem pertinent, ac ideo determinantur ex .l. quod fauore. C. eod. Cuius legis argumento ſi ſta-
7 tutum † caueat bona pupillorum arbitrio Magiſtratus omni omiſſa ſolemnitate, vel ſubſtantialitate alienari, quæri poteſt an cauſæ cognitionem tale ſtatutum remittere videatur? Maxime vero inſpici debet an fauore pupillorum introductum ſit,

Pb quod

quod ego arbitror citra controuerſiam, ex quo ſub infertur non recipere interpretationem aliquam, quę iura pupillorum lędere poſsit d.l. quod fauore, C.eod.l. non eo minus. C. de Procur. &
8 ego alias conſului ſuper ſimili ſtatuto † illa verba *ſolemnitate, vel ſubſtantialitate* cauſam non comprehendere, quod neutrū eorum eſſet. Eſt enim cauſa alienandi imminens es alienum l. magis puto. §. & magis, ff. de reb.eor.l.ob ęs, C. de Præd.min. Et, vt morbus eſt cauſa medicinę, ita es alienum cauſa eſt alienationis occaſionalis, & impropria. Fit enim alienatio, vt remoueatur cauſa, tātumq; abeſt, vt cauſſę ſolemninatis, vel ſubſtantiæ nomen conueniat, quantum quod morbus ſit de ſubſtantia, vel ſolemnitate artis medicę. Nihil porro aliud eſt concedere bona alienari ſine cauſa, quàm concedere, vt dilapidarentur etiam; & ideo hęc interpretatio tam incommoda pupillis ab ijs, qui artem boni, & equi profitentur reijcienda eſt. Quare reſpōdi alienationem factam prętextu maioris vtilitatis nullam eſſe quod ea nō ſit cauſa approbata Cuman. in l. ſi fundus. ff. de reb.eor. & in l. magis puto. §. ſi æs ff. eod. Caſtr. in. l. cū hi nu. 12. ff. de tranſact. Affl. Decis. 87. Capic. decis 113. Vrſil. ad Affl. nu. 2. Ruyn. conſ. 63. nu. 12. lib. p. Rol. conſ. 7. nu. 26. vol. 3. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 121. nu. 60. Simōc. De decreto lib. 3. tit. 8. Inſpect. 17. nu. 126. & veram ac receptiſsimam hanc ſententiam eſſe non eſt dubitandum. Neq; ſtatutum illud in aliqua ſui parte diſpenſat circa cauſam quoniam intendit alienationem celeriter fieri, ac ideo ſolemnia, & ſubſtantialia remittit, ne imminens æs alienum ex mora pupillos in dies magis pręmat, non tamen concedit, vt ſine legitima cauſa liceat ad alienandum proſilire.

AVT AEQVITATIS BENIGNITAS. Quemadmodum æquitas duplex eſt, naturalis, & ciuilis, ita duplex erit eiuſdem benignitas, quę vtriq; reſpondeat, & ſic nulla etiam benignitas id patitur. Non naturalis quidem, quoniam nihil diſtat a naturali ratione. Non ciuilis quoniam abhorret à ſeueritate, & ius emendat, vt indulgeat, & vt remiſsius, non, vt durius tractet. Quid inter ius & ęquitatem interſit, & quę ſit ęquitas, quę ipſius benignitas d. lib. 3. abunde explicatum, eſt
9 At † quomodo æquitas à ratione iuris differat, etiam ſi differat

à iure

à iure, quanquam hic ſupponatur, non ſatis innoteſcit. Quinimo dum Scripturam emendat cum ratione iuris conuenire videtur, nam mortui legiſlatoris officio fungitur, id faciens, quod ille faceret ſi adeſſet. Ariſt. lib. 5. Ethic. c. 10. tum maxime ſcriptum ius ex ratione iuris emendat; & mihi id vnum, quod pertinet ad hanc rem, intereſſe videtur, quod ratio in eo quod agitur errorem oſtendat, ęquitas errorem ratione patefactum cor-
10 rigat, emendet, vt non incommodè etiam ſi ratio eadem ſit, † diſtinguatur ab intellectu in rationem diſcernentem; & corrigentem. In eo qui murum aſcendit, vt hoſtes depelleret, ratio iuris demonſtrat nihil factū eſſe contra mentem legis, ſed quoniam lege ſcripta reus eſt, ab ipſa ęquitate per legis emendationem liberatur, abſoluitur, quę alioquin eundem ligaret, quo-
11 niam in verbis nulla eſt ambiguitas. Ex iis opinor † legem hāc ita in ęquitate fundatam, vt ab ea ſeiungi nequeat, neq; tamen ſcripta æquitas eſt, ſed pręceptum æquitatis, ęquitas enim verſatur circa ſingula. Ac ita non legis ſed ęquitatis pręſcriptū exiſtimari debet, quoniam nullo caſu emendari poteſt. Huius enim regulæ emendatio, quoniam tota pendet ab æquitate non poſſet fieri niſi ęquitatis benignitate reſiſtente, quę nihil aliud eſt, quàm conſenſio illa, & venia ad ignoſcendum, quam d. lib. 3. c. 4. explicaui. Fieri enim contra non poteſt, quin etiam fiat cō id quod nulla ęquitatis benignitas patitur, ac ita ſi pręceptū hoc emendaretur, ipſa in eo emendaretur æquitas quod per abſurdū
12 eſt. Quemadmodum abſurdum eſt † omnem aliam regulam duntaxat in ęquitate conſiſtentem eiuſque ſeruandæ cauſa introductam eo nomine poſſe emendari, vt in regula, l. placuit. C. de Iudic. l. in omnibus, ff. de reg. iur. innoteſcere poterit, nunquam enim excipientur caſus in quibus ſi ęquitas locum habere poſsit eiuſmodi regulæ limitentur, ne ęquitas ipſa excludi uideatur. Vt enim ius legitimum ab æquitate emendari iuſtiſsimum eſt, ita æquitatem ipſam emendari à legitimo iure falſiſsimum eſt. Ergo hoc Modeſtini pręceptum perpetuum exiſtimari debet. Quo poſito, nihil poteſt eſſe, vel huic legi contrarium, vel tanquam ſpeciale ab ea exemptum, vt inepte admodum Accur. ac cęteri poſt eum tot excitauerint oppoſitiones, quæ non huic legi, ſed l. quod fauore, C. de legib.

13 vt certo certius eſt, aduerſantur. Eaque conſtitutio † poterit aliquo caſu limitationes admittere, cū non ita immediatæ cohæreat ęquitati, ſed potius quadam benigna legislatoris interpretatione nitatur, quod ea verba *ad læſionem eorum nolumus inuentum videri* ſatis aperte ſignificant. Tum etiam quia fieri poteſt, vt ius illud ſingulare, quod aliquorū vtilitatem continet, aliquo caſu communi vtilitati contradicat, & propterea cedere cogatur.

14 *SALVBRITER.* Ad eam † legem id pertinet *Salus Populi ſupprema lex eſto* & ſatis Indicat hunc locum ad ius ſingulare minime pertinere, vt ſupra ex Barone deduxi.

DVRIORE INTERPRETATIONE. Durior in-
15 terpretatio † ea eſt, quæ ſolis verbis inhęrens ſententiam legis offendit; & quanquam verba per ſe clara non admittant interpretationem, vt in eo qui murum aſcendit, attamen cum verba contradicunt ſententię, ſtatim dubitatio oritur, & benigna interpræctatio, quæ ſimul ęqua eſt, pro ſententia eſt: quę verò verbis fauet durior appellatur, quod ęquitati contradicat, cum non ſe ſe ad ſententiam flectat, & accomodet, ſed rigida, duraq; reſiſtat: Itaq; dubitationi occurrit inter ſcriptum, & voluntatem, & in ea interpretanda, & iuris rationi, & ęquitatis benignitati contradicit. Quas ad eam excludendam in hac re (quicquid Coraſius dixerit) conuenire manifeſtiſsimum eſt. Itaq; quemadmodum in pœnis. quod durius eſt effugimus. l. reſpiciendum. ff. de pœn. ita hic ab hac duriore interpretatione abſtinemus.

PRODVCAMVS Productio eſt, ſi ad rationem iuris, vel æquitatem reſpicias, ſi ad ius ſcriptum plerumq; comprehenſio erit, vt in exemplis ſupra poſitis apparet.

SEVERITATEM. Itaq; durior interpretatio, & producit & perducit ad ſeueritatem. Hęc verò manifeſtam iniuſtitiam ſapit. Nam leges omnes pro hominum ſalute, tum inuentæ, tum latę ſunt; & in communem vtilitatem veluti finem propriū diriguntur. Quod ſi incommodū populo afferant, nec leges ſunt, quia non ratio iuris, non æquitas patitur, leges ad po-

pulorum

pulorum in commodum introduci, aut introductas interpretari, vtrumq; enim à fine legis abhorret. Ergo Modeſtini præceptũ non eſt de legibus quibuſdam, ſed de omnibus; omnes enim pro communi vtilitate introductas eſſe decet. c. erit diſtinctione 4. Et inter omnes interpretandi rationes hęc vna, quę ducitur à fine debet eſſe præcipua. Nam propter communem vtilitatem leges non tantum feruntur, ſed latæ abrogantur, ſub-
16 uertuntur, Ergo † regula. l. benignius, & l. in ambiguo, & l. non omnium, huic cedere compelluntur, quia rationem habent eorum quę ſunt ad finem, hęc vero ſolius finis immediate rationem habet. Illud prętermittendum non eſt, maxime legem hanc eos offendere, qui verba ſiue legum, ſiue paciſcentium, contra ſententiam proferentis interpretantur. Cum enim ad ſocietatem humanam integrandam data ſit nobis loquendi facultas, vt quod animo ſentimus voce pronunciantes inuicem conciliaremur, iam quicunq; intelligit, quid legiſlator ſentiat, inique contra eiuſdem ſententiam verba interpretatur. Et inter cęteras hęc vna durior eſt, ac doloſa interpretatio, & ipſis loquentibus incommoda, vt verba inuenta ad animi ſententiam explicandam interpretemur contra ſententiã, l. pen. in fin. ff. ad exhib. l. Fraus inf. hoc titulo. Et ſi in ijs obtinet, quę quotidie pro hominum vtilitate inueniuntur, vt reijcienda ſit hęc interpretatio, multo magis in ijs obtinere debet quæ à D. O. M. ad communem omniũ vtilitatem profecta ſunt, vt ad eorũ incommodũ contorqueri non debeant; nam iniquę magis quam ſe-
17 uerę eiuſmodi interpretationes forent. Exiſtimo † tamen, vt quemadmodum ad ſeueritatem duriore interpretatione procedendũ non eſt, ita non eſſe nimia remiſsione, aut benignitatẽ ad damnoſam facilitatem declinandũ; ab vtroq; extremo abſtinere debemus. l. reſpiciendum, ff. de Pœn: Qua ratione placuit ſem-
18 per eorum ſententia, † qui cum res Eccleſię in redemptionem captiuorum alienari poſſe fateantur iuxta. l. ſancimus, C. de Sacr. Eccl. c. apoſtolicos. c. & ſacrorum cum ſeq. 12 q. 2. non tamen conſentiunt quadam remiſsiori interpretatione produci ad nimiam indulgentiam, vt eorum etiam redemptio permiſſa ſit, qui ob patrata ſcelera ad triremes damnantur. Sic publi-
19 ca diſputatione olim defendit Hyeronimus Cerretanus † nũc

ſoli-

ſolidiſsimus Canonum interpres, in quo iam per plurimos annos & morum ſuauitatem, & animi ingenuitatem pręclara eruditione coniunctas & diligere & obſeruare ſoleo: Iuſtos enim ac innocentes, caſuq; aduerſo in captiuitatem collapſos, quos vexari iuſtum non eſt, redimi iuris ratio, & ęquitatis benignitas efflagitant; ac nocentes, noxioſq; puniri vtile eſt l. ita vulneratus, ff. ad. l. Aquil. ijſq; purgari ciuitatem ad officium eorum, qui præſunt pertinere videtur l. 3. ff. de offi. præſi. Ergo neq; durior, neq; remiſsior interpręta tio, quę ab intentione legiſlatoris declinet recipi debet.

In L. 26.

1 *Nulla lex eſt ipſo Iure legi contraria.*
2 *Accurtius tres affert trahendi modos ad hanc legem.*
3 *Tertius extra propoſitum legis eſſe demonſtratur.*
4 *Authoris ad hanc l. intellectus.*
5 *Statutum Senenſe, quod procedatur de ſimilibus ad ſimilia ad poſteriora ſtatuta trahitur.*
6 *Iudex maleficiorum de cauſa ciuili cognoſcere non poteſt.*
7 *Trahere quid ſit, tam ex communi, quam ex Authoris ſententia.*

L. XXVII. Paulus Lib. 4. Queſtionum.

NON eſt nouum, vt priores leges ad poſteriores trahantur.

ALIQVANDO ſtatus cõtrouerſia ex ſcripto, & voluntate pendet; interdum vero propter contrarias leges, ex quo vtrimq; ſcriptum contenditur, ſola ſupereſt quæſtio volũtatis Quint. lib. 7. c. 8. Ad priorem quęſtionem pertinet. l. ſcire leges cum ſeq. Ad ſecundam hęc cum duabus ſequentibus. Rethores hanc controuerſiam appellant ex contrarijs legibus; omnibus.

1 Omnibus † autem manifeſtum eſſe debet nunquam eſſe legem legi contrariam iure ipſo; quia ſi diuerſum ius eſſet alterum altero abrogaretur, ſed eas caſu collidi, & euentu; Veluti lex ait Tyrannicidæ imago in Gymnaſio ponatur; alia lex Mulieris imago in Gymnaſio ne ponatur Mulier Tyrannum occidit hic lex legi opponitur. Interdum quæſtio incidit qualitatis, vtra iuſtior, interdum temporis vtra prior. Sed quocunq; modo ſe inuicem collidant, vel quia pares inter ſe ſint, vel quia ſecum ipſę id faciant, quod accurate Quintilianus explicat, quot modis poſsit accidere vt idem recte admonet plurimum ſemper poterit, vtrũ fieri ſit melius, atq; ęquius, de quo nihil pręcipi niſi propoſita ſpecie poterit. Sed videndum eſt primum, vt monet Author ad Hærennium lib. 2. nũ quę abrogatio, aut derogatio ſit, & hoc caſu abrogatũ abroganti cedere neceſſe eſt. l. ſed & poſteriores inf. Plerũq; priores ad poſteriores trahuntur, vt
2 hic, quod tribus modis fieri Accur. exiſtimat † vt determinentur, ſuppleantur, corrigantur. Primo modo vt in l. p. C. quam libel. Principi dat. quæ determinatur per l. 2. eo tit. Nam, quod reſcriptum Principis habeatur pro conteſtatione determinat procedere in actionibus Pretorijs durantibus per Annum. Secundo modo, vt in. l. vltima, C. de conſtit. pecu. vbi conſtituit Iuſtin. quod epiſtola Diui Hadriani de beneficio diuiſionis inter plures fideiuſſores, habeat locũ inter plures conſtituentes. At hoc non eſt ſupplere legem, ſed extendere, & aliud extenſio, aliud ſuppletio eſſe videtur. Tertio modo, vt in. l. generali. C. de Sacr. Eccleſ. quæ conſtituit, quod quæcumq; perſona Deo dedicata poſsit reſtari, ſtatim vero corrigitur per Auth. ingreſsi quæ auffert diſponendi facultatem. Ego tertium
3 † hũc modũ arbitror extra propoſitum legis, quoniam trahuntur priores ad poſteriores euitandę contrarietatis cauſa d. l. ſed, & poſteriores, at vbi correctio ibi contrarietas eſt. Pręterea lex correcta non eſt lex, & ideo ex duabus legibus altera correcta, non poteſt vna ad alteram trahi, quia Paulus vtramq; legem eſſe ſupponit. Secus eſt vbi ideo trahitur, vt diſtinguatur, declaretur, ſuppleatur. Nam hac ratione conciliantur, ne contrarientur inuicem. Et hanc moderationem recipit intellectus Accurſij & communis, ſi eum ſequi uelimus. Mihi alius

eſſe

4 eſſe videtur, † nempe, vt declarando, & diſponendo, vt exem-
plo legis falcidie (quod omnium accommodatiſſimum eſt eui-
denter apparet. Ea modum legatis duntaxat adhibuit. l. p. ff. ad
l. falc. Fideicommiſſis non ita, neq; enim erant in vſu Inſt. de
fid. hęred. in princ. Tracta eſt ad leges poſteriores, vt, & in fidei-
commiſſis locum habeat §. ſed. quia inſt. eod. Idemq; in do-
nationibus cauſa mortis factum eſt. l. 2. C. de donat. cau. mor.
Trahere eſt producere extendere in ſenſu Accurſij potius vi-
detur poſterior trahi ad priorem. Aliud exemplum ſit ex lege
5 municipali. Adeſt Senis ſtatutum † quod procedatur de ſimili-
bus ad ſimilia; trahitur hoc ſtatutum diſpoſitiue ad quęcumq;
ſtatuta in futurū fieri contigerit, & hoc eſt quod Paulus ait *non
eſt nouum*. Tertullianus vero dicit vſitatum. Rurſus lex eſt,
6 † ne Iudex maleficiorum iudicet de cauſa ciuili. l. ſolemus. §. la-
trumculator, vbi not. Bart. ff. de Iudic. & ſi noua lex ſuper
nouo ciuili negocio feratur, neq; aliquid diſponat, iudici ma-
leficiorum, tracta priori lege ad poſteriorem cognitio denegata
eſſe videbitur. Quare ſi in teſtamentis vel hodie aliud relicti
genus ex lege proficiſceretur, ad eam legem traheretur lex fal-
cidia.

TRAHANTVR. Vim maiorem poſterioribus legibus
regulariter ineſſe conſtat; poſteriores trahunt priores trahun-
7 tur. Trahuntur † quidem quoniam flectunt, & accomodant
ſe ſe poſterioribus, ne iiſdem contradicant. Quoniam ſi con-
tradicant, incidimus in cōtrarias leges, quo caſu poſterior prio-
rem tollet, non ad ſe trahet, Exemplū ſumi poteſt ex. l. non am-
bigitur ſupra eod. quæ lex eſt prior l. vlt. C. eod. ſi dicamus Se-
natum legem facere poſſe, l. vlt. contradicit, id, ſoli Imperato-
ri concedens. Iam incidimus in contrarium, ac ideo fateri co-
gemur priorem eſſe correctam. Sed ſi eam trahimus ad poſte-
riorem, vt vel dicamus Senatum id facere poſſe Principi ſugge-
rendo ac per modum conſilij, vel Principe permittente, vt Ba-
ro hic cenſet; vel ius facere & condere legem non eſſe idem, vt
dixi in d. l. non ambigitur, eiuſmodi tractione contrarium effu-
gimus, & conciliationem aſſequimur. Trahitur prior ad po-
ſteriorem dum ita ſe ſe accomodari patitur ne contradicat.
Hęc dici poſſūt Accurſij, & aliorū defendendi cauſa. Sed genus

hoc trahendi rarum eſt,non vſitatum, quare in ſuperiori ſententia reſideo, quæ ad Tertulliani mentem videtur magis accedere, vt trahere legem non ſit eam flectere, ſed producere, extendere vim, ac poteſtatem patefacere, non quaſi legi vim quandam inferre; quod ſi, vel aliquando fiat, vſitatũ tamen eſſe non apparet. Sic Vlp. porrigendo edicti ſententiam in l. ſiquis id quod ff. de iuriſd. omn. iud. non potuit porrigere, quin etiam traxerit.

In L. 27.

1 *Varia huius l. lectio.*
2 *Vera eiuſdem explicatio.*
3 *Dictio quoq; explicat caſum magis dubitabilem.*
4 *Confirmatur aduerſus Accur. intellectus Authoris ad. l. preced.*
5 *Leges commiſceri poſſunt, vt comprehendant id permixtæ, quod ſeparatæ non comprehendunt.*
6 *Cum lex ad legem trahitur facilior colligatio eſt, quam, vt ad rem vel perſonam ſimilem trahatur.*
7 *Antiquum de qua lege dicatur remiſsiue.*

L. XXVII. Tertullianus Lib. 1. quæſtionum.

IDEO quia antiquiores leges ad poſteriores trahi vſitatum eſt, ſemper quaſi hoc legibus ineſſe credi oportet, & ad eas quoque perſonas, & ad eas res pertineant quæ quandoque ſimiles erunt.

IDEO. Neque ſtructura verborũ, neque legis ſenſus difficultate carent. Quidam vt Augu: Baro † legunt adiecta 1 copula ibi, *& ſemper quaſi* & cę, quę difficultatem auget: qui-

Q q dam

dam, vt Coraſius poſt verbum *oportet* punĉto orationem finiunt; ſed durior mihi videtur hæc ſeparatio per punĉtum. Ideo retenta vulgata leĉtione, quam, magis probo, credo hunc
2 fuiſſe Tertulliani ſenſum † ex intentione Triboniani legem hanc cum præcedenti colligantis. *Non eſt nouum vt priores leges ad poſteriores trahantur, Ideo quia antiquiores leges ad poſterioes trahi vſitatum eſt, ſemper quaſi hoc legibus ineſſe credi oportet*. Paulus trahi pronunciat abſolute, Tertullianus per modū cauſę.i. quia trahi vſitatum eſt, neq; enim Paulo aliud eſt non eſſe nouum; ideo ſemper hoc quaſi legibus credi oportet ineſſe. Notat Accur. locum à communiter accidentibus; ego noto id quod vſitatum eſt ineſſe legi, & potius ad mores reſpexit Tertullianus, Aliud vero eſt aliquid vſitatū eſſe, aliud communiter accidere, multa communiter accidunt ex natura, non ex more, vt Nix in Hyeme, quę tamen, quandoq; accidit etiam eſtate. Duo vero contendit ineſſe legibus antiquioribus, & vt ad poſteriores trahantur, & quia hoc vſitatum eſt minus dubitabile eſt; aliud quod etiam magis dubitabile eſt, vt oſten-
3 dit diĉtio illa *quoq;* † argumento.l.etiam.ff. defun.dot.l.etiam C.ſi tut. vel cur interuen, hoc autem eſt, vt non tantum ad poſteriores trahantur leges, quæ ſimiles ſunt. Sed etiam ad eas perſonas, & res, quę quandoq; ſimiles erunt. Quę res confir-
4 mat aduerſus Accurſium † quod in pręcedenti lege diĉtum eſt explicatio enim rerum, & perſonarum ſimilium, ſimiles leges implicat, quare priores leges ad poſteriores ſimiles trahi vſitatum eſt: at in quo poſterior priorem corrigit diſsimilis eſt: in quo ſupplet ipſa trahitur non trahit. Minus autem dubitationis habet quod lex ad legem trahatur, quàm quod trahatur ad
5 rem, vel perſonam ſimilem; Nam leges duæ † quod magis eſt Authore Iuliano miſceri poſſunt, vt id decidant, quod neutra compręhendit, & videbitur id lege compręhenſum.l.Gallus.§.
6 vlt. ff. de lib. & poſth. Quare, cum lex ad legem trahitur † facile colligantur. Quoniam ex legeslatoris intentione vna omnium legum latio eſt, & vna lex omnes leges exiſtimari debent. At cum lex trahitur ad nouam rem vel perſonam; ad id trahitur, quod ſibi in unitate legum colligatum non eſt. Optime quadrat exemplum Accurſij de Macedoniano Senatuſconſul-
to,

10. quod quamquam loquatur id filijs, trahitur ad nepotes. l. filium habeo, ff. ad Maced. ſic edictum de ſeruo corrupto ad filium familias vtiliter trahitur. l. vt tantum, ff. de ſeruo corrup. in re exemplum eſt in, l. ſi quis id quod, ff. de Iuriſd. omn. iud. quia valde ſimile eſt corrumpere edictum propoſitum, vel dum proponitur, vel paulo antequam proponeretur. Tum aliud eſt in d. l. vlt. C. de conſt. pecun. ſimile enim eſt conſtitutum fideiuſsioni, eſt enim quędam prætoria fideiuſsio.

7 *ANTIQVIORES*. Nomen † hoc & ad l. 12. Tabul. referri ſolet. l. celſus. §. vlt. ff. de leg. 2. ibi *quod iure antiquo capit* quę etiam antiquiſsima dicta eſt. §. diſponat Auth. de Nupt. ſed hic quaſcumq; leges vetuſtiores alijs ſignificat Coras. hic.

INESSE. Ideoq; ex lege eſt eiuſmodi tractio l. ſcire ſupra eod. & quæ inſunt informant l. Iuriſgentium, §. quinimo, ff. de pact. Quare & id ipſum quod ineſt lex eſt.

SIMILES. ea ratione quam explicaui in l. non poſſunt ſupra eodem.

In L. 28.

1 *Pertinere apud Tertullianum idem eſt quod trahi.*
2 *In dubio regulæ inhærendum eſt.*
3 *Leges contrarias eſſe dicendum eſt vbi nulla ratione conciliari queant.*
4 *Vlp. in l. p. ff. de Pact. & Paulus in l. naturalis. §. at cum do ff. Preſcrip. verb. qui hactenus contrarij viſi ſunt in referenda Iuliani ſententia, facillimo negocio ab Authore conciliantur.*

L. XXVIII. Paulus Lib. 8. Ad l. Iuliam & Papiam.

SED ET POSTERIORES leges ad Priores pertinent, niſi contrariæ ſint, idque multis argumentis probatur.

SED ET POSTERIORES. Quo pacto priores ad poſteriores trahuntur, eodem prorſus poſteriores ad priores pertinent conuerſo dũtaxat ordine, ſed non ita frequenter id accidit, & ideo Paulus non aſſerit vſitatum.

PERTINENT. Pertinere † Idem eſt quod trahi vt. L.
1 præced. vbi Tertullianus eodem ſenſu vtrumq; verbũ vſurpat.
NISI CONTRARIAE. Cum leges contrariæ ſunt, neq; priores ad poſteriores trahuntur, neq; e contra, & quaſi vtriuſq; regulæ exceptio à Triboniano ſubiectum hoc eſſe videtur; quoniam lex poſterior contraria priori, abrogat eam, ſiue tollit, non trahit, aut trahitur, quoniam potior eſt l. vlt. inf. de conſt. Princ. §. pen. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. Sed quia
2 in dubio † regulę inhęrendum eſt vt not. in. l. p. ff. de reg. iur. tũ euitari contrarietas debet. l. vbi repugnantia. ff. de Reg. iur. tũ odioſa correctio eſt, & quantum fieri poteſt declinanda c. cum
3 expediat de elect. in 6. ideo † non niſi poſtremo loco dicendum eſt leges contrarias eſſe, vel vnam per aliam corrigi; ſed omni conatu inuicem conciliandę ſunt d. c. cum expediat. Qua in re Accurtius Bart. & cęteri nimis faciles fuiſſe videntur.
4 Nam † in l. iurisgentium in fi. ff. de Pact. & in. l. naturalis. §. at cum do in fi. ff. Pręſcrip. verb. cum in referenda Iuliani ſententia Paulus Vlpiano repugnare videretur, alteram legem pro altera corrigi Accur. difficultate ſuperatus affirmauit. In ea. n. ſpecie. *Dedi ſibi Stichum vt Pamphilum manumitteres, manumiſiſti, Euictus eſt Stichus, Iulianus ſcribit* (Vlpiano referente) *in factum actionem à Prætore dandam, ille* nempe Mauritianus *ait ciuilem incerti actionem, ideſt præſcriptis uerbis ſufficere.*

paulus

Paulus vero aliter Iuliani ſententiam referre videtur. Ait enim *Si is, quem dedi euictus eſt, ſi ſciens dedi, de dolo in me dandam actionem Iulianus ſcribit: ſi ignorans in factum Ciuilem*. Cur Vlpianus in factum prętoriam, Paulus in factũ ciuilem ex eodem Iuliano retulerit, tantam habet contrarietatem, vt nouiſsime ſuper hac re Tribonianum diſpungere Iacobus Cuiacius auſus fuerit, & cum Barone & Duareno verbum illud *ciuilem*, Triboniani additamentum exiſtimauit. Mihi vero, pręter omnes quos viderim, omnis contrarietas hac noua ratione ſubmoueri poſſe videtur. Animaduerto illam orationẽ, *ſi ſciens dedi de dolo in me dandam actionem Iulianus ſcribit*. pũcto concludi. Quamobrem quæ ſequuntur verba. *Si ignorans, in factum Ciuilem* ex Pauli pœnu eſſe exiſtimo, cum nihil me cogat repetere illa verba, *Iulianus ſcribit*. Paulus enim modeſtius, ac remiſsius cum Iuliano egit, referens eum in ea diſtinctionis parte, in qua nouit recte ſentire; in alia, in qua ſentiebat in factum prętoriam competere, omiſit Iuliani ſententiam, & propriam adſcripſit, & ſimul errorem ipſius, ac Mauritiani repręhenſionem conſulto ex benignitate prætermiſit. Quare nihil Paulo, nihil Triboniano obijciendum fuit, nihil de correctione cogitandum. Sic male Placentinus l. de quibus inf. hoc tit. corrigi putauit per l. 2. C. quę ſit long. conſuet. nam vt ibi oſten dam veræ contrarię non ſunt leges illę, & accidit hoc ipſum alibi ſępe, vt leges contrarias afferant, quæ propenſiori animo facile conciliarentur.

MVLTIS ARGVMENTIS. Vt ex lege Velleia, quę poſterior eſt veteri iure, in quo Gallus cautionem conſcripſit nepotum inſtituendorum; Ad caſus enim Galli producta fuit lex Velleia, vt dixi in l. nam vt ait Pœdius ſupra eodem; ſunt & alia multa his ſimilia.

In L. 29.

1 *Epilogus præcedentium.*
2 *Lex quando dicatur prohibere.*
3 *Sententia contra legem, eſt ipſo iure nulla.*
4 *Item contractus reſiſtente lege eſt ipſo iure nullus.*

5 Ver-

5 *Verba legis non ſunt lex, niſi quatenus legiſlatoris intentioni deſeruiunt.*
6 *Tribus modis ſcripto occurritur pro ſententia.*
7 *Circumuenire legem quid ſit.*

L. XXIX. Idem Lib. Singulari ad legem Cinciam.

CONTRA legem facit qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem vero legis, qui ſaluis verbis legis ſententiam eius circumuenit.

1 CONTRA. Et † quid lex ſit vniuerſalis, & ex quibus conſtitatur quæ itidem virtus, quæ ſub ea comprehendi, & ſuper non comprahenſis quid ſtatuendum, cum vero, & de ſingulari iure, & quid ſit ſcire leges; tũ quomodo interpretandę, quando quęrenda earum, vel omittenda ratio, tum de legum indulgentia, de ijſdem ſuo caſu non mutandis, ac integre perſpiciendis, minime vero contra finem proprium per duram interpretationem producendis, & quomodo priores ad poſteriores, & e contra pertineant hucuſq; tractatum eſt; eoq; reſpiciunt hactenus diſſinitæ regulę, vt legum condendarum, interpretandarum, producendarum, acconſeruandarum rationẽ exhibeant, quæ ſpectanda quidẽ Iuſdicentibus, & Reſpõdentibus eſt; ſed multo magis Principi, & Legiſlatori, quem non tantũ de lege cõdenda oportet eſſe ſollicitũ, ſed hęc omnia nouiſſe vt ex ſingulorũ precibus, quæ ipſi aduerſus Iusdicẽtes offerũtur, valeat intelligere, an ex legibus iudicatũ ſit, hoc eſt ex verbis, vi, & poteſtate earũ, an ſingularũ ſpecierũ deciſiones principijs hactenus poſitis reſpõdeant, vel potius cõtorqueãtur ſenſus legũ, vel negligatur ſentẽtia, & cõtra legẽ, vel in ipſius fraudẽ aliquid fiat. Quare quid vtrũq; ſit. Paulus explicat, vt vel Populus abſti-

neat.

neat, vel Princeps cōtrafacientibus poſsit occurrere. Duas partes habet, duaſq; diffinitiones ponit lex iſta. Quid ſit facere cōtra legē; quid in fraudē legis: & cōtra legē facere eſt id facere, ꝗ
2 lex prohibet Prohibere, † dicitur, quod & verbis, & volūtate vetando compræhēdit, vt nulla ſcripti, aut volūtatis dubitatio ſuperſit. Rectæ Accurſius, de expreſſa legis prohibitione accepit, & attulit exemplū, veluti ſi res minorū vendantur ſine decreto; nā id fieri lex ꝓhibet. l. p. ff. de reb. eorū; & adeo irritū eſt quod
3 contra legē fit, vt etiā † ſententia contra legē ſit ipſo iure nulla. l. p. ff. quæ ſent. ſine ap. reſc. l. 2. C. quan. prouoc. nō eſt neceſ. cō
4 tractus † itē eſt ipſo iure nullus initus lege prohibēte. l. non dubiū. C. eod. l. cū lex. ff. de fideiuſ. Prætor etiam in pactis ea reiecit, quę aduerſus legē eſſent. l. 7. §. Ait Prętor. ff. de Pact. Ex hac diffinitione ſequitur non facere contra legem eū, qui facit contra verba legis duntaxat, non autem contra ſententiam, quia nec
5 verba † legis exiſtimanda ſunt lex, niſi quatenus ſenſum legis, & legiſlatoris voluntatem manifeſtant l. labeo. ff. de ſuppil. leg.
6 Id vero † pluribus modis accidit, vel cum ſeruari ſemper non poteſt id, quod ſcriptum eſt, nam creditur legiſlator reſpexiſſe ad id, quod fieri poteſt c. erit diſt. 4. exemplum Quintianus affert citato ſępe lib. 7. c. 7. ſi lex ſit liberi parentes alant, aut vinciantur, nū alligabitur infans? Scripto compræhenditur, ſed nō ſentētia. Aliud eſt ſępius repetitū de Peregrino qui murū aſcendit, & hoſtes depulit. In primo occurritur ſcripto quod fieri nō poſsit, & per diuiſionem defendetur hoc modo, an quiſquis non aluerit, an hic vinciendus ſit. In ſecundo non quæritur an quiſquis an hic; ſed argumentum eſt vehementius ex eo quod in lite eſt an ſeruandæ ciuitatis cauſa liceat murum aſcendere. Tertium quodam genus eſt, in quo in ipſis verbis reperimus aliquid per quod perhibemus aliud legulatorem voluiſſe, vt in hac controuerſia. Qui nocte cum ferro deprehenſus fuerit alligetur; cum annulo ferreo inuentum magiſtratus alligauit. Hic quia verbum eſt in lege *deprahenſus* ſatis etiam ſignificatum videtur, non contineri lege, niſi noxium ferrum. His ergo caſibus magis quàm contra legem fieri, ſcripto occurri videtur. Quinimo cum ſcriptura nos perducit ad errorem, iuſtiſsimum eſt vt ei occurratur æquitate, vel quouis alio opportuno remedio.

IN

IN FRAVDEM, vero legis facere diffinit, qui ſaluis
7 verbis legis ſententiam eius circumuenit. Circumuenire † eſt
ſe contra iuris ſententiam ſqua prærogatiua verborum fraudolenter
excuſare. l. non dubium, C. eod. l. ſeq. vbi dicendum eſt,
quot modis id poſsit accidere.

In L. 30.

1 *Fraus quando fieri dicatur exemplis declaratum.*
2 *Verba offendi poſſunt, vt deſeruiamus menti.*
3 *Quid interſit inter æquum bonumq; virum, & callidum atq; verſutum.*
4 *Fraus ex diametro æquitatem oppugnat.*
5 *Illud eſt peximum cuius contrarium eſt optimum.*
6 *Fraus quatuor modis fieri poteſt.*
7 *Declaratur. l. iſta in ver. & quod diſtat.*

L. XXX. Vlp. Lib. 4. Ad Edictum.

FRAVS ENIM legi ſit vbi id ſit, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit. Et quod diſtat dictum a ſententia, hoc diſtat fraus ab eo quod contra legem ſit.

FRAVS ENIM Vlpianus Pauli diffinitionem declarat, vt ſi inſpiciamus ſententiam contra eam fieri, ſi verba, nil contra ea fieri dicamus. Reſpicit fraudator verba duntaxat, eaq; contra ſententiam verſute interpræatatur. Sic ſanè ille eſt, qui quo Senatuſcõſulti, Macedoniani prohibitionem eludat, non pecuniam numeratam, ſed oleum, aut triticum filiofam credidit, vt inde redigat, & conflet ſibi nummos, ac ita ijs distractis pecunia vtatur; fraus fit Senatuſconſulto, non verbis, quoniam ad numeratam pecuniam verba Senatuſconſulti referuntur

runtur, ſed ſententiæ.l. ſed Iulianus.§. mutui, ff. ad Maced. *Non enim oportet ius ciuile calumniari*, vt ait Paulus in l. pen. ff. ad exhib. *neq; verba captari, ſed qua mente quid diceretur animaduertere conuenire*, & vt ex Strab. lib. Geogr. 9. refert, Coras. hic Traces qui cum Thebanis. 130. dierum inducias pacti noctu depopulabant agros eo ſe colore velantes, quod induciæ dierum eſſent, non noctium, callide nimis verba contorquebant, & interpretabantur.

NOLVIT. Nolle aut velle non ex verbis deducitur, ſed ex ſententia l. ſcire. §. aliud. ff. de excuſ. tut. & hoc ſemper agitur, vt voluntas conſeruetur, non autem verba. l. benignius ſupra eod. Quare non exigimus, quod ſpecialiter dixerit, ſed ſi conſtat fieri noluiſſe; Id perinde habetur, ac ſi prohibuerit. l. non dubium. C. eod. Per contrariũ vero ſi verba quidem prohibeant, ſententia vero minime prohibeat hæc præponi ſemper
2 debet. Recte tradit Accurſius † licere interdum verba offendere, nempe cum offendendo menti deſeruimus, ac ita ſecundum iura ab eo deducta dictum ipſius intelligi debet. l. adigere §. quamuis. ff. de Iur. patr. l. quamuis infra de ius vocan. d. §. aliud cum ſimil. verba enim potiora ſenſu exiſtere non debent. 3. C. de lib. præt. & ſecus fieret cõtra l. nulla ſupra eod. Aequitas, enim (vt ſatis hucuſque diſputatum eſt) nititur ſententia, non verbis, & verba emẽdat, ne aliquo caſu ſententiæ con-
3 tradicant. Illudq; † intereſt inter æquum, callidumq; virum, quod alter detrahit verbis, alter ſententiæ; alter ſcripturam offendit, alter voluntatem; alter ſcripto duntaxat vtitur, alter vero ſola voluntate pugnat, alter abſolutioris iuſtitiæ, alter deterioris iniuſtitiæ ſtudioſus eſſe videtur. Et vere quidem fraus
4 eiuſmodi eo deterrima eſt, † quod æquitati ex Diametro oppo-
5 nitur, cum illud ſemper fuerit peſsimum, † cuius contrarium fuerit optimum.

NON VETVIT. Hinc ſuæ fraudis deducit velamentum quod varijs modis accidit, vt docet Accurſius. Fraus enim
6 † fieri poteſt de re ad rem, de perſona ad perſonam, de vno contractu ad aliũ, & de vno ad eundem contractum. De re ad rem,

vt in exẽplo Macedoniani ſupra relato; in ſtatuto etiam prohibente extrahi frumentum, ſi quis farinam extrahat; cum enim in vtraq; re eadem eſt vtilitas, vtramque rem legi ineſſe credi oportet. l. ideo quia ſupra hoc tit. De perſona ad perſonam, vt cum ſponſus, quo ſponſę donet perſonam aliquam interpoſuit. l. ſi ſponſus, ff. de donat. inter vir. & vxor. De contractu ad contractum, veluti ſi vir, cum animũ vendendi non haberet, id circo venditionem commentus ſit, vt donaret. d. l. ſi ſponſus. §. circa. De eodem contractu ad eundem, veluti cum mulier quę debuit intercedere, principaliter contrahit. l. quamuis. §. ſi cũ eſſem, ff. ad vell. vel cum filiusfam. accepturus mutuũ fideiuſſor intercedit alio dato reo, longe plura fraudis genera cõgerit Albericus, veluti de iuramento ad iuramentum, de quantitate ad quantitatem, de nomine ad nomen, de menſura ad menſuram, de facto ad factum, de ſigno ad ſignum, de modo ad modum, de mercibus ad merces, de tempore ad tempus, ſed glo. rei verbum generaliter vſurpat arg. l. p. ff. ſi cert. pet. neq; dubitandum eſt tot in rebus poſſe fraudem obtinere, in quot iuſtitia ſeruari deberet; in quocumq; etenim negotio ſi conſtituamus quid iuſtum ſit, intelligimus contrarium illius eſſe fraudolentum, & iniuſtum;

7 *ET QVOD DISTAT.* Dubitari poteſt, ne eiuſmodi cõparatio ſuperioribus aliquo modo contradicat. Nam ſi facere contra legem eſt, tam contra verba, quàm contra ſententiam facere, fraus vero ſeruatis verbis ſententiam circumuenit, Iam in altero vtrumq;, in altero vnum dumtaxat ſpectamus. Dictum à ſententia, tamquam cortex à Medulla, corpus ab anima diſtingui viderur; Tum etiam quia prius ſentimus, poſtea dicimus, voces enim ſunt earum quæ ſunt in animo paſsionum notę, vt docet Ariſt. lib. 1. de Interp. c. 1. Verum non ad hanc, vel illam differentiam Vlp. reſpexit, ſed ſolum, vt tunc dictum dicamus à ſententia diſtare, cum aliud dicimus, aliud ſentimus; Alioquin cum idem dico, idem ſentio, dictum apud Vlpianum à ſententia plane non diſtat; Sic cum facio contra legem, idem dico, quod ſentio; cum fraudem facio legi, aliud dico, aliud ſentio, quare hoc diſtat, quod fraudator aliud dicit, aliud ſen-

tit,

tit, contra faciens idem dicit; quod ſentit. Recte igitur comparatio quadrare videtur.

In L. 31.

1 *Principis à Tiranno diſtinguendi Ariſtotelis regula.*
2 *Princeps tanquam Deus inter Homines.*
3 *Dubitatur, ne non Princeps ſit ſolutus legibus.*
4 *Lex turbatione caret, mens humana non ita.*
5 *Diſtinctio communis Principem ſolutum eſſe de neceſſitate, non de honeſtate reprahenditur.*
6 *Aliorum ſententia, vt intelligatur ſolutus legibus ſolemnium.*
7 *Salamonij error negantis Principem vi Principatus legibus eſſe ſolutum, ſed duntaxat ex lege regia, ex Ariſtotelis ſententia detectus.*
8 *Principem directiue legi ſubiectum eſſe, non coactiue ex diſtinctione Diui Thomæ, quæ ad mentem Ariſtotelis eſſe probatur.*
9 *Vis directiua legis explicatur.*
10 *Princeps legibus ſolutus eſt. i. pœnis legum expoſitio Authoris.*
11 *Nullitas actus conſideratur, vt pœna.*
12 *Zazij verbalis obiectio.*
13 *Turpe eſt partem ſuo toto non reſpondere.*
14 *Quędam Principi cōpetunt, vt Principi, quædam vt priuato, & in quibus, vt priuatus habeatur late declaratur.*
15 *Leges quędam obligant Principem, vt Principem.*
16 *Auguſta non lege regia, non ratione, non moribus ſoluta legibus eſt.*
17 *Ei tamen omnia Fiſci priuilegia competunt.*
18 *Ementes à Fiſco, à Cæſare ab Auguſta ſtatim fiunt ſecuri.*
19 *Donatio item facta ab Auguſta, vel ei non eget inſinuatione.*
20 *L. Quod principi & l. ſeq. ff. de leg. 2. expenduntur.*
21 *Accurſij ſolutiones referuntur ac reprobantur.*
22 *Zatij ſentētia, ꝙ Auguſta læſa reſtituatur nō vndequaq; veræ*

23 *Caducorum differentia ab Accurſio non intellecta:*
14 *Intellectus ad dd.ll. Quod principi & ſeq. & propoſita difficultatis reſolutio.*

L. XXXI. Idem Lib. 14. Ad leg. Iul. & Pap.

PRINCEPS *legibus ſolutus eſt Auguſta autem, licet legibus ſoluta non eſt, Principes tamen eãdem illi priuilegia tribuunt, quæ, & ipſi habent.*

PRINCEPS, Nomen hoc non verificatur in Tyranno, ſed in eo qui iuſte dominatur glo. in ver. Regum in
1 Clem. de Baptiſm. Princeps † enim à Tyramno diſtinguitur ex ſententia Ariſt. lib. 3. Polyt. c. 10. quod ille ſecundum leges & volentibus, hic autem inuitis dominatur; ille a ciuibus cuſtoditur in eorum gratiam, hic vero ab externis mercede conductis contra ciues cuſtoditur. Idem verò. c. 12. maxime dubitans an regia, & unius principis, gubernatio melior ſit; ita ſtatuit. *Quando igitur, aut totum genus, aut inter alios vnum aliquem ita virtute præcellere contingat, vt vnius ipsius virtus maior ſit aliorum omnium virtute, tantum iuſtum eſt hoc eſſe regiũ genus & omnium dominari, & hunc vnum eſſe Regem.* De
2 quo putandum erit (ut idem ait c. 9. talem † uirũ tanquam Deũ inter homines eſſe. Sed hoc ſuppoſito quoniã ut hic Salamon: tradit Princeps iuris eſt, non iniuriæ nomen ad huc uidetur,
3 ne † Princeps legibus ſolutus ſit. Nam uidetur hunc non legibus, ſed hominibus dominari debere. *Eum enim præeſſe melius eſt cui (ut c. 11. Ariſt. ait) non adeſt turbatio aliqua omnino,*
4 *quàm cui naturaliter ineſt; hac † autem turbatione lex caret; mens humana non caret.* Quod in filijs eorundem perſpicuum eſſe conſtat; in quibus paulo infra quærens an per genus ſucceſ-

ſio eſſe debeat ait. *At ſi natorum qualiſcunq; pernicioſum eſt; ſed dices non relinquet Regnum eiuſmodi natis Rex, cum id iuſuaſit poteſtate; At non facile iam eſt in hoc fidem habere, arduũ enim ac maioris virtutis, quàm ſecundum humanam naturam.* Sentit ergo Ariſtoteles legem iuſtam Principe Iuſtò meliorem eſſe, quod nulli ſubiaceat perturbationi, & ſua ſponte ad iuſtitiam declinare non ualeat. Augetur dubitatio ex .c. Iuſtum diſt. 9. *Iuſtum eſt Principem legibus obtemperare ſuis & paulo poſt Principes legibus teneri ſuis, nec in ſe poſſe damnare iura, quæ in ſubiectis conſtituunt iuſtum eſt.* Quod ſi iuſtum eſt teneri legibus, ergo non teneri iniuſtum erit: nihil uero aliud eſt, (ut Budęo placet) ſolutũ eſſe quàm non teneri legibus, ergo lex
5 quæ Principem legibus ſoluit iniuſta eſt. Quidam † contraria ſoluunt, quod Princeps ſubijciatur legi de honeſtate, non de neceſsitate, ita not. Salyc. in l. digna uox. C. eod. uel ſe ſua uoluntate ſubijcit legibus, ut hic Accur. cenſuit. Vtraque ſolutio uel falſa, uel plurimum imperfecta: quia Salycetus honeſtatem ſecundũ quid conſiderat, non autem ſimpliciter, quia tunc quod honeſtum foret, idem quoq; iuſtum, ac neceſſariũ haberetur: Accurſij ſententia deterior eſt, nam ea ratione poteſt
6 etiam nolle uiuere ſecundum leges. Alij † reſtringunt legem hanc, ut non omnibus, ſed ſolemnium legibus. i. ſolemnia reſpicientibus ſolutus ſit, ne uidelicet contrahendo, teſtando, iudicãdo, aut aliter diſponendo iuris formulis obligetur, aut proprijs obſtringatur conſtitutionibus, arg. l. ex imperfecto. C. de teſtam. ibi *licet enim lex Imperij ſolemnibus Iuris Imperatorem ſoluerit. Nihil tamen, tàm proprium Imperij eſt quàm legibus viuere.* Ita Coraſ. hìc nu. 3. Salam. nu. 4. Idem Salam. Initio ſuę repet. notat. legibus Principem ſolutum eſſe, non ui Principatus, ſed ex priuilegio eidem lege regia conceſſo. Sed hæc in-
7 terpretatio † reſtringit legem hanc, quę latius patet; Tum uero falſum eſt ui Principatus id Principi non cõpetere: Ad uim principatus ſatis aperte retulit Ariſt. d. c. 9. Ait ille de Principibus. *Fieret enim illis iniuria, ſi pariter, atq; alij cenſerentur, cum ſint vſq; adeo ſuperiores ſecũdum virtutem, aut ciuilem potentiam.* & paulo poſt *ex quo manifeſtum eſt poſitionem legum neceſſariam eſſe circa æquales genere, & potentia, ſed in illos*

tales

tales non eſt lex, ipſi enim lex ſunt enim ridiculus foret, qui illos legi ſubijcere conaretur. Ex quo loco apparet ex ui principatus non tantum, ex lege regia Principem legibus eſſe ſolutum.
8 Tum etiam ſi recte uerba Ariſt. cõſiderentur † conſlabit quomodo uerum ſit, Principem eſſe ſolutum legibus; Nempe à nullo prçterquam à ſemet ipſo legibus ſubijci poſſe; id quod uim coactiuam reſpicit, non directiuam, quod eſt ſecundũ diſtinctionem Diui Thomæ ſuper 1. 2. q.96. art. 5, quam retuli in.l.2. ſupra eod. Nemo enim eſt, qui Principem cogere poſſit, aut inuitum legi ſubijcere, vt cæteros ipſe poteſt. lex enim coercitio eſt. l.1. ſupra eod. coercet autem datis iudicijs, vt ibi dixi, at hoc pacto Principem coercere nequit. Sed quatenus lex directio eſt, ſiue regula. l. 2. ſupra eod. Quatenus virorũ prudentum conſultum, non eſt dubitandum Principem legi ſubiectum eſſe, & à lege recedentem, à regula, & à Iuſtitia recede-
9 re. Quod, vt magis eluceat, † repetendum hîc eſt quatuor eſſe prçcipuas legum facultates, duas intrinſecas Prudentiam videlicet, & Sapientiam, duas extrinſecas Poteſtatem, & Volũtatem. Qua parte lex à Prudentia, & Sapientia prodit, directio eſt, & obligat Principem, nam hac parte non tàm ipſe lator legis eſt, quàm ipſa recta ratio natura nobis inſita, iubens honeſta, & prohibens contraria; & ſecundum hanc conſiderationem à lege recedens, ab ipſa rectitudine receditcontra naturæ ordinem, & ideo licet legis, vt a ſe latæ, violator dici non queat, tamen, vt legis cum naturç lege conſentientis, & ex recta ratione prodeuntis, vtiq; violator eſt, eoq; nomine, non in foro fori, in quo Iudicem ſupra ſe neminem habet, ſed in foro poli reus erit violatç legis. Sed qua parte lex prodit ex eiuſdem Principis poteſtate, & voluntate legibus ſolutus eſt. Itaq; non legibus ſolemnium duntaxat Princeps ſolutus eſt. Sed ego quoniam lex iſta coactionem, ac ideo executionem legis reſpicit,
10 non erubeſcam ſic exponere legibus † id eſt pœnis legũ; Nam
11 & in omiſsione ſolemnium nullitas actus † pro poena cõſideratur h. non dubium vbi Bal. nu.5. C. eod. Cum itaq; Princeps delinquit in legem, ſiue a ſe ſiue ab anteceſſoribus conſtitutam reus eſt quidem violatç legis; Sed tamen pœnam, aut executionem legis non patitur; nam ipſi repugnat, vt ſe ipſum cogat,
ſiue

ſiue iudicet, & hoc illud eſt. Quod Ariſt. ridiculum aſſeuerat, vt quis Principem legi ſubijcere conetur. Nam ad vim coactiuam eo loci reſpexit. Hac itaq; diſtinctione omnia contraria ſubmouentur, ſuiſq; locis eorum ſublata pugna, reponuntur. Conſtat enim quomodo lex iſta procedat quo ad vim coactiuam; argumenta vero concludant in vi directiua.

SOLVTVS. Verbi iſtius ſignificationẽ maiori quàm deceat induſtria, grauiori negocio oblato Budęus & Zatius inquirunt. In re conuenimus omnes, vt non tantopere de verbo
12 oporteat eſſe ſollicitos. Quare & verbalis illa Zatij † obiectio eſt, nemo ſoluitur niſi ligatus. L. decem, ff. de verb. oblig. l. manumiſsiones, ff. de Iuſt. & Iur. Sed & ligatum eſſe conſtat, & non omnibus ſolutum legibus, quoniam lege naturæ, & lege dirigente ſolutus nõ eſt, a qua declinans in eã turpitudinem in-
13 cidit, qua † pars ſuo toto minime reſpõdens notari ſolet c. quę contra diſt. 8. & ad. c. Iuſtum diſt. 9. reſponderi poterit Principem ſupra legem eſſe, nõ ſupra iuſtitiam, & ſolutũ ab eo quod eſt legitimum, non ab eo quod eſt Iuſtum, quatenus ab altero cogi, ab altero dirigi videtur. Sciendum tamen eſt Principem
14 legibus eſſe ſolutum, vt Principem. Quędam enim † ei competunt vt Principi, quædam competunt, vt priuato, vt per Felin. vbi ſupra Bart. in l. in fraudem. §. neq;. ff. de iur. ſiſci Rom. con. 52. nu. 3. Idem conſ. 252. nu. 3. & conſ. 436. nu. 17. Huc pertinet l. ex imperfecto. C. de Teſtam. quoniam ei videtur relictum, vt priuato: eandem rationem habet, vt in legatis Principi datis falcidia locum habeat l. & in legatis. C. ad. l. falcid. ſimiliter hinc deſcendit, quod, & ſi non teneatur vaſallo de euictione propter inueſtituram de feudo alieno, tenetur tamen ſi pacto, vel ſtipulatione promiſit. c. 1. de inueſt. de re ali. fa. Sed & quędam leges ſunt, quę eaudem ligant, vt Princi-
15 pem †, non cogunt quidem, tamen magis quam ſubditos obligant. Hę vero totius populi ſalutem duntaxat reſpiciunt. Ad eas pertinet quod Plato retulit tertio de legibus tres ciuitates, Argos, Meſſenen, Lacedemonem legibus communiter de Imperando, parendoue poſitis, ita inuicem iuraſſe. Reges quidẽ ne genere, ac tempore progrediente per violentias regnarent,

Populi

Populi autem ſi Reges iuſiurandum ſeruarent, ne vnquam regno deponerēt, imo vero defenderent ſi quis vnquam aggrederetur. Reges quoq; regibus, & populis, atq; etiam Populi populis, & regibus ſe ad mutuo propulſandas illatas iniurias Iuramento obſtrinxerunt. Sed certe Principis in ſubditos officiū pro Iuramento eſſe videtur ex quibus liquet, tum magis Principem legibus eſſe ſolutum, cum ſe magis profitetur alligatum. Nam re uera maius imperio eſt ſubmittere legibus Principatum d.l. digna vox.

16 *AVGVSTA*. Legibus ſoluta non eſt. lex. † enim regiæ de Auguſt. loquitur, non de Auguſta l. p. inf. tit. proximo. Neq; ex Philoſophorum ratione, quę de Principe dicta ſunt, in ea locum habere poſſunt, vt pote cum dignitate, non virtute cæteris ſuperior habeatur, & quantum ad Romanos attinet repugnant mores etiam quibus à legum latione mulieres arcentur l. p. ſupra eod. l. foemina, ff. de reg. Iur. Ergo non lege, non ratione, non moribus conſtituta ſupra leges eſt, quare nec legibus ſoluta. Principes tamēn eadem priuilegia illi tribuūt, quæ
17 ipſi habent. Quare † omnia Fiſci priuilegia eidem tributa ſunt. nam & Cæſari competunt l. Fiſcius inf. ff. de iure Fiſci. Ac-
18 curſ. hìc: & ideo vt † ementes à Fiſco, ita ementes ab Auguſto vel ab Auguſta ſtatim fiunt ſecuri. §. vlt. inſt. de Vſucap. Tum
19 donationes † inſinuatione non egent. l. bene à Zenone. §. vlt.
20 C. de quadr. prę ſcrip. Sed obſtat †. l. quod Principi cum l. ſeq. ff. de leg. 2. vbi legatum Principi relictum, eo mortuo ante diem legati cedentē ſucceſſori debetur & tamen in l. ſeq. ſcribit Pap.
21 Aliud eſſe ſi legetur Auguſtę. Accurſius † ſoluit pluribus modis. Primum, quod ea non conceduntur, quæ Principi competunt vt viro, ſed quæ ad mulierem ſine vlla ſexus repugnantia transferri queunt; hæc ſolutio in ſe ſiue vera, ſiue falſa, non ſoluit argumentum, quoniam & Auguſta ſuccedit in dignitate, & ad infirmandum vel confirmandum legatum nihil qualitas ſexus conferre poteſt. Zaſ. tamen valde notat hanc ſolutionem eliciens non concedi priuilegia quæ mulieribus non conueniunt, inferens etiam ex ſententia Lucę de Penna Auguſtam reſtitui
22 aduerſus contractum in quo ſit læſa. Quod plane † falſum ea

ratione

ratione conuincitur, ſi abſolute intelligatur, quia vendens, aut donans rem alienã nullo caſu faceret accipientẽ ſecurũ, quoniã cũ de euictione teneatur d. l. bonæ §. Vlt. ſemper ex eo contractu læderetur. Sed ad mulieris habilitatem eſſe reſpiciendũ facile concendo argumento l. vt gradatim, §. p. ff. de mun. & hono. Sol. 2. quod legatum relictum Principi fuit caducum, relictũ Auguſtæ fuit pro non ſcripto. Sed non bene videtur nouiſſe ca
23 ducat. Caducum † eſt, quod mortuo iam teſtatore deficit. Pro non ſcripto habetur, quod in teſtamento adſcribitur, qui ignorante teſtatore tunc cum adſcribebatur in rerũ natura non erat. In cauſa vero caduci relictum videbatur, cum legatarius poſt teſtamentum conditum, ante teſtatorem decedebat l. vni §. & cũ triplici C. de Caduc. tol. Ex quibus conſtat relictum Principi non fuiſſe caducum, ſed in caduci cauſa, & relictum ſimiliter Auguſtæ non fuiſſe non ſcripto. Illa verba Papiniani declarant. *Cum ea ante inter homines eſſe deſineret quàm teſtator decederet.* Vtrumq; ergo fuit in caduci cauſa. Sol. 3. Accur. in d. l. ſeq. quod Princeps tribuit priuilegia, ſed non omnia, quia nec tribuit legis condendæ poteſtatem. At legis condendę poteſtas non eſt ex priuilegio, ſed ex lege. Hanc tamen ſolutionem probat Bart. Hæc ſolutio in hac ſpecie deſiderat diuerſitatis rationem. Coras. adducit id eo fieri, quoniam non ſuo Iure habet priuilegia, ſed Principis beneficio, & ob id in ſua perſona facilius conſumuntur, & intereunt argumento l. more cũ
24 l. ſeq. inf. de Iuris. om. Iud. Ego voluntatis † non priuilegij quęſtionem eſſe reor. Quod Teſtator Principi legans videatur ad dignitatẽ reſpexiſſe, at legans Auguſtæ ei vt priuatæ legaſſe videatur, & hęc ratio eſt ad mentem Bart. in d. l. quod Principi, vt ideo primo caſu admittatur ſucceſſor in dignitate, ſecundo non ita.

In L. 32.

1 *Scriptæ leges ſcripto Iuri æquipollent.*
2 *An poſtius ſcriptum primum locum obtineat conſuetudo dubitatur.*
3 *Argumenti ſolutio.*

4 *Stante ſtatuto. Quod deficientibus ſtatutis recurratur ad ius commune, intelligendum eſt de Iure communi Ciuitatis dominantis.*
5 *Fallit ſi Ciuitas ſubiecta fuerit poſt conditum ſtatutum.*
6 *Similia ſimilitudine ſpeciei facile copulantur indentitate rationis.*
7 *Cuius temporis dicatur inueterata conſuetudo opinio Connani quod vltra x. annos.*
8 *De eadem re opinio Ioannis Accurſij, & communis, quod ſufficiant decem anni.*
9 *Longum tempus in iure noſtro ſignificat idem, quod perpetuum.*
10 *Similiter, & diuturnum.*
11 *L. p. §. deniq; ff. de aqui pl. arc. pro communi inducitur.*
12 *Longum ſiue diuturnum vetuſtatem inferunt.*
13 *Perpetuum non progreditur vltra 40. annos, regulariter non vltra 30.*
14 *Fauorabile eſt, ne longiori quàm x. annorum ſpacio inducatur conſuetudo.*
15 *Cauſa legis formalis, & efficiens.*
16 *Suffragij verbum quid ſignificet.*
17 *Paria ſunt verbis, aut factis voluntatem ſuam declarare, vbi declaratio ſufficit.*
18 *Secus ſi facta requirantur, nam verba non ſufficiunt.*
19 *Idem ſi requirantur verba, quia facta non ſatis ſunt.*
20 *Leges ex moribus inductę dicũtur ualidiores ſcriptis legibus.*
21 *Excitatur antimonia l. huius in fine cum l. 2. C. quæ ſit long. Conſ.*
22 *Coraſij, & Connani ſententia de hac re.*
23 *Eorum ſolutio repræhenditur, ac uerbalis oſtenditur.*
24 *Placentini quoq; ſententia reprobatur.*
25 *Conciliantur prædictæ ll. ex Authoris ſententia.*
26 *Conſuetudo in quibus legi cedere cogatur.*

L. XXXII. Iulianus Lib. 84. Digeſt.

DE quibus cauſis ſcriptis legibus nõ vtimur id cuſtodiri oportet, quod moribus, & conſuetudine inductum eſt, & ſi qua in re hoc defecerit, tunc, quod proximum, & conſequens ei eſt: ſi nec id quidem appareat, tunc ius, quo Vrbs Romana vtitur ſeruari oportet. Inueterata conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur, & hoc eſt Ius quod dicitur moribus conſtitutum. Nam cum ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos teneant, quàm quod iudicio populi recepta ſunt, merito, & ea quæ ſine vllo ſcripto populus probauit tenebunt omnes. Nam quid intereſt ſuffragio populi voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis, & factis? Quare rectiſsime etiam illud receptum eſt, vt leges non ſolum ſuffragio legiſlatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur.

DE QVIBVS. Quoniã inſcriptio tituli eſt de legibus, Senatuſconſultis, & longa conſuetudine, cũm hactenus

de ligibus, & Senatuſconſultis dictum ſit, ſupererat dicendum
de conſuetudine

1 *SCRIPTIS LEGIBVS.* Scriptæ leges † Ius omne ſcri-
ptum ſignificant, cum enim latius legis appellatio vſurpatur, ad
omne legitimum Ius refertur, quod idem eſt, quod ius ſcriptú.
Hoc ſenſu vſurpat Vlp. in l. omnes populi ſupra de iuſt. & iur. &
ibi Accur. *legibus.* 1. *Iure ſcripto* recte interpretatus eſt.

2 *ID CVSTODIRI* Obſtant † l. neq; legis, & ſeqq. ſup.
eod. vbi ſi articulus ſcripta lege definitus non eſt, vel Principis
interpretatione certius diffinitur, vel cum in aliquo ſententia
legis manifeſta eſt, ad ſimilia proceditur, non itaq; id, quod
moribus & conſuetudine inductum eſt illico cuſtoditur. Sol.
3 † vtroque caſu ſcripta lege vtimur: priore, quoniam Princeps
ſcriptę legis ſententiam interpretatur; poſteriore, quia ſcripta
lex non in verbis, ſed in vi ſua, & poteſtate conſideratur l. ſci
re leges ſupra eod. Iulianus itaq; conſtituit hunc in modum,
vt in quocunque loco cum ſcripta non vtamur lege, ad illius lo
ci regioniſq; conſuetudinem recurrendum ſit, & hac deficien-
te, ad id, quod ei proximum, & conſequens eſt; ſi nec id ap-
pareat, tunc ius, quo Vrbs Romana vtitur ſeruandum eſt. Ex
4 ordine præſcripto comprobari videtur, deficiente † municipa-
li lege, ad ius commune ciuitatis dominantis eſſe recurrendum,
non autem, niſi vltimo loco, ad ius ciuile Romanorum vt de-
cidit Io. And. In Rub. de treg. & pac. & probat textus Inſt.
de ſatid. §. vlt. Roma. con. 218. nu. 6. vbi Add. Remotú ma-
gis eſt ius ciuile Romanorum, quam ius ciuitatis dominantis.
Tum etiam, ſi prius conſuetudo regionis, quam conſuetudo
Vrbis Romanę attenditur, vt probat hic locus, idem in iure
ſcripto recipiendum inſinuatur, vt non alias ad ius ciuile Ro-
manorum recurramus, niſi omni iure deſtituti aliò recurrerę nõ
5 valeamus. Vbi tamen † ciuitates liberæ ac ſuperiorem non re-
cognoſcentes ab initio ſtatutum illud habuere, vt lege munici-
pali deficiente recurreretur ad ius commune, iiſdem poſtea ſu-
biectis, de iure ciuili Romanorum intelligenda erit lex muni-
cipalis, quod tempore, quo conderetur nullius ciuitatis do-

minantis ratiō potuerit haberi, vt aduerſus Romanum ad hęc minus reſpicientem, poſt Socc. conſ. 371. nu. 3. & ſeq. vol. 2. Dec. conſ. 429. nu. 6. & conſ. 469. nu. 12. ex veritate defendit Mand. in add. ad eumdem Rom. d. conſ. 218.

PROXIMVM. Interpretor ego valde ſimile; quoniam
6 † ſimilia ſimilitudine ſpeciei, facile copulantur identitate rationis l. non poſſunt ſupra eodem Fulgoſius hìc facit l. 2. inf. de ſta. hom.

CONSEQVENS. Conſuetudo non tantum producitur ad ſimilia, ſed etiam ad conſequentia, imo fortius. Nam cum legem imitetur, legis vtrumque proprium eſt. d. l. non poſſunt & l. ſcire leges ſup. eod. Tum vero conſequens quid proximum atq; coniunctum eſt.

IVS QVO. Seu ſcriptum, ſeu non ſcriptum, cum vtroque vtatur. §. conſtat autem Inſt. de iure nat. gentium. & Ciuil.

INVETERATA. Cuius temporis dicatur inueterata conſuetudo inter noſtros ſatis eſt controuerſum Conn.
7 † lib. p. c. x. num. 6. arbitrio Iudicis relinquit; negat tamen decem annorum ſpatium ſufficere ad inducendam conſuetudinem, vel eſſe diuturnum. Primum, quia nemo vetus factum appellet, quod à memoria noſtram remotum non eſt, & cum eo contendit Coraſius hic Adducit. 2. l. 2. C. quę ſit long. conſue. ibi *conſuetudinis, vſuſque longæui non vilis authoritas eſt.* At cuum latinis dicitur bene lungum tem-
8 pus, ac ferè ſempiternum. Ioannes tamen † hìc cui conſentit Accur. ratus eſt ſufficere tempus decem annorum; Sequitur Bart. hìc in p. lect. nu. 9. communem dicit Alberic. num. 8. Fulg. nu. 11. & cęteri ſubſcribunt ferè omnes, hanc ſequitur glo. in §. ex non ſcripto inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. vbi Sylu. in add. teſtatur de cōmuni. Et mihi quidem recte aduerſus Conn. & Coras. probari videtur. Primum quia tit. no-
9 ſter inſcribitur de lōga cōſuetudine, longū † vero in iure noſtro

ad

ad decem annos referri ſolet Inſtit. de Vſuc. in princ. ibi *per*
longi temporis poſſeſſionem, id eſt inter præſentes decennio, in-
ter abſentes viginti annis vſucapiantur. Ergo per ſe circum-
ſcripta qualitate abſentię (quoniam vt Bart. & cęteri conſide-
rant, populos ſemper eſt pręſens) longũ tempus erit decem an-
norum. Secundo quia in l. ſeq. requiri videtur, quod conſue-
10 tudo ſit diuturna, at diuturnum † ſimiliter decem annorũ ſpa-
tium ſignificat, idemq; præſtat, quod longum tempus, Id mul-
11 tum appoſite probatur in l. p. †. §. denique ver. ſane, ff. de aq.
plu. arcen. ibi *qui diu vſus eſt ſeruitute neq; clam. neq; preca-*
rio habuiſſe longa conſuetudine velut iure impoſitam ſeruitutem
12 *videatur*. Quinimo † longam conſuetudinem, ſeu diuturnam
conſtituere vetuſtatem, adiunctis verbis pręcedentibus, mihi,
aduerſus prędictos ſingulariter probatur. Ait Vlp. *ſi tamen*
Agri lex non inueniatur vetuſtatem vicem legis tenere tum
ſequitur, *Sane enim in ſeruientibus hoc idem ſequimur, vt ibi*
ſeruitus non inuenitur impoſita qui diu & ce. Profecto idem
eſſe non poteſt ſi idem non præſtet longum tempus, vel diutur-
num, quod vetuſtas ipſa pręſtat. Tum vero ſi perpetuum ma-
gis quam longum, aut diuturnum producitur (quod nemo vt
13 opinor inficiabitur) quis eſt qui non ſciat † perpetuum in iure
noſtro vltra 30. vel 40. annos reſpectiue non extendi? vt. C.
de præſcrip. 30. vel 40. an. per totum; & dixi lib. 2. ad Rub. ſub
c. de Infinito; quod ſi ita eſt, quomodo durum cuipiam videri
poterit in eodem iure longum ſiue diuturnũ, aut inueteratum,
quod & perpetuo minus eſt, ad annos decem reſtringitur? Ar-
bitror hanc interpretationem quoq; fauorabilem eſſe. Nam le-
14 ges, † & mores, quo citius inueteraſcunt, eo magis confirman-
tur, & hęc morum prędicata vetuſtas populum a mutatione de-
clinat & ad obſeruantiam, ac venerationem quandam maxime
propendit. Amplius quod Populus facile moueatur & quia ma-
xima ex parte ex plebe conſtat, eſtq; inſtabile Vulgus, & a qua-
dam conſtantia longe videatur abeſſe, inueteratum apud eum
eſſe videtur, quod per decem annos conſtanter retinuit. Qua-
re non eſt, vt perpetuam morum mutationem effugiamus, alia
diuturnitas deſideranda, vel ſi placeat hoc verbo tempus anti-
quius ſignificari, non repugnabo, ſi fateantur aduerſarij, non

tantum inueteratam, ſed diuturnam, ſed longam quoq; conſuetudinem ſufficere vt per ll. ſeq. fateri coguntur. hactenus de Tempore.

PRO LEGE. In tantum valeat conſuetudo in caſu a lege pretermiſſo, quantum lex ipſa in caſu ſcripturæ, vel voluntate comprahenſo.

MORIBVS. Mores populi vſum deſignant, ex quibus tacitus populi conſenſus elijcitur Bart. in Rep. nu. 10. vnde vero dicantur mores & quotuplex earum conſideratio ſit ad Rub. C. vlt. lib. 3. dictum eſt.

NAM CVM. Argumentum hoc eſt ab identitate rationis hunc in modum. Leges non alia ratione vel cauſa nos tenent, quàm quod Iudicio Populi receptę ſint, ergo non quia ſcriptæ, ſed quia receptæ. Scriptura etenim non facit legem, ſed populi conſenſus eam approbantis pro lege, ergo ſufficit approbari pro lege, etiam ſi non ſcribatur, quia in vtraq; eſt approbatio populi. Eodem fere argumento vtitur Iſid. in c. conſuetudo diſt. p. *Nec differt, an ſcriptura, an ratione conſiſtat*, quoniã vt ille ait *& legem ratio commendat. Porro ſi ratione lex conſiſtat, lex erit omne iam, quo ratione conſtiterit duntaxat*. Ille † cauſam legis conſtituit formalem, & intrinſecam, quam ducit à naturæ lege, ipſiq; reſpondet Iulianus conſtituẽs efficientem, & extrinſecam, quæ prodit ex poteſtate, & voluntate legiſlatoris. Nam ſi lex eſt, quia approbata à populo. iam omne quod populos pro lege probabit ſine vllo ſcripti diſcrimine lex erit.

15

16 *SVFFRAGIO*. Significat verbum hoc † declarationem voluntatis, quam emittebant Ciues in coitionibus illis, & populi conuentionibus, quę in campo Martio fiebant ſanciendarum legum, uel creandorum Magiſtratum gratia. Coras in l. 2. §. ijſdem Temporibus nu. 20. cum ſeq. ſupra de orig. iur.

17 *ET FACTIS* Paria † ſic ſunt verbis, aut factis declarare volun-

voluntatem l. Paulus ff. rem rat. hab. niſi factum deſideretur,
quia tunc † verba non ſufficiunt.l. qui decem. §. idem reſpon-
ſum. ff. de ſolut. not. in l. prętor.§. ſi quis paratus, ff. de nou.
19 oper. nunc. Contra ſi verba † requirantur, factum non ſufficit,
vt in ſtipulatione l. p. §. ſi quis ita ff. de verb. oblig. & ideo cum
pupillo facilius diſpenſatur ſuper facto, quàm verbis in contra-
henda ſtipulatione l. ſeruum, ff. rem pupill. ſal. ſcr. At in re no-
ſtra purificari videntur verba, & facta Attamen Ariſt. lib. 3. Po-
20 lit. c. 13. validiores † leges exiſtimat quę ex moribus, quam
quę ex ſcripto proficiſcuntur. Quod eam rationem habet, quā
ad rub. retuli; quod mores Populo volente, leges eo interdum
inuito introducuntur. Ergo ex parte eorum qui ſubijciuntur,
legibus mores libentius ſuſcipiuntur, ac ideo efficaciores ſunt.
Cęterum ſimpliciter lex vincit conſuetudinem, non vincitur ab
ea. l. 2. C. quæ ſit long. conſuetud. & mox dicetur.

21 ABROGENTVR. Obſtat † d. l. 2. Ibi *verum non vſ-
que adeo ſui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut le-
gem.* Varias ſolutiones Accurſ. affert, quę parum ſaporis ha-
22 bere videntur. Coras. & Conn. dicunt legem tolli † deſuetudi-
ne, non conſuetudine. Nam lex iſta dicit quod per deſuetudi-
nem abrogentur, quaſi ſuo ſilentio pereant, non contraria con-
ſuetudine; & ſimillima eſt conſuetudini eiuſmodi antiquatio,
non tamen eſt conſuetudo, vt d. c. 10. nu. 9. Conn. probat. Ac-
cedit quod conſuetudo obtinet lege deficiente, vt initio huius
l. Iul. probat, & Apertius Iſid. in d. c. conſuetudo in diff. ibi,
pro lege ſuſcipitur cum deficit lex, ergo nihil poteſt aduerſus le-
gem, cum non niſi, lege deficiente obtineat. Quare falsò con-
tendunt noſtri ferè omnes conſuetudine tolli legem, nec ijs
ſuffragatur. §. ſed naturalia inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. ibi
*ea vero quæ ipſa ſibi quæque ciuitas conſtituit ſæpe mutari ſo-
lent, vel tacito conſenſu populi, vel alia lege lata.* Nam tacitus
conſenſus non arguit contrariam conſuetudinem, vt ibi Accur.
opinatus eſt, ſed hanc quam deſuetudinem dicimus, quę parum
per legem corrodit & ad nihilum redigit, ac ita mutat. Ergo ſua
propria deſuetudine, vel non vſu, cui tacitus conſenſus ineſt
23 lex ipſa abrogatur. Sed valde timeo † ne ſolutio iſta verbis im-

poſita ſit. Quis enim dubitat contrarium legi vſum continere eiuſdem legis non vſum, & diſuetudinem? Exemplum afferamus; lex eſt teſtamentum fieri debere ſeptem teſtibus adhibitis Inſt. de Teſtam. in prin. l. ſi vnus C. eod. Cōſuetudo eſt in aliqua ciuitate, vt quinque ſufficiant. Rogo quomodo potuit induci, quin dum ea vterentur à iure ſcripto deſueſcerent. Quod ſi contrariæ conſuetudini ineſt deſuetudo, cur id potuit ſola deſuetudo? Conſuetudo vero, cui & deſuetudo inſit non poterit? aut dicere effectum eſſe deſuetudinis non conſuetudinis quomodo poteſt non eſſe aliquid verbis potius quàm rei
24 impoſitum? Placentini ſententia † quod lex illa corrigit iſtam minus probari poteſt quod Iuliani tempore falſum ſit, qui ſub Hadriano Imperatore floruit, populum habuiſſe authoritatem legis condendæ. Quare de ſuffragio legislatoris meminit à populi & ita omniū conſenſu ſeparatim conſiderato, quaſi ad Imperatorem referre voluerit. Videamus an d. l. 2. Alius ſit ſen-
25 ſus, quam Cęteri exiſtimauerint; Et mihi quidem † videtur Cōſtantinus comparare conſuetudinem, & iuri naturali, & iuri legitimo. Nihil enim aliud præſtat ibi ratio, quàm naturale ius, nihil legis nomen, quàm ius omne ſcriptum, a quibus diſtinguitur conſuetudo. Et eius per ſe non eſt vilis authoritas, quoniā deficiente lege pro lege ſuſcipitur, ſed non adeo valet vt plus valeat iure naturali, vel legitimo iure. Non vt hanc vel illam legem abrogare non queat, ſed in vniuerſum, ne ius non ſcriptum iure ſcriptô efficacius, aut pręſtantius habeatur. Nam & Iulianus hìc ſcribit *de quibus cauſis ſcriptis legibus non vtimur; id custodiri oportet quod conſuetudine ſcriptum eſt,* quod eſt primum locum facere legi, ſecundum vero conſuetudini, & idem affirmat leges per deſuetudinem abrogari. Neque tamen vincit legem, quoniam poſteriore lege lex abrogata, ad vſum contra deſuetudinem reuocari poteſt. §. igitur inſtit. in Prœm. Cumque poſsit lex tollere conſuetudinem, potius in hoc ſe inuicem tollunt, quam altera alte-
26 ram vincat. Sed cogitur † conſuetudo cedere legi, quia cum ad hoc, vt ſuos conſequatur effectus debeat eſſe legitime præſcripta. c. vlt. de conſuetu., & omnia quę requiruntur ad eam

introducenda ex iure ſcripto, ac ita ex lege definiri videntur. Cumq; conſuetudo vim accipiat ex lege, non vincere, ſed ſemetipſam legi ſubijcere videtur. Nam quanto tempore quot actibus, quorum conſenſu introducatur, quoue caſu legem latam abrogare queat, id omne diffinitur ex legibus. ergo non vincit legem, ſed ab ea regulam, & formam videtur accipere. Atq; hoc modo Conſtantinus Iuliano recte conciliari videtur. Et quemadmodum rationis nomen in d.l.2. non pro hoc, vel illo ſed pro vniuerſo naturali iure, ita legis nomen nõ pro hac, vel illa lege quę aliquando contraria conſuetudine poterit abrogari, ſed pro vniuerſo iure ſcripto vſurpatur, quod in tantum conſuetudine non ſuperatur, quod ipſi conſuetudini regulam, ac normam pręſcribit.

In L. 33.

1 *Ius & legem pro eodem interdum vſurpari, licet diuerſum ſignificent.*
2 *Sententia Accurſij ex Alberico reprobatur.*
3 *In quo differat hæc à ſuperiori lege.*

L. XXXIII. Vlpianus Lib. p. de Officio Proconſultis.

DIVTVRNA Conſuetudo pro iure, & lege in ijs, quæ non ex ſcripto deſcendunt obſeruari ſolet.

DIVTVRNA Tantum præſtat diuturna hìc quantum inueterata in l. præced. vel longa in hac Rub. & C. Quæ ſit longa conſuetudo. 2

IVRE ET LEGE. Hic ego opinor † conſundi iuris, & legis differentiam, idemq; ſignificare; licet alioquin tanquam diuerſa

diuerſa ponuntur à Pomponio in l. 2. in principio ſupra de orig. iur. Quod accuratiſsime explicat Albert. Bol. de leg. iur. & æqu. c. 12. Nam Iulianus ſupra ſimpliciter pro lege cuſtodiri dixit, non etiam addidit pro iure, & Calliſtratus in l. nam Imperator inf. hoc tit. vim legis habere dixit.

NON EX SCRIPTO. Ius Romanorum ex ſcripto, vel non ſcripto iure omne conſtat. §. conſtat autem inſt. de iur. nat. gent. & Ciui. Non scriptum ius ſolis moribus, & conſuetudine conſiſtit. §. ex non ſcripto Inſt eod. Olim huic iuri ad numeratæ ſunt prudentum ſententiæ, & opiniones, ac res iudicatæ. d. l. 2. §. hęc diſputatio ſupra de orig. iur Poſt verò pleraq; prudentum reſponſa authoritate Iuſtiniani iuri ſcripto adnumerata ſunt; Hodie opinor, & noſtrorum interpretum ſententias, vt lib. 2. ad Rub. tetigi iuri non ſcripto fore adſcribēdas, quod
2 vim accipiant ex vſu, & rebus iudicatis. Hęc verba, † vt Albericus notat expugnant ſecundam illam Accurſij differentiam inter hanc & legem præc. excogitatam, & re vero nihil differt à præcedente, neq; à Triboniano ſubiecta eſt tanquàm diuerſa, ſed vt Iuliani ſententiam Vlpiani teſtimonio comprobaret.

SOLET. Iulianus ait cuſtoditur Vlpian. obſeruari ſolet. Addit ſolitū Vlp. quaſi ſolitum ſit ſeruari conſuetudinem Iul.
3 conſuetudinem † ex ratione Vlp. ex ſolito commendat In cæteris nullum eſt diſcrimen quicquid velit Accur.

In L. 34.

1 *Oppida, & vniuerſitates an poſſint introducere conſuetudinem.*
2 *Communis ſententia admittit vnam familiam inter ſe poſſe conſuetudinem introducere.*
3 *Sed in vim pacti, non in vim conſuetudinis valere declaratur.*
4 *Vlpiani conſilium in hac l.*
5 *Iudicium enim conſtat contradictione.*
6 *An probaſſe dicatur conſuetudinem qui oſtendit contradi-*

ſto Iudicio aliquando fuiſſe firmatum.

7 *Doctoris egregij atteſtatio de conſuetudine releuat ab onere probandi.*

8 *De totius populi iure pronunciari videtur ſuper conſuetudine.*

Lib. XXXIIII. Idem Lib. 4. de Officio Proconſulis.

CVM de Conſuetudine Ciuitatis, vel Prouinciæ confidere quis videtur, primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradicto aliquando iudicio conſuetudo firmata ſit.

1 CIVITATIS. An oppida † vniuerſitates poſsint Inducere cõſuetudinem quęritur? an etiam ipſi Patres familias? De oppido eſt Tex. in l.p. C. quę ſit longa Conſuet. ibi *quæ in oppido frequenter in eodem controuerſiarum genere ſeruata ſunt*, eſt etiam tex. in l. an in totum. C. de ędific. priuat: Quanquam facile defendi poſſet oppidũ pro ciuitate vſurpari. De conſuetudine vniuerſitatis in electionibus eſt tex. in l. notatum. §. vlt. ff. de decur. De conſuetudine patrisfam. videtur tex. in l. Labeo ff. de ſuppell. leg. in. l. vel vniuerſorum, ff.
2 de pignor. act. & † cũ vnam familiam inter ſe ipſam poſſe conſuetudinem inducere receptum ſit, vt per Socc. conſ. 61. nu. 5. lib. 3. Ias. in. l. omnes populi nu. 42. ſupra de iuſt. & iur. Socc. iun. conſ. 62. nu. 1. lib. 2. & eſt ſingularis deciſio Ioan. And. poſt Vbert. in add. ad Spec. tit. de Inſtr. edit §. compendioſe, non erit de aliqua vniuerſitate, vel collegio diſputandum, quod facile concedi poterit ad effectum obligandi ſe inuicem eos dũ-
3 taxat de illa familia. Sed mihi videtur † conſuetudo potius

valere

valere in vim pacti quam conſuetudinis. Nam ius inducendæ conſuetudinis ad ciuitatem,non vltra reſtringi poſſe exiſtimo, vt inducta pro lege obſeruetur. Et duci poteſt argumentum ex lege iſta, quę de Ciuitate, vel prouincia mentionem facit, tum ex l. ſeq. ibi *tacita ciuium conuentione*, & in l. ſi de interpretatione ibi *quo iure ciuitas retro in huiuſmodi caſibus vſa fuerit*. Tum argumentum Iuliani in l. de quibus ab expreſſo ad tacitum populi conſenſum non poteſt niſi conſuetudini ciuitatis vel prouinciæ cohęrere.

CONFIDERE. Dixi ad Rub. lib. 3. c. vlt. Conſuetudinem eſſe probandam, quare qui eam allegat confidit, donec exploratum non habeat a ſe probatam eſſe.

4 *EXPLORANDVM*. Videtur Vlpianus † huic ita confidenti conſilium afferre, ne quandoq; ſua fiducia fallatur, quod id primum inquirat, quia plurimum valet ad probandam cõſuetudinem, ſic in l. is qui, ff. de rei vend. l. ſi quoniam. §. p. ff. ſi ſer. vend. & alibi conſilium attulere Iureconſulti Coras. hìc.

5 *CONTRADICTO*. Iudicium omne † conſtat contradictione actoris cum reo c. forus. de verb. ſign. lis enim per negationem conteſtatur, neq; ſola poſtulatio actoris rem in iudicium deducit. l. p. cum gl. ibi C. delit. conteſt.

FIRMATA SIT. Id prima fronte non videtur attendendum propter regulam. l. ſæpe. ff. de re Iud. Quare glo. vult non tantum ſemel contradicto iudicio; ſed pluribus etiam vicibus ſine contradictione obtentam eſſe. Et ſane plurimum ambigitur quomodo probanda ſit conſuetudo, Tum vero, quod præſentis eſt inquiſitionis, an qui deducit eam firma-
6 tam alias fuiſſe † contradicto Iudicio ſatis probaſſe videatur, & ita credo; ſed puto etiam ſupereſſe aduerſario facultatem probandi contrarium, quod ita deduco. Cum dubitatur
7 an Doctori † atteſtanti de conſuetudine credendum ſit, receptior ſententia eſt in Doctore clari nominis eius atteſtationem facere pręſumptionem, quę onus probandi contrarium in aduer

ſarium

ſarium reijciat, ac ita intelligunt Bart. in l. de quibus in rep. nu. 21. ſupra eod. Dec. conſ. 559. nu. 7. idem conſ. 694. nu. 4. Socc. Iun. conſ. 60. nu. 10. lib. 2. vbi ex adnumeratione doctorum magis communem affirmat, tũ & magis communem dicit Aymon conſ. 166. nu. 9. ergo eundem eſſi ẽtũ conſequi debet ſententia iudicis quæ prçuia plena cognitione lata ſit, nam pro Iudice præſumitur l. 2. C. de offic. ciui. Iud. & pro ſententia, l. Herænnius. § Gaia cum glo. ibi ff. de euict. Tum etiam quia, non tam de iure vnius, quam de totius populi iure ſuper con-
8 ſuetudine pronunciatum eſſe intelligitur † d. l. de quibus, vnde res Iudicata non tam nocere tertio, quam totius populi conſuetudinem probare videtur.

In L. 35.

1 *An duo Actus conſuetudinem inducant.*
2 *Conuentionis verbum generale eſt*
3 *Cum conſuetudo non contradicit legi ſcriptæ, vtrumq; ius ſeruatur æqualiter.*

L. XXXV. Hermogenianus Lib. p. Iuris.

SED & ea, quæ longa conſuetudine comprobata ſunt, ac per annos plurimos obſeruata, velut tacita ciuium conuentione, non minus quam ea, quæ ſcripta ſunt iura ſeruantur.

ANNOS PLVRIMOS. Idem tempus ſignificatur plurimis annis quod longum, vel diuturnum adiuncta conſuetudini ſignificant.

OBSERVATA. Verbum hoc poſt illa verba *per annos plurimos*

1 *plurimos* eam quæſtionem diffinire videtur, an duo † actus inducant conſuetudinem, quam tractat Bald. in l. de quibus nu. 14. & quidem iſta annorū diſtributio deſiderare videtur, quod pluribus etiam, quàm duobus vicibus obſeruata ſit. Neq; frequentia inducitur ex duabus vicibus, quæ requiritur in conſuetudine. l. p. C. quę ſit longa conſuet. & quemadmodum Connano, & Coraſio, ſic etiam mihi perſuaderi non poteſt ex duplici actu induci conſuetudinem. Nam quod bis decennio fieret, raro propter magnum temporis interuallum, vel etiam in viti factum eſſe fateamur oportet.

2 *CONVENTIONE*. Alij legunt conuentio. Cuius verbum † generale eſt. l. p. §. p. ff. de pact. lex expreſſam conuentionem requirit, quare ſponſio dicitur. l. p. ſup. eod. Conſuetudo tacitam, & ideo retinet nomen generis, quod ad tacitam, & expreſſam pertinet. l. labeo. ff. de pactis Coras. hic. Itaq; ius omne ex populi conuentione firmari videtur; ſcriptum expreſſa d. l. p. non ſcriptum tacita, vt hìc, conuentione firmantur.

3 *NON MINVS*. Intelligitur hoc, cum † ius ſcriptum, & non ſcriptum ſibi inuicem non contradicunt, quia vtrumque ſeruatur æqualiter.

In L. 36.

1 *Coraſius non recte colligit conſuetudinem maioris authoritatis eſſe, quam ius ſcriptum.*
2 *Argumentum Pauli in hac l. eſt ad ornatum, & mere oratorium.*
3 *Præterea ſumitur ex parte approbatiua, non ex coactiua.*
4 *Lex neceſſario ſcripturam requirit.*
5 *Ius ſcriptum à non ſcripto iure, varijs modis diſtinguitur.*

L. XXXVI. Paulus Lib. 7. ad Sabinum.

IMO

IMO magnæ authoritatis hoc ius habetur, quod in tantum probatum eſt, vt non fuerit neceſſe ſcripto comprehendere.

IMO Hermogenianus à pari arguit conſuetudinem eſſe ſeruandam; Paulus etiam quod aliquid plus inſit conſuetudi-
1 ni, adeo vt ſecundum Coraſium † ſignificet conſuetudinem maioris cenſendam authoritatis, quàm ſcriptam legem, quod ex præcedentibus conſtat minime verum eſſe, cum ius non ſcriptum iuri ſcripto cedere cogatur. l. de quibus. ſup. eod. l. 2. C. quę ſit longa. conſuet.

MAGNAE AVCTORITATIS. Exiſtimo Paulum potius conſuetudinis exornandæ cauſa hoc dixiſſe, quam vt in aliquo iuri ſcripto detrahere vellet: eſt enim oratorie magis quam ſcholaſtice dictum: patet ex argumento ipſo, cui nul-
2 la vis eſt, ſed ſolus ornatus. † Nam ponitur comparatio inter conſuetudinem, & legem ſcriptam; conſuetudo magnę authoritatis habetur, quod non fuerit neceſſe ſcripto compræhendere; ergo lex non eſt magnę authoritatis, quia neceſſe fuit ſcripto compræhendere; hęc comparatio non eſt inter legem, & conſuetudinem, ſed inter factum legis, & factum conſuetudinis; quoniam hoc ſine ſcriptura tranſit in legem, non illud, & non poteſt alia ratione fieri comparatio legis, niſi antequàm ſcribatur, quia neceſſe eſt ſcripto comprehendere, cum enim ſcripta eſt, compræhenſa eſt. An lex poſtquàm ſcripta eſt, ſit eiuſdem, vel minoris authoritatis hæc ratio non concludit. Prę-
3 terea † comparatio eſt ex parte approbatiua, non ex parte obligatiua, vel coactiua; Populus magis probat conſuetudinē quoniam ſponte ſuſcipit: legem non ita, quod ei inuitus, ac reluctans ſubijciatur; Maior eſt authoritas inuitis, quam volentibus dominari. Sed authoritatis nomen impropriè vſurpatur, vt gratiam iſtius iuris potius exponat. Conſtantinus dixit nō eſt vilis authoritas. d. l. 2. Ille rē dicere. Paulus rē laudare voluit.

NE-

4 NECESSE. Lex ergo neceſſario † ſcribenda eſt, cum ſit 5 conſtitutio ſcripta c. lex diſt. p. & ius ſcriptum † à non ſcripto iure, ita diſtingui videtur, vt hoc niſi ſcribatur non ſit Ius, illud vero, etiam ſi ſcribatur, non ſit ius quia ſcribitur. Qua ratione non tantum conſuetudo, ſed ius naturale, & gentium ius erunt, etiam ſi non ſcribantur. In rationem iuris ſcripti conferuntur ius naturale, & gentium tanquam ciuile ius §. vlt. inſtit. de iuſt. & iure adhibito. §. conſtat autẽ. Quare ſi ſcriptura periret deſinerent eſſe ciuile, ſed quam diu in rationem illam veniunt, ius non ſcriptum ad ſolam cõſuetudinem pertinebit, cum alioquin, & ius naturale, & ius gentium etiam ſi non ſcribantur iura ſint, Sed horum iurium præcepta duntaxat in ius ciuile collata conſideramus.

In L. 37.

1 *Quorum ſit interpretari, & Principis, & Iudicis, & Ureconſulti, vt conſulentis, & vt profeſſoris ſiue magiſtri eſſe traditur.*

2 *Interpretatio conſuetudinis eſt probabilis, & neceſſaria.*

3 *Et præcedit ordine, & Principis, & quamcumq; aliam interpretationem.*

4 *Ratio præcedentium.*

5 *Iure conſulti, Iudicis, atq; Magiſtri interpretatio neceſſaria non eſt, ſed tantum probabilis.*

6 *Qui declarat nihil de nouo facit.*

L. XXXVII. Idem Lib. I. Quæſtionum.

SI de interpretatione legis quæratur, in primis inſpiciendum eſt, quo iure Ciuitas retro in huiuſmodi caſibus vſa fuit Optima enim legum interpres eſt conſuetudo.

INTERPRETATIONE. Hactenus de conſuetudine, quæ ſuſcipitur pro lege, & habet effectum diſponendi. Nunc de conſuetudine interpretatiua. Quotuplex interpretatio ſit dixi in l. & ideo ſup. eod.

IN PRIMIS. Cum etenim legis interpretãdæ varia pręcepta hactenus tradita ſint, vt benignius interpretemur, vt ſecundum id, quod ęquè ſit vtile. l. benignius l. nam vt ait. ſupra
1 eod. tum vero, cum plures interpretari † queant, vt Princeps d. l. & ideo, vt Iudex. l. non poſſunt, vt Iure conſulti. l. item veniunt §. præter hæc ff. de pet. hęred. qui & hoc idem, vt Magiſtri, vel vt publici Profeſſores præſtare valent l. 1. C. de profeſ. qui in vrb. lib. 12. Accurſius, ex ijs opponit, tum maxime, quod ſolus Princeps poſsit interpretari l. 1. & l. vlt. C. eod. diſtin-
2 guit vero, nec ſoluit. Ait enim † quod interpretatio conſuetudinis eſt probabilis & neceſſaria; probabilis, quia probabile eſt ſimpliciter, quod vſu recipitur; neceſſaria (vt opinor) quoniam legis pręcepto Iudices hanc interpretationem ſequi tenentur. l. minime ſupra eod. Eſt vero quod Accurſius omiſit, & nodum ſoluit, non tantum probabilis, ſed etiam in primis at-
3 tendenda, ac ita potior † ordine, ſi non authoritate. Princi-
4 pis interpretatio † authoritate potior eſt, non tamen ordine prior, quoniam locum habet, cum incerta eſt ſententia legis. d. l. & ideo, & ibi dixi, At vbi conſuetudo irrepſerit interpretando, nullum adeſt incertitudinis vitium, ergo non eſt Princeps adeundus, quia lex per interpretationem conſuetudis eſt certa, ergo hæc interpretatio ęſt ordine potior, eaq; Principis remo-
5 ta, cæteris etiam pręſtantior. Magiſtri † vel Profeſſoris interpretatio probabilis eſt, non neceſſaria, ſimiliter, & Iudicis, quia non exemplis, ſed legibus iudicandum eſt. l. nemo Iudex. C. de ſententijs & interl. omn. Iud.

OPTIMA. Quoniam ab omnibus approbata, ac libentiſſime ſuſcepta: contra vix eſt, vt cuiuſlibet ſingularis interpretatio non habeat contradictores, vel non erit adhuc exploratum an vſui recte accommodetur.

INTERPRETES. Atqui, vt interpretatio iuri interpretato ineſſe creditur l. in lib. de leg. patr. tut. pars ipſius cẽſeri debet arg. l. Iuriſgent. §. quinimo. ff. de Pactis, & quemadmodũ qui
6 declarat † nihil de nouo facit. l. hæredes palam. §. ſed & ſi notũ ff. de teſtam. ita conſuetudo cum legis voluntatem interpretatur, & in apertum deducit, non quaſi lege deficiẽte ipſa lex eſt, ſed legis interpres, cum ipſius voluntatem, ſiue ſententiam paulo reconditam detegat, aperiat, & omnium oculis exponat.

CONSVETVDO. Si enim paucis Iuriſperitis, & leges interpretantibus, cum de verbis legis ambigitur fidem habemus multò magis populo vniuerſo (in quo & Iuriſperiti comprehenduntur) interpretanti fidem adhibere tenemur. Coras. & Baro hic.

In L. 38.

1 *Res perpetuo ſimiliter iudicata adæquatur conſuetudini.*
2 *Perpetuo ſimiliter Iudicare Baro accipit longo tempore.*
3 *Actus diſsimiles conſuetudinem non inducunt.*
4 *Aret. conſ. 159. recte a Socc. in conſ. 82. lib. 4. reprahenditur.*
5 *Idem tamẽ Socc. in eo conſ. ab authore reprehenſus.*
6 *Laudatur Guido Pancirolus.*
7 *Maritores Parapbernales adminiſtranti ſufficit allegare fructus conſumptos in promiſcuos vſus.*

L. XXXVIII. Calliſtratus Lib. p. Quæſtionum.

NAM Imperator noſter Seuerus reſcripſit, in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur Conſuetudinẽ, aut rerũ perpetuo ſimiliter iudicatarum authoritatem vim legum obtinere debere.

NAM non ſolum optimam interpretem, ſed neceſſariam quoq; interpretationem eſſe ſub infertur, Quod patere poterat ex.l.minime & ex predentibus.

SEVERVS. Huius hiſtoriam ex more eleganter Coraſius deſcribit.

IN AMBIGVITATIBVS. Late nomen ambiguitatis pro omni dubitatione accipi videtur. Celſus, vt contraheret addit in ambigua voce, ne de re ambigua etiam intelligeremus l.in ambigua ſupra eod.

1 *PERPETVO SIMILITER*. Adæquat † Caliſtratus conſuetudinem, & res perpetuo ſimiliter Iudicatas. Requirit ergo perpetuo, & ſimiliter eſſe iudicatum. Perpetuo quia, quod ſemel Iudicatum eſt exempli loco eſt, quod vim legis non habet, quinimo nec illud Iudices ſequi tenentur l. nemo C. de ſent. eſt interl. om. iud. ac ita ceſſat obiectum Accurſij. Per-
2 petuo † autem longo tempore Baro interpretatur, vt reſpondeat pręcedentibus, ego tamen ſubſiſto, Addit ſimiliter, vt in-
3 telligamus † ex actibus difformibus, aut diſsimilibus conſuetudinem non induci, quod not. Acc. in l. cum de conſuetudine ſupra eod. & tradit Bart. in l. 2. nu. 22. ff. ſol. Matr. dixi etiam ſu-
4 pra in l. minime. Quo nomine recte † repræhenditur Aret. in conſ. 159. longa eſt iſta nu. 5. à Socc. in conſ. 82. nu. 19. lib. 4. quod aſſeruit conſuetudinem eſſe, vt communiter bona Paraphernalia vxoris, committantur adminiſtrationi viri; nam cõſilia multorum ſuper facto contrario emanata oſtendunt non
5 ſimili modo rem ſemper ſe habuiſſe. Sed verſa vice † tamquam nimis rigidus, & ab omni æquitate deflectens reprehendi Soccinus debet in eius rei tam ſubtili ac perniciosa diſputatione, quę nimium à maritali affectione abhorret; ac male Moderniores aliqui Soccino adhęſiſſe videantur deſerentes lõge veriorem ac receptiorem Martini ac Bart. diſt. in l. pen. ff. ad l. Falcid. quam viri ſolidiori iudicio prędití ſequuntur omnes & commu nẽ dicunt. Afflic. deciſ. 44. Guid. Pap. deciſ. 463. Gramat. deciſ. 103. nu. 173. Didac. 2. parti. relect. c. 7. §. 1. nu. 2. tit. de ſponſalibus. Quos omnes ex profeſſo ſequitur Summæ eru

ditionis, & integritatis vir, mihiq; maxime colendus D. Guido
6 † Pancirolus conſ. 76. per totum, quibuſq; venalia reſponſa vtiq; comparanda non ſunt, vt alibi etiam diligentiore exami-
7 ne proſequar, Illaq; † conſumptionis in promiſcuos vſus allegatio, tū tamquam vero ſimilis recipienda eſt, vt ſpeciatim admittunt Saly. in l. Vlt. C. de Pact. conu. Flor. in ſubſcriptione ad Cuma. conſ. 105. Affl. & Gram. & vterq; Guido vbi ſupra; quod temperandum eſt, niſi fructuum præceptorum immenſa quantitas eiuſmodi allegationem reddat inveroſimilem, alioquin ſupradictorū ſententia retinenda eſt, tum quia omnis alia conſumptio tanquam illicita, vel oneroſa præſumenda non eſt c. quia vero ſimile de preſump. l. merito ff. pro Soc. l. cum de in debito ff. de probat. nam dietim conſumere multa, vt vna vice omnia reſtituas plane fatua res eſt; tum vero non ab omnibus eodem ſtricto iure, & modo exigenda eſt ratio adminiſtrationis vt poſt Abb. conſ. 12. lib. p. concludit Socc. idem conſ. 46. nu. 2. lib. p. & conſ. 73. nu. 2. eod. lib.

VIM LEGVM, Ergo neceſſaria non tantum probabilis eſt authoritas conſuetudinis in iudicio vel extra introductę.

In L. 39.

1 *Quædam aliquando ſine vlla ratione introducuntur*
2 *L. iniuriarum §. vlt. ff. de Iniur. declaratur.*
3 *Actio iniuriarum requirit dolum ex parte iniuriantis.*
4 *Error in hac l. contradicit rationi, non conſenſui, contra Accurſium.*
5 *Conſuetudo contra rationem, quomodo obtineri queat dubitatur.*
6 *Rationem diſtinguendo reſoluitur.*
7 *Conſuetudo Bononienſium erronea.*
8 *Error in exiſtimanda ſuppellectili argentea.*
9 *Error rirca ea quæ bona per ſe, vel male ſunt non inducit conſuetudinem.*
10 *Argumentum a ſimili ex hac l. limitatum, cum ſimile à quo ducitur errore, non ratione conſiſtit.*

11 *Inconuenientia multiplicanda non ſunt*.

L. XXXIX. Celſus Lib. 23. Digeſtorū.

QVOD NON RATIONE *introductum eſt, ſed errore primum, dein de conſuetudine obtentum, in alijs ſimilibus non obtinet*.

QVOD NON RATIONE, Conſuetudo enim debet eſſe rationabilis c. vlt. de conſuetudine ſicuti lex c. erit. diſt. 4. nam ſuſcipitur pro lege. l. de quibus ſupra eodem
1 tit. † tamen aliquando fit, vt quędā ſine ratione introducantur.
2 Sic Vlpianus in l. 1. iniuriarum † §. vlt. ff. de Iniur. ait *Vſurpatum tamen, & hoc eſt (tametſi nullo Iure), vt quis prohiberi poſſit ante ædes meas, vel prætorium meum piſcari*. Sed quia adhuc illud non erat conſuetudine obtentum ſequitur. *Quare ſi quis prohibeatur ad huc iniuriarum agi poteſt*. Et eſt ſingularis ille locus, quod erronea introductio, vel vſurpatio, quæ ra-
3 tione careant non excuſent a dolo, cum iniuriarum † agi non queat, aduerſus iniuriantem niſi ex dolo §. p. &. §. pen. Inſtit. de iniur. l. non ſolum ff. eod. Tunc vero ad excuſationem prodeſit, cum conſuetudine erit obtenta, vt hic.

SED ERRORE. Accurſius errorem hunc talem credit, qui conſenſum impediat, & regulariter quidem nil tam eſt contrarium conſenſui, quam error l. ſi per errorem inf. de Iud. ve-
4 rum † Celſus non de eo errore agit, quod ignorantem conſtituat, & inuitum, quia plena penes omnes ſcientia eſt eius, quod introducitur, dum in conſuetudinem tranſit, quę cum omnium conſenſu nitatur, non obtinetur errore remouente conſenſum, ſed remouente rationem conſentiendi. Error igitur contradicit in hac l. rationi, non conſenſui, & vt dixi in l. 1. ſupra eodem ſemper cum in aliquo à recta ratione, & a virtute deflectimur,

deceptio

deceptio quędam eſt, nam decipimur ſpecie recti, ſed hęc deceptio non ſemper excuſat, aut inducit inuitum, vt ibi dictũ eſt.

5 *OBTENTVM* Obſtat † l. 2. C. quę ſit long. conſue. quia nõ tantũ valere poteſt conſuetudo, vt rationem vincat, aut legem. Tum ſi veritati conſuetudo cedere debet. c. conſuetudo diſtincti. 8. quomodo poterit obtineri conſuetudo contra ra-
6 tionem? Ratio duplex † naturalis, & ciuilis; contra naturalem rationem non obtinebit conſuetudo, & ita procedũt contraria. quia ius naturale abrogari nequit. §. ſed naturalia Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. Contra ciuilem rationem poteſt per errorem
7 introduci, vt in exemplo Accur. de conſuetudine † Bononienſi, qua Dominus manum ad Plauſtrum imponens iuuãdi cauſa, rem ſui periculi faciat. Id enim concernit vtilitatem, ſiue damnũ, quod ex iure ciuili metimur l. ius pluribus ſupra de iuſt. & iur. non id quod bonum, aut malum ſit, iuſtum, vel iniuſtum
8 quod naturali ratione diffinimus. Sic ex errore † ius prodijt, relatum in argento Candelabrum argenteum, argenti eſſe credi propter vſum Imperatorum, vt Paulus ſcribit in l. 4. §. Vlt. ff. de ſuppel. leg. cum tamen ratio ſeculi illius non dum admitteret ſuppellectilem argenteam, & inquit *Error ius fecit* error
9 contra † ciuilem rationem, non contra naturalem, cui recipias vel ne nulla iniuria fit, quod hęc res non bonum, aut malum, iuſtum, vel iniuſtum, ſed commodum, vel incommodũ attingat.

10 *IN ALIIS SIMILIBVS* Egregia † ac plurimum notanda hęc moderatio eſt, qua argumentũ à ſimili nullo caſu recipiamus, cum ſimile à quo ducimus argumentum non ratione, ſed errore nitatur. Nam debet fieri productio rationis, non er-
11 roris, quoniam inconuenientia † multiplicãda non ſunt, vt tradit Bal. in l. lege. nu. 4. C. de leg. hęred. & probatur ſupra in l. quod vero contra, Ergo à contrario ratione inducta conſuetudo ad caſus ſimiles produci poterit. l. de quibus ſupra eod. & probatur in l. illud, ff. ad l. Aquil. dixi etiam in l. non poſſunt ſupra eodem.

In

In L. 40.

1 *Ex non præmiſsis non poteſt inferri concluſio.*
2 *Nulla conuentio eſt, quæ non habeat in ſe conſenſum.*
3 *Diuiſio huius legis ſimilitudine conuentionis explicata.*
4 *Quod ius neceſsitas conſtituiſſe dicatur Coraſij, & Baronis ſententia.*
5 *Accurſij Opinio de eadem re.*
7 *Conciliantur, & coniunguntur, vt tertiam authoris ſententiam conficiant.*

L. XXXX. Modeſtinus Lib. primo Regularum.

ERGO OMNE IVS, *aut conſenſus fecit, aut neceſsitas conſtituit, aut firmauit conſuetudo.*

ERGO OMNE. Concluſionem & epilogum per diuiſionem iuris ex præcedentibus facit; & dicto *ergo* Baronis ſententiam ſatis oppugnat qui diuiſionem hanc colligi ex ſequentibus, etiã voluit. Nam ex non † præmiſsis non poteſt 1 inferri concluſio. Hanc diuiſionem fieri volunt ex cauſa efficienti Coraſ. & Baro hìc, vndecumq; ducatur quoniam Modeſtini eſt, repræhendi non debet, ſed quoniam admodum impropria & à remotis eſt laudari non poteſt. Explicabo igitur eam ſimilitudine contractuum ſiue conuentionum, quarũ nulla 2 eſt † quæ non habeat in ſe conſenſum l. p. §. adeo ff. de pact. & tamen contractus, quidam re, quidam verbis, quidam literis, quidam conſenſu fieri dicuntur l. p. ff. de Act. & oblig. Non quod omnes non habeant in ſe conſenſũ, ſed quia in quibuſdam vt ſocietate, mandato, locatione, cõductione, emptione, venditione nihil potius conſenſu habeatur, in cæteris non ita. Ita in ſpecie

in ſpecie noſtra ius omne (de iure ciuili Romanorum intelligendum eſt, per relationem ad l. p. ſuprà de iuſt. & iur. ad. l. 2. ſupra de orig. Iur. nam alterius iuris tractatio ad Modeſtinum pertinere non poterat, conſenſus fecit; Etenim conſuetudo tacito ciuium conſenſu) inducitur. l. de quibus ſupra eod. & ius quod neceſsitate conſtituitur, ſiue cum Accurſio ad ius gentium referamus, ſiue cum Coras. & Barone ad conſtitutiones principum & Senatusconſulta, non niſi per conſenſum iuri ciuili adnumeratur; Nam in Principem, & in Senatum populi conſenſu tranſlata authoritas eſt l. 1. infra. tit. prox. §. lex inſ. Inſt. de iur.
3 nat. gent. & Ciuil. Cæterum † conſuetudo, & neceſsitas quaſi cauſę potiores, ſiue proximiores conſiderantur. Quare ius quod conſenſus fecit, ſic ex conſenſu factum dicimus vt vſus longi temporis expectandus non fuerit, tùm verò ſemoto conſenſu neceſsitatem nullam habuerit, vt ideo conſenſus hic pro expreſſo ponatur qui in lege ſcripta requiritur.

AVT NECESSITAS. Coraſius & Baro neceſsita-
4 tem † conſiderant in conſtitutione Principis, & Senatuſconſulto, cum Pomponius in l. 2. §. deinde quia ſupra de orig. iur. dicat, quod neceſsitas ipſa primum curam Reip. ad Senatum deduxit, poſt vero fuiſſe neceſſe reip. per vnum conſuli, ac ita lex, tum regia, tum de ſenatusconſultis, neceſsitate conſtitu-
5 ta videatur †. Accurſius retulit ad ius gentium, cum illud humanis neceſsitatibus exigentibus homines conſtituerint §. Ius autem Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. in eo enim conſtituendo ſic neceſsitas pręceſsit conſenſum, vt conſenſus neceſsitati potius, quam iuri videatur adhibitus; & ideo in eo iure conſtituendo potior fuit neceſsitas conſenſu: At vero ſi ita ſe habet, quęro
6 præcepta naturalia, † ex quibus etiam conſtat ius ciuile, §. vlt. inſt. de iuſt. & iur. quam cauſam habeant? Non cōſenſus, quoniam à diuina prouidentia conſtituta ſunt non conſuetudinis, quoniam ante mores hominum eſſe ceperunt, ergo neceſsitatis, ne dicamus hac diuiſione compræhenſa non fuiſſe, quod velit nolit homo legi naturæ ſubijciatur, atq; à pręſcripto naturalis rationis declinans, reus ſit violatę legis. Sed hæc videtur neceſſitas in homine recipiente legem, non in DOM. eam conſti-

tuente. Attamen præceſsit neceſsitas, dum ea præcepta naturalia in ius ciuile relata ſunt, ac ita quæ erant præcepta naturalia, ex neceſsitate ciuilia conſtituta ſunt. Quamobrem depoſitum reddi præceptum eſt iuris naturalis. c. ius naturalem diſt. p. Sed etiam ex neceſsitate magis quam ex cõſensu factum eſt
7 præceptum Iuris ciuilis. Itaque par ratio † videtur in Accurtij, & Baronis ſententia; quare ſatius duco vtramq; coniungere, quam alteram reijcere, ſed ſi Principium conſtitutiones ſpectemus, hæ quidem conſtituuntur placito, non neceſsitate l. p. inf. tit. prox. quare neceſsitatis cauſa in ijs remotior eſt per relationem ad regiam legem, & idem in Senatuſconſultis.

FIRMAVIT. Recte hoc verbo vſus eſt, quoniam vim accipit ex diuturnitate temporis, & ex eo quod per plures annos ita conſueuimus, ius hoc firmum ſtabileq; redditur, quod non firmatum conſuetudine, non obligat, & in diſsimiles vſus facile recedit, & euaneſcit. Conſenſus igitur tunc proprie ius facit, cum poteſt; & non facere, l. eius eſt velle, ff. de reg. Iur. neceſsitas conſtituit, firmat conſuetudo. Sed hæc diuiſio ſi ad cuiuſq; Iuris diffinitionem referatur, & ad præmiſſam in Rubrica legum notionem, magiſtralibus aut Ireconſultorum, aut philoſophorum diuiſionibus parũ cohæret, & minima quadam ex parte reſpondet.

In L. 41.

1 *Coraſij error hanc diuiſionem ad cauſam formalem referentis*
2 *Dubitatio circa eamdem diuiſionem, quod nullam habeat rationem honeſti, & eiuſdem reſolutio.*
3 *Diuiſionis huius cum diuiſione Interdictorum comparatio.*
4 *Quotuplex acquiſitio ſit.*
5 *Duo eiuſdem effectus retinendi, & conſeruandi.*
6 *Epilogus præcedentium.*
7 *Excuſatio Authoris.*

TO-

L. XXXXI. Vlp: Lib. 2. Inſtitutionum.

TOTVM autem ius conſiſtit, aut in acquirendo, aut in conſeruando, aut in minuendo, Aut enim hoc agitur quemadmodum quid cuiuſque fiat, aut quemadmodum quis rem ſuam, vel ius ſuum conſeruet, aut quomodo alienet, aut amittat.

1 TOTVM AVTEM IVS Coraſius † hanc diuiſionem ait reſpicere cauſam formalem, quod plane falſum eſt, & à vi verborum etiam valde alienum, Nam res quælibet ſua forma conſiſtit, non in ſua forma. Neq; enim dicimus hominem in ratione conſiſtere, ſed ea conſtare; conſiſtere in aliquo accidens quoddam eſt, quod perſupponit illud eſſe, quod conſiſtit. Quare ad materiam quandam, nec tamen magis propriam referre placet, in qua ius coſiſtere nō aliud plane ſit, quā

2 verſari, & ea de re aſsidue tractare. Sed obſtat † huic diuiſioni quod ius omne ponat in rebus, honeſti vero nullam rationem ſuſcipiat, cum tamen primam rerum omnium ius honeſtatem vitæ præcipere ſoleat, §. Iuris inſt. de iuſt. & iur. Sed vt Vlpiani declarat inſcriptio, cum lex iſta cohæreat cum l. p. ſupra de iuſt. & iur. opinor Vlpianum in hac diuiſione duntaxat ad ius priuatum reſpexiſſe, qua ratione dixit totum, non om-

3 ne. Huic aliqua † ex parte reſpondet. Illa interdictorum diuiſio quod quædam adipiſcendæ poſſeſsionis ſint, quædam retinendæ, quædam recuperandæ, §. ſequens inſt. de interd. prima duo cohærent diuiſioni prorſus, tertium non ita, nec enim amittendæ poſſeſsionis oportuit comparari interdictum, ſed amiſſæ recuperandæ.

ACQVIRENDO dominio rerum directo, vel vtili, poſ-

ſeſsione, vel quaſi aut obligatione aliqua, aut dicamus in acquiquirendo rem corporalem, vel incorporalem; nam ita rem omnem complectimur, quæ in acquiſitionem venire poſsit Inſtit. de reb. corp. per totum.

CONSERVANDO Fruſtra enim ius cuiq; tribueret quod ſuum eſt, niſi tributum conſeruaret.

MINVENDO Alienatio diminutio eſt, quare prohibitus diminuere, erit prohibitus alienare vt hac l. probat.

4 *CVIVSQVE FIAT* Fit † autem ſiue contingit acquiſitio omnis, vel iure naturali, vel ciuili. §. ſingulorum inſt. de rer. diuis. Acquirimus autem titulo lucratiuo, vt ex teſtamẽto, vel ab inteſtato, vel ex donatione; oneroſo, vt ex cõtractibus ferè, omnibns, mutuo, cõmodato, depoſito, pignore, ac ex delictis, cum pœnam perſequimur, furto, rapina, damno, iniuria, & ſimilibus.

REM SVAM nempe corporalem, quod rem incorporalem ſtatim ius ſuum dixerit.

5 *ALIENET* Duo enim sũt aquiſitionis effectus, † vt cõſeruare ac nobis retinere poſsimus; vt etiam alienare vel amittere. Vterq; procedit ex regula.l. in re mandata C. mand. Ex
6 ijs † apparet titulum hunc (vt Baro etiam hic notat) pertinere, vel ad ius conſtituendum vel interpretandum. Conſtituendarum legum ſiue iuris cauſa, quid lex ſit, ex quibus conſtituatur, & quæ ſit virtus ipſius, tum in quas perſonas conſtituatur vſq; ad d.l. neq; leges explicatum eſt Tum quia aliquando hæſitamus circa ſententiam legis, aliquãdo circa verba, quid incerta ſententia legis, quid rurſus eadem certa faciendum ſit diffinitum eſt, ac de productione legum, tum facienda, tum vitanda, & ijſdem, vel ratione, vel conſuetudine interpretandis hactenus diſputatum eſt, quæ omnia diligenter tenere, non tam iijs, qui reſpondere, aut Iudicare conſtituunt perquam vtile eſt, quam etiam ijs, qui mentem altius attollere, ac leges vel conſti-

tuere

tuere, vel abrogare Principi ſuggerere debebunt maxime neceſ-
7 ſarium. Sed iam † ad D. O. M. ac Beatæ Mariæ ſemper vir-
ginis, tum etiam Dominici, Catherinæ, Franciſci, ac Bernar-
dini Diuorum tutelarium laudem, fas eſt cõtrahere vela,
petere portum, & finem peregrinationis facere. Scio
eruditiores in hiſce commentarijs multa deſi-
deraturos, ſed quia teneris addiſcentium
ingenijs deſeruiendum eſſe conſti-
tui, conſulto quędam pręter-
miſſa ſunt. In pleriſq;
tamen meæ Muſæ
paupertatem
aperte
confiteor, & oro, vt ab ea parte excuſationem beni-
gni, miteſq; recipiant, vnde rigidi, ac ſeueri
accuſationem inſtituere
poſſent.

FINIS.

REGISTRO.

a † †† ††† †††† ††††† †††††† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx.

Tutti ſono duerni, eccetto †††††† che è mezzo foglio.

ERRATA	CORRIGITO
PAG. 8. vers. 27. deſerentes Deũ legẽ.	deſerentes Deum,; legem
eadem, verſ 35. affirmat	affirmant,
pag. 11. verſ. 13. ſapientim	ſapientis mente
eadem, vers. 29 rationi	ratione
pag. 13 vers. 13 ſunt inſtar,	ſunt, inſtar
eadem, vers. 15 cum legis	vim legis-
pag. 14 vers. p. quo nomina	quo nomine
eadem, vers. 2 propriam ratione	propriam rationem
pag. 31 vers. 23 iniquis	inquis
pag. 34 vers. 20 reſta ratio	recta ratio
eadem, vers. 33 quæ mutantur	quę putantur
pag. 37 vers. 8 beneficio excludit	beneficio excluditur
pag. 40 verſ. 22 ſuper æterna	ſuper aſtra
eadem, vers. 25 hortis ad hortem	hoſtis ad hoſtem
pag. 41 vers. 16 ſola naturale lege	ſola naturæ lege
pag. 43 verſ. 34 coercentur audacia	coercetur audacia
pag. 46 verſ. 24 lites abhoorret	lites abhorrent
pag. 51 verſ. 19 vis ciuile	ius ciuile
pag. 52 vers. 12 propoſitum a ſe	propoſitam à ſe
pag. 63 verſ. ult. leges alıò	leges alio
pag. 68 verſ. 32 pro poteſtatem	pro poteſtate
pag. 73 verſ. 17 iuris interpręratione	iuris interprætationem
pag. 77 verſ. 16 promanen	promanent
pag. 88 verſ. p. ſimplieiter bonus	ſimplieiter bonos
eadem verſ. 31 qui tu poenæ	qui metu poenæ
eadem, verſ 33. ſtarutum Reipublicæ	ſtatum Reipublicę
pag. 107 verſ. 33 erir, debeatur	erit, ne debeatur
pag. 111 verſ. 5 non reijciant	nunc reijciant
eadem verſ. 29 veritas eſt	veritus eſt
pag. 112 vers. 29 notandum eſt qui	notandus eſt quidam
pag. 113. verſ. 10 vis naturę	ius naturę
eadem, verſ. 11. immutabilem	immutabile
eadem, verſ. 18 non queſant	non queant
eadem, verſ. 22 naturalırer extra pugna,	naturaliter entia, pugna
eadem, verſ. 32 refulgent	refulget
pag. 114 verſ. 14 poteſtatem pectes	poteſtatem ſpectes
pag. 115 verſ. vlt. quærito	Quarto
pag. 117 verſ. 27 non carete	non caret
pag. 122 verſ. 7 inier homines tam piium	inter homines tàm pium
pag. 123 verſ. 14 vt non legibus	vt in legibus
pag. 138 verſ. 15 ut eum aditu	vt cum aditu
pag. 142 verſ. 26 vis vniuerſum	ius vniuerſum
pag. 143 verſ 2 veiſus	rurſus
pag. 148 veiſ. 14 annullatus	anulatus
pag. 152 verſ. 23 ſola mitatur	ſola limitatur

pag.

ERRATA	CORRIGITO
pag. 155 verſ. 15 hunc	ſiue
pag. 156 verſ. 12 ſeruiſſet	ſciuiſſet
pag. 163 verſ. 3 in poteſt	irr poteſt
pag. 169 verſ. 22 ius non habere	ius putauit habere
pag. 173 verſ. 16 condutio	condictio
pag. 183 verſ 5 rogatum velit	rogatum velim
pag. 189 verſ. 22 vnamq; voce	vnaq; uoce
pag. 193 uerſ. 12 continehat	continebat
pag. 198 uerſ. 13 lege dedit	legem dedit
pag. 200 uerſ. 26 prudendis iuris	prudentis, iuris
pag. 201. uerſ. 28 Iura conſtituti	iura conſtitut
pag. 202 uerſ. 4 inculcatam	inculcatam
eadem, uerſ. 5 repetionem	repetitionem
pag. 203 uerſ. 28 lapidius pluuijs	lapidibus pluuijs
pag. 208 uerſ. 19 & mendentur	& medentur
pag. 211 uerſ. 7 in actibus	actus
pag. 212 uerſ p. commodatos	commendatos
pag. 212 uerſ. 9 Accurs.	Accurs. hic
pag. 221 uerſ. 20 ſingulare	ſingularem
pag. 240 uerſ. 8 iurare	curare
pag. 242 uerſ vlt: Vi	Vix
pag. 243 uerſ: 8 ſupplet	ſupplent
pag. ead. uerſ: 12 & 13 alienatione	alienationem
pag: 253 uerſ: ult: ponit	poſsit
pag: 255 uerſ. 4 & 5 perpetuant	perpetuat
pag: 262 uerſ: p. ſeruam	ſeruum
pag. 266 uerſ. 6 & à celſo	Ego à Celſo
pag. 270 uerſ. penult: illam legem	illa legem
pag. 280 uerſ. 19 nullor	nullorum
pag. 320 vers. 11 de Auguſt.	de Auguſto
pag. 321 verſ. 15 non ſcripto	pro non ſcripto
pag. 326 uerſ: 26 reſtringitur?	reſtringi?
pag. 328 verſ. 8 purificari	purificari
pag. 330 verſ. p. introducenda	introducendam
pag. 341 uerſ: 31 circa. male.	circa. mala.

Ex Indice Capitum

pag: 2. auertuntur	auertunt

Cætera diſcreto ac beneuolo Lectori corrigenda relinquuntur, quod opere procul ab Authore impreſſo aliter emendari non potuerint.

Franciſcus Toſius.

ALFREDO FARNESI
ROMA
Legatore di Libri